MARCI ANTONII

SURGENTIS

NEAPOLIS ILLUSTRATA.

Digitized by Google

Digitized by Google

MARCI ANTONII

SURGENTIS

PATRICII, ET EQUITIS NEAP.

DE

NEAPOLI ILLUSTRATA

LIBER UNICUS,

CUM

ADNOTATIONIBUS

MUTII FRATRIS

Olim Quæſtoris Parricidii, & Regii Patrimonii Curatoris.

Ubi, præter Præfecti Prætorio cum Vicerege, reliquorumque antiquorum Magiſtratuum cum noſtris, comparationem, eorumque poteſtatem, atque inter ſe, tum publice, tum privatim, ordinem, & præcellentiam; & præter omnium hujus Regni Tribunalium in jurediccundo ritum; quicquid ad optimum adminiſtrandæ juſtitiæ cultum, ac Urbis, & Regni regimen ſit neceſſarium, perſpicue commonſtratur: quæſtiones cunctis in ſupremis Auditoriis agitari ſolitæ in cauſis, etiam Status, hucuſque non paſſim notæ, proponuntur, & deciduntur.

Lectio nedum Magiſtratibus, & cauſarum patronis, ſed & privatis, nobilibus, & hiſtoricis utiliſſima, nova, & curioſa.

Editio ſecunda, mendis prope infinitis expurgata.

NEAP. Apud Nicolaum Naſum Typographum. M.DCC.XXVII.

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illustrissimo, & Excellentissimo Domino

D. D. FERDINANDO PAULO ALARCON ET MENDOZZA,

Domino domûs de Alarcon & Mendozza, nono Marchioni Vallis Siculæ, Rendarum & Monacileonis, Comiti Pallearæ, Rendarum & Gambatesiæ, Domino Toxiciæ, suorumque casalium, insulæ & suorum Casalium, Castellorum, Furcæ Vallis, Cerchiariæ, Petræ Camelæ, Fani Adriani, Querqueti, Intermesuli, Clausani, Collisdonici, Aquilani, Clareni, Castrileoniani, Casalis Cornu, Capsani, Collisalti, Aquævivæ, Befari, Turriti, Petrellæ, Collis aurei, Palumbariæ, Roccæ Ornani, Domino Baroniæ Flumînis Frigidi, Longobardorum, & Falconariæ, Montiscini, S. Felicis, Caroleorum, Domanici, S. Laurentii, S. Joannis, Marani, Spinæ, & Terrarum Canzani, S. Omeri, Podii Morelli &c. Inter Primores Hispaniarum Magnates &c. &c. &c.

DOMINICUS DE URSO S. P. D.

QUOD *in civili Republica bonum parit* (PRINCEPS EXCELLENTISSIME) *moralis vitæ legibus instituta conformatio, ejusdemve, si quando temporum injuria dilapsa fuerit, restitutio: hoc in literaria præstant eruditorum hominum editæ lucubrationes, sive earumdem, cum, ut assolet, seù Typographorum incuria, seù transcriptorum ignaviu corruptæ,*

a

(RCPXE) M552 .6691 86

MAY -81912 257122

Digitized by Google

ruptæ, mendisque deformatæ fuerint, in primævum nitorem accurata restitutio, emendataque reimpressio. Quocirca cum M. Antonii Surgente Jurisc. *historicique celeberrimi opera, quibus cum jurisprudentiæ loca omnia, tum felicissimæ hujus nostræ urbis initia, progressum, amplitudinem, seù profanam, seù sacram, cunctaque denique ministeria, cum vetera, tum recentia; eorumdemque potestatem, ac cum antiquissimis Romanorum Magistratibus, & Proregis cum Præfecto prætorio analogiam, luculenter, eruditissimèque pertractat, seu exemplariorum caritate, seu eorumdem depravatione ab literatis hominibus jamdiù desiderarentur, gratissimam rei literariæ, utilissimamque operam mè collaturum existimavi, si zizanias in messe defuncti viri superseminatas, evellere; ac extirpare satagerem, nova sui operis editione curata: qua mendis, lacunis, infidelique indice procul amandatis: Mutiique quas in opera germani fratris adjecerat, doctissimis notis proprias in sedes, a quibus longo errore peregrinabantur, restitutis, opus ipsum primævo suo nitori redditum appareret. Id autem plenè, probèque fuerim assecutus, aliorum esto judicium. Illud profecto*

affir-

Digitized by Google

affirmare audeam, hanc meis curis elaboratam editionem, longe priorem ordine, emendatione, ac nitore vincere. Quemadmodum autem quæ ad civilis reipublicæ, seu institutionem, seu reformationem spectant, Principum illa auctoritate, & patrocinio nituntur, ita & quæ rei literariæ quoquo pacto juvandæ instituuntur, procerum ea quoque virorum tutamini commendari usu apud omnes ferè sapientes a primo ævo venisse compertum est. Neque id quidem injuria; quando ita veterrima consuetudine fieri videmus, ut cunctis in rebus, quæ Principes probant, ac tuentur, ea cæteri laudent, religiosèque suspiciant. Illud nihilo secius incommodi in hac parte accidere potest, nec rarò solet, ne non illi inter viros principes (hos quippe in enormem plane numerum plus forte justo, ne dicam merito excretos dignoscimus) eruditorum laboribus patrocinandis advocentur, qui rem perficere & velint, & possint. Mihi vero M. Antonii mei opus, nitori suo restitutum, typis committere meditanti, sors illa beata contigit, ut omni consultatione sepositâ, Tu omnium maxime, Princeps inclite, occurreres, cui & autoris, & restitutoris operam commendarem. Tu, inquam, cui

Digitized by Google

nec facultas ad hæc præstanda deest, nec voluntas. Ac voluntatem quidem parat eximia illa tua humanitas, qua cunctos, eos maxime qui literas profitentur, mire complecteris, omnique beneficiorum tuorum genere exornas: ita plane, ut quod literæ earumque cultores in reliquis fere exoptant juvamen atque præsidium, in Te uno se gaudeant nactas esse. Facultatem vero suppeditat nominis tui, sanguinisque claritas, cum pari dignitatis excellentia, ac fortunarum copia conjuncta. Princeps porro es, atque ille profecto Princeps, cui claritatem non divitiæ conciliant, divitias vero fortuna & casus, qui bona sua cæco ductu, atque adeo immeritis persæpe distribuunt; sed cui Atavorum virtus & celsitudo, ab ignotis pene seculis derivata, amplissimam, purgatissimamque nobilitatem comparat: Opes vero & copias æquissima populorum, jure tibi subditorum, dominatio instruit. Atque ad majores tuos quod attinet, vereor, ne si ipsorum decora vel commemorare simpliciter velim, in id rerum caput meam conjiciam orationem, ubi facile quidem sit initium invenire, difficile vero exitum. Quis etenim verbis complecti valeat magnitudinem, omnique

Digitized by Google

que ævo seſe efferentem gloriam familiæ de Mendozza, *unde tot pene Heroes prodiere quot homines? Ex hac familia excellentior inter Hiſpanos Proceres dignitas, primæ nimirum quam vocant Magnitudinis poſt Regiam Majeſtatem, in quatuor celeberrimas eorundem Hiſpanorum domos derivata conſpicitur: in duas nimirum de* Sandoval, *& de* Sylva, *ad quas ducatus* dell' Infantado, *cum ſuis omnibus juribus, dotis titulo translatus fuit: ac præterea in domos de* Ibañes, *&* Portocarrero, *quibus una cum ornamento hiſpanicæ Magnitudinis, amplas ditiones* Marchionatuum de Mondeſciar, *deque* Monteſclaros *prægrandis hujuſce familiæ fœminæ intulerunt. Ut non immerito ea hiſpanica Magnitudo, quæ tam excelſe in Europa celebratur, quinquies huic familiæ ineſſe prædicetur: ſemel ſibi in ſeipſa, quater vero aliis ex ipſa, ſuarum nempe ratione fœminarum. Quanquam perilluſtrium hujus familiæ matronarum decora, etiamſi excelſa, & clariſſima, obſcurari penè conſpiciuntur ſumma illius* Joannæ *excellentia & claritate, quæ Petro Gonzalez de Mendoza hujuſce domus domino procreata, atque Alonſo Henriquez, magno caſtellanæ claſ-*

ſis

Digitized by Google

sis Præfecto, seù quem vocant Grandi Castellæ Almiranti, *nuptui tradita, maximorum Imperatorum, Regumque, cum Hispaniarum, tum Galliarum magna mater exstitit, hodieque suis in augustissimis nepotibus exstat. At quid virorum gentis hujus pulcherrima, longeque præclara facinora hic commemorem? Me vox diesque deficient, vel nomina solummodo perhibentem eorum, qui ex inclyta hac familia seù in clamyde Sacra Ecclesiam suis virtutibus illustrarunt, seù in Toga pacis cultores, Reiquepublicæ probe administrandæ apud Regiam Majestatem Consiliarii sapientissimi: seù in sago exercituum Imperatores, militum magistri ac Duces longe fortissimi, Arciumque Præfecti strenuissimi exstitere. Paucos è multis recensebo: Quinque S. R. E. Cardinales amplissimos, innumeros pene Præsules doctissimos æque ac sanctissimos. Alvarum Petri II Marchionis tertio-genitum Mestansiæ celeberrimum commendatarium sacri ordinis Alcantaræ: Didacum ejusdem Petri quinto-genitum magnum Ecclesiæ S. Nicolai Barensis Priorem: Petrum & Alonsum Didaco propagatos, S. Jacobi; Antoniumque ex eodem Didaco natum, Calatravæ famigeratissimos equites. Alarconem vero*

pri-

Digitized by Google

primam hujusce familiæ in Italiam translatæ fœmineo ex latere stirpem, Petrum Marchionem II. Alvarum ex eodem Petro tertio loco procreatum, Petrique ex Didaco quinto-genito nepotem Antonium, Regis Consiliarios optimos, justitiæque incorruptissimos administros. Alarconem denique primum jam appellatum, Petrum Marchionem II. Rodericum, ac Didacam Petri filios, Antonium Didaco natum, Ferdinandum-Franciscum Marchionem V. Andream germanum hujus fratrem, Paulum Ferdinandum VI. Ferdinandum Hieronymum patruum tuum VII. Marchionem, bellorum duces exercitatissimos: Alarconem item, Petrumque commemoratos, Joannem, Alvarum, Didacum, Petri secundo, tertio, ac quinto loco genitos, Alonsum Didaci filium, Alvarum alterum, alterumque Didacum, Alonso propagatos, majoris arcis Neapolitanæ, quod Castrum novum *dicitur, summo imperio Præfectos longe dignissimos. Antonium insuper Didaci senioris filium, Arcis S. Erami ejusdemmet urbis, Andreamque V. Marchionis fratrem, Callipolitanæ, Capuanæque Arcibus Præpositos meritissimos.*

Horum autem omnium, cæterorumque gentis

tuæ

Digitized by Google

tuæ procerum dignitatem, geſtaque præclariſſima Tu, Princeps excellentiſſime, virtutum, omnium acceſſione cumulaſti: ratuſque gentilitium ſplendorem, niſi propria claritate augeatur, obtundi in nepotibus, tandemque interire, in omnem te extendiſti, extendereque pergis operam, ut prudentia, magnanimitate, juſtitia, eximia in literas, literatoſque omnes munificentia, cæteriſque animi tui egregiis, viroque Principi congruis dotibus, dignum te præbeas, in quem tot tantorumque Heroum majeſtas, bonaque omnia tum animi, tum ſanguinis ac fortunæ, jure optimo, deriventur. Excipe igitur, mecœnas optime, munuſculum, levidenſe illud quidem, ſi cum tenuitate mea, tuaque magnitudine conferatur, at dignum ex ſeſe, cui ſatis firmum clariſſimumque patrocinium impendas; quo fiet ut non me ſolummodo, ſed univerſam, maxime autem noſtri hujus Regni eruditorum hominum nationem Tibi devinctiſſimam æternum reddas. Vale Neapoli Idibus Novembris CIↃIↃCCXXVII.

Digitized by Google

M. ANTONII SURGENTIS

PATRITII, ET EQUITIS NEAPOLITANI PERILLUSTRIS.

DE NEAPOLI ILLUSTRATA.

LIBER SINGULARIS.

SUMMARIUM.

CAP. I.

1 *Neapolim Trojanos, vel Græcos condidisse, omnes consentiunt.*
2 *Pontificis, & Regis interest subditorum nationem scire.*
3 *Neapolitani Regni, usque ad Austrienses, dominii mutationes novem fuere.*
4 *Observatio diuturna ob causam mutari potest.*
5 *Subditi Dominum imitari assolent.*
6 *Neapolis & Romæ tractatus varii promittuntur.*
7 *Sedilium & Popularis Plateæ, aliorumque tractationem Serenissimo Hispaniarum Principi pollicetur.*
8 *Antiquiora præferenda sunt.*
9 *L. Feneſtella author libelli* de magistratibus, *an idem sit qui ab Ulp. in* l. 1. ff. de off. quæst. *Pli. & Seneca nominatur.*
10 *Consiliarius à latere prius dignitatem adeptus, prius suffragium præstat.*
11 *Consiliarii S. R. C. posteriores dignitate, post eum, cui causa demandata est, sententiam proferunt, cujus diversitatis rationes afferuntur.*
12 *Consuetudo locorum in prærogativis attendenda est.*
13 *Oratores Equitesque Sedilium, quid in præcedentiis observent, alibi tractandum promittitur.*

VETERES Historici, Cosmographique Parthenopem, quam nunc *Neapolim* appellamus, à Trojanis, vel Græcis conditam, auctam, restauratamque fuisse autumant. Qui priorem sententiam, Æneam, qui posteriorem tuentur, Herculem, Phalaridem, Rhodianos, Cumanos, Pitacuseos, Diomedem, Athenienses, Calcidenses fundatores constituunt. Historiam ab initio, prout vel res tanti momenti exposcit, pro viribus elucidare nitemur, ne prætermissa, in obscuram brevitatem, damnatamque negligentiam incideremus, malevoli, ac amici etiam carperent, & obtrectarent.

Præterea Summo Pontifici, ac Regi, hominum & civitatum nationes, progeniem, & conditores, ad Solares, Lunaresque dignitates, congrue distribuendas, multaque ob alia, scire satis necessum esse judicavimus, ut

A scri-

Digitized by Google

scriptum est in *l.quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edict. l. forma, & eadem l. §. in servis ff. de censib. l. quisquis. C. ad l. Jul. Majest. c. miramur. in argum. 61. dist.* Odof. in *l Julian. ff. de act. & oblig.* Abb. in *c. si præponente, de rescrip.* Dec. in *cons. 541.* Afflict. in *constit. Regni, incipiente Divinæ. 4. not.* Grammaticus *consil. 12. num. 6.* Corsetus in notabilibus suis *verbo subreptio.* Novizanus in sua *silva. lib. 2. n. 115.* Rip. in *tract. de peste, in remedio ad conser. uber. n. 154.* Tiraquellus in *7. l. connub.* Cassaneus *catbalogo glo. mundi. 11. par. consid. 24.* Hieronym. Cag. *prob. ff. num. 12.* Gometius in *primo, n. 38. & latius. §. sic itaque. n. 18. inst. de action.* Additio ad *primam Regni constit. col. 3.* Covarruvias *lib. 2. var. resol. cap. 8.* Avunculus meus *Marinus Fretia lib. 2. de subfeud. qu. 23.* Et ultra hos latissime omnium mores, & inclinationes scripsit Alexander ab Alexan. *genial. dier. lib. 4. c. 13.* Inter quæ præstat, ut affectionibus patefactis symmetram medelam dare valeant, ut legitur in §. *liceat* cum aliis ibi per Accursium adductis in *auth. quibus mod. natur. effic. legit.* etsi dominii mutatio (ex Græcis enim conditoribus ad Romanos, ex quibus ad Gothos: unde iterum ad Græcos, inde pene ad Sarracenos, ab iis ad Normandos, qui regium titulum à Summo Pontifice assecuti fuere; post hos ad Svevos, hinc ad Andagavenses, & ex ipsis ad Aragonenses, demum ad augustissimam semperque invictissimã Austrienſium Familiam translatum est, & nullo unquam tempore recessurum esse, omnium acclamatione expetitur) morum etiam exterorum commixtio, & assiduus accessus, multa desuescere fecerunt; tamen evidens ratio fuit, ideo reprehensibile non est. *l. 2. ff. de const. princ. c. non debet, de consanguin. & affin.* idem est populus, etsi nemo ex illis vivat, *l. præponebatur ff. de jud.* & in uno etiam residere potest, *l. sicut. §. 1. ff. quod cujusque univers.* qui conditorum institutа veterumque mores, ad posteros transferre eisque propagare potuit, ut saltem si non scintilla, scintillula appareat, non multum abest, quod à Chrysostomo scribitur, *quales domini*, inquit, *tales servi, c. sicut, & c. pastoralis. 2. q. 7. c. ex merito. 6. q. 1.* & ibi *glo.* Claudiani carmina citat.

Totus componitur Orbis
Regis ad exemplum.

& idem Claudianus:

Mobile mutatur semper cum
principe vulgus.

Quales in rempublicam principes essent, tales reliquos fore cives, *Cic. epist. lib. 1.* Huic adhæret *l. si mihi & tibi. §. regula. ff. de leg. 1.* & ultra in Adagiis, *Bonus dux bonum reddit comitem*; late scribit Tiraq. in *tract. de pœn. causa 51. n. 91.* Hieron. Cag. in *Rub. prob. digestor. n. 13.* Ad hæc, Religionem erga Deum, Templa erecta, Majorum gesta, Bella terra marique commissa, Portus, Castra, Ædificia cõstructa, Urbis nomina, Situs, Mœnia, Portas, Pomerium, Parthenopes, Virgilii, Sanazarii, Sepulcra, Fructus Fontesque copiosos, Hippodromum, Thermas, Insignia, Imperatorum ac multorum memoratu dignorum Adventus, Theatra, Fora, Vicos, Insulas adjacentes, Paludes, Terræmotus, Memorabilem maris Exuberantiam, ejusdemque crateræ mensuræ Descriptionem, Incendia, Munificentiam, Ritus, Mores, Ludos, Duces, Sexaginta

ta vel circiter epitheta, & quod prius dixisse debebam, Romæ, & Imperii fundationem, originem, translationē, epitheta etiam, & declarationem, cum Trojanis conjunctionem, Regum & Imperatorum seriem, & genealogiam, Æneæ ex Anchise & Venere parentibus, Herculis, Phalaridis, Diomedis vitas, obitusque. De Cumanis, Rhodianis, Pitheacusis, Athenienſibus, Chalcidenſibus, Magna Græcia, Opicis, Oscis, Volscis, Nolanis, Campanis, Vesuvio, Herculano, Pompejano, Græcorum consilium de hac ora tenenda, urbeque fundanda, suo ordine recensebimus. Ad quæ pene singula probanda, id potissimum observavimus, quod à nemine hucusque factum esse comperimus, ut præter historicorum, aliorumque scriptorum authoritates, ex utriusque juris, Regnique Constitutionibus, & Feudorum usuum fontibus, uberrimis testimoniis iis fidem compararemus. Ex quibus etiam juribus, quamplurimæ differuntur quæstiones. De Sedilibus, ac populari Platea, & Civitatis regimine, Magistratibus, Magistratuumq; prærogativis, Familiarū Insignibus, & nobilitate; Regnique
7 Provinciis & Civitatibus, in aliis duob. lib. PHILIPPO ejus nominis III. Serenissimo Hispaniarum Principi nuncupandis, Deo auspice differetur. Et ut nil antiquitatis penitus ignoretur, ut admonet Justinianus in §. 1. *inst. de test.* ab ea, ut juris est, incipiam.
8 *l. 1. ff. de alb. scrib. l. 1. ff. de fid. instrumen. l. 1. §. quibus. C. de nov. co. fac. l. 1. C. de consul. lib. 12. §. singulorum, instit. de rerum division. l. 1. juncto titulo ff. de jur. natu. gent. & civ.* Doctores in *l. cum quid. ff. si certum peta.* Dec. in *c. clerici, de judi.* Affli. in *prob. const. regn. quæst. ultima*: quod à regiis à latere consiliariis (bellicos & status consiliarios vulgo appellant) continue custoditur, ex Cic. *de senectute.* L. Fenestella (de quo in *l. 1. ff. de offic. quæst.* Seneca *epist.* 108. Plin. *lib.* 33. *natur. histor. cap.* 11. si uterque idem est) *lib. de Romanor. Magistrat. cap.* 1. habetur, & Aul. Gellius *act. noct. lib. 2. capit. 15.* diversimode observatum refert. Et in Senatoribus ab iisdem gentis, dubio procul videtur, sed in lectis & pedariis ambiguum esse poterit. Et pro hoc more in Eccl. *cap. 22. loquere major natu, te decet primum verbum d. l. 1. ff. de alb. scrib. l. spurii. §. fi. ff. de decur.* & *l. 1. C. de consul. lib. 12.* facit multum tex. in *l. 2.* & *l. 1. C. de præfec. præt. sive urbis, eodem lib. 12. l. 2. C. de offic. magist. offi. l. providendum. C. de postula. l. fi. C. de tiron. lib. 12. l. 1. C. de comit. & arch. sacri pal. lib. 12. l. quicunque. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. l. fi. §. illud præcipue C. de primoc. lib. 12. arg. l. argentarius. §. edi. ff. de edend. cap. statuimus. 61. dist. c. 1. de major. & obedien. 17. dist. c. consilia. §. hoc quoque, & §. verum, 74. distin. c. episcoporum, 75. dist. c. fi.* Bal. in *c. 1. de controv. feud. inter par. ter. in principio*, & in *l. observare*, §. *antequam vero, ff. de offic. proconf. leg.* Roma. *sing.* 84. Bartholomæus Veron. in *tract. de Imperat. milit. eligendo*, Cassaneus in *cathal. de glo. mundi*, 11. *par.* 17. *consid.* & 10. *part.* 29. *consid.* & in *prob. consuetud. Burgund. verb. Ordonne*, Afflict. in 1. *Decision.* Grammа. *decision.* 64. *num.* 32. Octavianus Cacheranus in *prob. decision. Pedemont.* Venusini in *eorum speculo, in prin.* Tiraq. *de jure primogen. in præfat. num.* 112. Gaspar Vallascus in *l. imperium, num.* 10. *ff. de jurisdic. omn. judic.* Jacobus de Nigris in *l. 1.*

num. 122. *ff. de verbor. obligation.* Sigismundus de Loffredo *paraphr. feud. in c.* 1. *si de feud. defun. milit. fuer. cont. ver. omnes*, ad hoc etiam Fretia *lib. primo, de subfeud. in prima editione, verbo, Alia fuit quæstio, fol.* 17. & ratio est, cum de bellicis rebus coram supremo Principe tractandis ad ejus Imperium augendum, tuendamque coronam pertinentibus, celerem expeditionem requirentibus, agitur, qui prius dignitatem adepti sunt, prudentiores habiti, earumque magistri posteriores instruentes suffragia præstare debent, per ea quæ Her. in *c.* 1. *hic finitur. l.* scripsit, magisque consulendum est iis, quibus majus periculum intenditur. *l.* 1. *§. sed & si quis. ff. de*
12 *carbon. edict.* Idem cæteri à latere consiliarii Regiam cancellariam Regentes, sive libellorum Præfecti, in aliis causis etiam observant; eodemque Neapolitanum Collegium jure utitur: in Sacro vero Consilio secus est, nam Junior post eum quem vulgo *causæ commissarium* vocant, suam affert opinionem. Et rationem Afflì. in *d. prima decis.* adducit, & à DD. Jacobo Gaspare, & Octaviano, qui non absimilem excogitavit, refellitur; etsi à Tiraquel. & aliis referatur. Et dici potest, quod cum in eo de ordinariis justitiæ causis disseratur, conveniens visum fuit, ut Juniores, tanquam ad studium laboremque aptiores, *l. præcipiunt. ff. de ædil. edict.* neve ab iis seniores corrigi videantur, prius suam proferant sententiam, *l. potioris gradus, C. de offic. rect. prov. l.* 1. *§. sed neque in fi. C. de jur. enucl. l.* 1. *C. de emend. propin.* glo. in *l. sancimus. C. de pœn. c. esto subjectus* 95. *dist. c. cum inferior, de major. & obed. arg. tex. in cap. ut debitus, de appel.* Sylva nuptialis, *lib.* 5. Nec ab re id ejusmodi institutum esse videtur; in proferendis enim hisce sententiis, ad provocationum instar, nempe à minus ad magis dignum proceditur; quod etiam in collaterali consilio obtinet, ut scilicet dignitate Senior postremo sententiam dicat, cum ab isto ad illud provocatur. Nec contra rem facit, quod post seniorem, cui causa est demandata, Juniorem alloqui contingat: nam est æquum, ut causarum gravamina, decenter à Principis candidato inter eos distribuantur. At in hoc est spectanda consuetudo, quæ diversis in locis diversimode servatur, quam legis vim habere, nemo est qui dubitet; & præter allegata. *l. observare. §. ingressus. ff. de offic. proconf. d. l.* 1. *ff. de alb. scrib. l. fin. C. quæ sit long. consue.* Cassan. in *cath. glo. mun.* 1. *par.* 45. *concl.* probant. Quid autem 13
inter Oratores ad suam Majestatem missos, quidve inter Sedilium Equites observetur, cum de publicis agunt rebus in suis curiis, & coram Illustrissimo Prorege, quem nostri *Præfectum prætorio* appellant (de cujus officio, collateralisque authoritate libellum scribo) memoratis jam libris dicemus.

AD-

Digitized by Google

ADNOTATIONES

Mutii Surgentis

Ad *num.4. Idem est populus, etsi nemo ex illis vivat.*

Intelligendum de civitate diruta à tyranno vel ab hostibus, alioquin si ex superioris authoritate diruatur, cives non remanent ne ipsi quidem oriundi: imo & privilegia inanescunt atque expirant, *l.si usufruct. ff.quib. mod.usufr.amitt.* Abb.in *cap.2.extra de novi oper.nunt.* sicut & cum locus sacer destruitur absque superioris auctoritate adhuc remanet sacer, *l.ede, ff.de contrab. empt.* feudum autem quod ibi existit, ad dominum ne devolvatur, an ad Papam, habes ex Ifern.in *c.1. §.item si clericus, in addi.nu.11. quæ sint regal.* ubi & irrationale animal quandoque & rem inanimatam puniri, ait. Porro variis ex causis potest ecclesia dirui à S. Pont. quippe si erit in loco silvoso, aut alias ubi recipientur latrones, 1.*q.*1. *can.Judices* sicut & Civitas, ut per Odoffr.*de pa.const.ver.in perpetuum.* soli autem Principi competit civitates aratro exterminare. Innoc. in *cap. cum conjuncto, de novi op. nunc.* Cast.*de imp.q.*110.*nu.*139. quemadmodum & judici, contumacium prædia domosque diruere, *l.si is, ff.comm. div.* Boer. *decis.*230. Capyc. *decis.*130.

Num.5. Totus componitur orbis, Regis ad exemplum.

Theodoricus Rex scribens ad Senat.Rom.apud Cassiod. *Var.lib.3.c.*12. hæc protulit verba: *Quale fuerit dominantis arbitrium, talem parit libertatis aspectum*, & subdit, *facilius est quippe si dicere fas est, errare naturam, quam dissimilem sui Princeps possit formare rempublicam.* Sed & Eccles:10. *in princ.* qualis rector est Civitatis, tales sunt & habitantes in ea, & Regum optimatumque delicta longe lateque divulgantur, quare Pindar. in 1. *Pyth. nam si quid*, ait, *inhoneşti patraveris, circumfertur undique, multorum Rex es*, & Juven.*sat.*8.

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto qui peccat major habetur.

Idque usque eo extenditur, ut exemplum ducatur ad necessitatem; quod enim ipse facit nos facere compellimur, *cap.in causis, de sent.& re jud.* Cassan. late in *Catal. par.5. consid.*24. *nu.*208. *Siquidem homines fere semper*, inquit Herodian. *lib.*1. *Principis vitam æmulari solent; quo fit ut cum Princeps sit sapiens, maximus sapientium hominum sit proventus.* Hinc est ut qui hæresi sint commaculati, in reges eligi sit prohibitum, imo & Reges ipsos si in hæresim labantur, regno moveri sit constitutum, *cap. excommunicamus, §. moveatur, de hæret. can. vox sanctorum, can.juratos*, 15. *q.*7. *can. venerabilem, ubi* Abb. *de elect. l.inter claras, Cod. de sum.trin.* Castald. *de Imperat. quæst.*81. facillime enim ad illius imitationem omnes subditi in hæresim dilaberentur, perinde ac filii, qui patris mores omnino imitari, sectarique præsumuntur, secundum Speculat. in

prin.

Digitized by Google

proœ. verſ. Cæterum, Bald. in *l. liberti*, *col. 2. Cod. de operib. libert.* Napod. in *conſuet. Neapol. Et ſi teſtator*, *ver. Diſponere.* Barbat. in *conſil.* 34. Tiraq. in *legib. connub.* enimvero fides & religio, præſtantiſſimum efficit Principem, Caſſan. in *catal. par.* 5. *conſid.* 13. & proinde nedum ob ſuam, ſed & ob ſubditorum hæreſim non correctam, communione & regno privatur. Viceque verſa religioſi clientes vaſallique, à fidei, homagiique nexu ipſo jure liberantur, ſi domini patronive conſpurcentur hæreſi, Goffred. in *Sum. de hæretic. n.* 11. & 12. tantoque efficacius principis exemplum in populorum animis imprimitur, quod eam habet in ipſis poteſtatem, quam olim pater in filiis ex imperii translatione in illum facta, ut auctor eſt Xiphil. ex *Dione* in *Aug.* & hæreſeos ceu immaniſſimæ peſtis contagio, aliena afficit regna: quod multis probat exemplis Franc. Romulus in *Reſponſ. ad Apolog. falſo inſcriptam catholicam.* Non autem ob ſolam hæreſim Principes regno privantur, ſed & ob neglectum in eccleſiam auxilium, quam ob cauſam Imperium ex Græcis ad Gallos, ex quibus dein ad Germanos, atque adeo ad præfulgentiſs. Auſtriacam progeniem perpetuo ſtaturum translatum novimus, à S. Pontifice, cui ſoli ad quasvis nationes illud transferre competit, *can. diſplicet*, 23. *q.* 8. Cardinal. Jacobat. in *tract. de conſil. lib. ult. cap.* 8. Reſtaur. Caſtald. *de Imper. quæſt.* 81. Caſſan. in *cat. par.* 5. *conſid.* 28. Lancellot. Conrad. in *templo om. jud. lib.* 1. *cap.* 1. §. 31. *de obligat. Imperat.* Sane autem regna ex regis mutatione immutari, atque nova fieri dicuntur, *l. obſervare* §. *antequam*, *ff. de off. proconſ.* §. *pen. inſt. de jure nat. gent. & civ.* imperium vero ex Pontificis authoritate uſque ad ſæculi conſummationem perpetuum eſt, § *pen. auth. quom. oport. epiſc. can. Conſtantinus*, 96. *diſt.* Bald. in *auth. quas actiones*, *col. pen. Cod. de ſacroſ. eccl.* & ſedis nomine perennes paces facit, idem Bald. in *tit. de pace conſt. col.* 2. Cyn. in *l. ſi quis*, *Cod. qui teſtam. fac. poſſ.* & Caſtald. ampliſſime in *d. tract. quæſt.* 72. Quanquam autem populi ex Principe exemplum ut plurimum capiant, miniſtrorum tamen adulationem, non raro Principum animos corrupiſſe legimus: exempla affert Herodiat. *lib.* 3.

Num. 10. *Loquere major natu, te decet primum verbum.*

Profecto advocati juniores primo cauſam proponere debent apud Judicem, tum ſeniores, quo eorum dicta & allegationes Judex melius memoriæ commendet, *de conſecr. diſt.* 2. *can. liquido.* peritiores enim ultimo aſſurgentes melius defendent rem propoſitam; niſi tamen junior excelſiore ſcientia præfulgeat, ut ſic non primo, ſed ultimo loqui debeat, *l. unicuique*, *Cod. de prox. ſacr. ſcrin. lib.* 12. quod ſi pares ſint ſcientia, pareſque ætate, is præferendus cui plures ſint liberi, *l. ſpurii*, §. *fin. ff. de decur.* & quæ alia ad id adducit Specul. in *tit. de advoc.* §. *jam nunc videndum*, *num.* 11. At in Reg. Camera, vel de Regii patrimonii regimine, vel de aliis ad id conferentibus agatur, decanus Præſidens incipit, deinde cæteri ex ordine proſequuntur, & Locumt. poſtremus eſt omnium. Contra, in almo hujus Civitatis collegio Prior prius fert votum, inde decanus, tum demum reliqui.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

CAP. II.

1 *Æneam Neapolim fundasse nonnulli asseverant.*
2 *Trojani belli gesta in multis num vera sint.*
3 *Trojanorum à sanguine genus ducere an magnum sit, &* num. 19.
4 *Francisci Connani in utroque eratum deprehenditur.*
5 *Asia pluribus distingnitur modis.*
6 *Trojam Asiæ regionem esse, Ilium vero ipsius civitatem Metropolitanam, Callistratus cum aliis in* l. non tantum. §. 1. ff. de excus. tut. *acclamat.*
7 *Ilus Ilium urbem à se denominavit.*
8 *Pergama arces Trojanæ, & metaphorice quæcunq; excelsa ædificia dicuntur.*
9 *Aula Priami pro toto Ilio capitur.*
10 *Trojanos à Græcis victos fuisse, Jabolenus in* l. verbum erit, ff. de verbor. sign. *& alii affirmant.*
11 *Equi Trojani Epæus opifex fuit.*
12 *Equus Trojanus erat Minervæ arte fabricatus.*
13 *Equus Trojanus* Durateus *appellatur.*
14 *Porcus Trojanus quis fuerit.*
15 *Trojani belli Adagia multa, memoratu digna, referuntur.*
16 *Papinianus ad Equi Trojani instar à Budeo describitur.*
17 *Ferra quibus Equus Trojanus factus; ubi visa fuere.*
18 *Troja capta ex ejus gentibus ibidem nonnullæ remansere.*
19 *Trojano à sanguine originem habere Imperatores, Reges, Romanique gloriantur.*
20 *Æneas ex Anchise, & Venere Jovis filia nascitur.*
21 *Julia familia ab Julio Æneæ filio, sive nepote denominata est.* L. pronunciatio. §. 1. ff. de verb. sig. *dilucidatur.*
22 *Julia gens, multis Regionibus, Civitatibus, & Legibus, unique Mensi nomen dedit.*
23 *Romulus, Cæsar, Octavianus, Nero, Justinianus, ab illis descendunt, & tex. in* §. 2. in Auth. ut præpon. nom. imp. *illustratur.*
24 *Austriaca familia ejusque Reges, & Imperatores ab eisdem progeniti.*
25 *Romanos originem à Trojanis, & cum eis conjunctionem habere:* l. non tantum, *in* d. §. 1. ff. de excus. tut. *cum aliis probatur.*
26 *Galli num etiam à Trojanis proverint?*

1 ÆNeam Neapolim condidisse, Napodanus in *proh. ipsarum consuetudinum*, & in *rubr. de instrum. confect. per curiales Neapol. in fi.* Lutius Scoppa *collectan. cap.* 32. affirmant. Quæ opinio ex discursu hujus, & sequentis capitis ambigua apparebit. Duo nobis inter alia scitu digna differenda sunt: unum an ea quæ de Trojanis scripta legimus 2
vera sint; alterum num magnum sit ab eorum sanguine descendere. Franciscus Connanus *lib. 2. jur. civil. cap.* 9. comenticias esse narrationes 3
quæ de Trojanis feruntur, nec certi quicquam constitui posse, easque

om-

Digitized by Google

omnes Poeticis oblitas esse coloribus asseruit; debileque etiam alterum ac potius contemnendum censuit; nam nil aliud esse, ait, quam à victis genus ducere: quo fit ut Romani, Franci, aliique Europæ populi hujus nationis esse, vane, atque absque ullo decore jactari videantur. Quæ duo etsi à peritissimo quidem jacta, innumeris tamen legibus, illustribusque authoribus adversari videntur. Asia à jurisconsultis in *l. in honoribus. ff. de vacat. & excus. mun. l. si duas.* §. 1. *ff. de excus. tut. l. fin.* §. *fin. ff. de cens.* diversimode nominata, & alia etiam quæ orbis tertium est divortium a Plin. *nat. hist. lib. 5. cap. 27.* Solino *polyst. cap. 53.* & Cataneo *commentario in junioris Plinii epist. lib. 4. & lib. 8.* & latissime per Carolum Sigonium *de antiquo jure provinc. lib. 1. cap. 10.* dividitur. Ac nonnulli unam ab Oriente ejus partem, minori Armenia, de qua in *l. fin. C. de offic. magist. mil. l. cum antea. C. de agri. & cens. lib. 10.* determinari; alteram itidem ab oriente Phrygia & Licaonia concludi volunt. Minoris autem Asiæ Trojam regionem insignissimam; Ilium vero Trojæ urbem Metropolitanam fuisse omnes fere, post Servium *lib. 2. & 3. Æneid.* consentiunt, nec ipsam Trojam pro civitate capi posse negant. Lucius vero Scoppa grãmaticus diligentissimus *collect. cap. 34.* Ilium Trojæ arcem, etsi sæpe pro civitate capi, Trojam autem urbem esse ait, & nonnumquam pro regione usurpari, idque ex Virg. Strabo. Liv. Plaut. & Ptolomeo probat. Virg. 2. *Æneid.*

Trojaque nunc stares Priamique arx alta maneres.

Plautus:

Expugnabo Urbem Trojam Ilium arcem.

Peritissimi Servii sententia, veterum jurisconsultorum responsis, multisque optimis classicisque authoribus roborata est. *l. non tant.* §. 1. *ff. de excusa. tut. Ilien-sibus*, inquit, *propter inclitam nobilitatem civitatis. l. 1. ff. ad mun.* Iliensibus concessum est, ut qui matre Iliensi est, eorum municeps sit. *l. 1.* §. *fin. ff. de censib.* Et ante hos Plato *de ll. dialog. 3.* *Nondum*, inquit, *sacra Ilii munia erecta in campo stabant, multarum gentium civitas; conditum igitur ex altioribus locis in magno pulchroque campo Ilium accepimus, in colle quodam non alto, quando juxta fluvios defluebant.* Et postea. *Magna igitur eos, devastationis illius cepisse videtur oblivio, quando juxta multos fluvios, ab altioribus locis fluentes, urbem condiderunt, seque ipsos collibus exiguis credidere: unde perspicuum est multis seculis eos post illuvionis vastitatem fuisse. Aliæ præterea multæ urbes jam tunc propagato genere hominum colebantur, quæ scilicet adversus Ilion militarunt, atque per mare forsan quasi jam omnes, eo intrepide uterentur; decennio autem Achivi Trojam oppugnantes everterunt.* Et iterum: *In eo igitur decennio, quo Troja obsidebatur.* Huc usque ipse. Ex Aristot. etiam in *poetic.* idem patet. Diodorus Siculus *lib. 5. c. de Tantalo*, Herodotus Halicar. *lib. 5.* aperte ostendit. Nam ex Erichthonio natus est Tros, qui à se populos *Troadas* appellavit. Hic tres suscepit filios, Ilum, Assaracum, Ganimedem. Ilus campestra loca, ad habitandum eligens, urbem ab se *Ilium* appellavit. Et idem Diod. *lib. 2. de fabulosis antiquorum gest.* de

The-

Digitized by Google

Thebarum ſitibus, ac philoſo. ſcripſit. Et Pindarus *olympia.ode* 8. Pli. *natur. hiſt. lib.* 16. *cap.* 44. Sunt hodie ex adverſo Ilienſiū urbis juxta Helleſpontum in Proteſilai ſepulcro arbores, quæ omnibus ephebiis ejus, cum in tantum accrevere, ut Ilium aſpiciant, inareſcunt; rurſumque adoleſcunt; juxta urbem autem quercus in Ili tumulo tunc fatæ dicuntur, cum cæpit *Ilium* vocari. Idem Plin. *lib.* 2. *c.* 85. *Circa Ilium Troadis primum locum, & lib.* 6. *cap.* 32. *& a portu Ilium immane.* Et Svetonius in *Tiberium cap.* 52. ubi Ilienſium legatos commemorat: expreſſim Pomponius Mela *lib.* 1. *de orbis ſitu* ita alloquens. *Tum ſinus alter* Ἀχαιῶν λιμήν *non longe ab Ilio lictora incurvant, urbe bello, excidioque clariſſima.* Livius *lib.* 7. & in *Act. Apoſt. cap.* 16. *Comment. in Homerum,* & Ennius *infra* allegandus, & Steſa. *de urbibus.* Cecinere etiam Virg. Horat. & Ovid. Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

Fuimus Troes, fuit Ilium & ingens
Gloria teucrorum --------

Idem *lib.* 3. *Æneid.*

Poſtquam res Aſiæ, Priamique evertere gentem
Immeritam, viſum ſuperis, ceciditque ſuperbum
Ilium, & omnis humo fumat neptunia Troja.

Idemque *lib.* 8.

Dardanus Iliacæ primus pater urbis & author.

Nec Virg. Diodorus *lib.* 5. obſtat, qui Ilum condidiſſe, & non Dardanum, aſſeverat; quia ſat eſt Ilum à Dardano proveniſſe. Et iterum *d. lib.* 2. & alibi. Horat. *lib.* 1. *ode* 5.

Iracundā diem profert Ilio
Matroniſque phrygum claſſis Achilles
Poſt certas hiemes uret achaicus
Ignis Iliaca domos.

Ovidius *met. lib.* 1.

------ *poſtquam alta cremata eſt.*
Ilios & Danaas paverunt pergama flammas.

Et idem Virg. arcem ab Ilio *lib.* 3. *Aeneid.* diſtinguit.

Locum Regno nondum Ilium & arces.

Et Pergama *arces Trojanæ* dicuntur, 8
ut Commentario in *Pind. Olym. ode* 8. eodem Pind. authore, in hunc alloquente modum: *Poſtquam nova exſtructa eſt turris, horribiles viſu dracones tres in hac inſilientes apparuere, quorum duo quidem mox afflicti deciderunt, & ſpiritus abjecerunt; tertius vero vehementi clamore irruit; interpretatus eſt confeſtim intelligens infortunatum prodigium Apollo: Pergamus, inquit, ò heros, è tuis manibus operationibus capietur.* Sic allegatum mihi Saturni, Jovis graviter tonantis oraculum adſerit. Ex Ovi. paulo ante allegato, & Virg. 2. *Æneid.* etiam liquet.

Sorte tulit Trojam incenſam & prolapſa videntem.
Pergama -------.

Licet metaphorice quæcumque excel- 9
ſa ædificia *pergama* dicta ſint, & aula Priami pro toto Ilio. Horat. *ode* 4. *lib.* 6. de Achille loquens.

Troas & lætam Priami choræis
------ *falleret aulam.*

Etſi pro Connano Cryſoſtomus Prucenſis philoſophus ad Ilienſes ſcribēs, & Ludovicus Arioſt. *lib.* 33. Ilii captivitatem non fuiſſe aperte aſſeverent, immo Græcos à Trojanis victos exiſtiment. Cic. etiam *lib.* 1. *de divinat.* 10

Digitized by Google

rd hoc addamus, cujus ista sunt verba: *Sint hæc, ut dixi somnia fabularum: hujusque adjungatur etiam Æneæ somnium, quod innumerum Fabii pictoris, Græcis annalibus ejusmodi est, ut omnia quæ ab Ænea gesta sunt quæque illi acciderunt, ea fuerint, quæ ei secundum quietem visa sunt*: Fabius pictor magnæ fuit authoritatis, ut Plin. *nat. histo. lib.* 14. *cap.* 15. scribit. Verumenimvero Trojanum bellum, ac Trojam captam fuisse, idque jure etiam probabimus, *l. verbum erit. ff. de verbo. signific. l.* 1. *ff. de contraben. emption. l. quæ extrinsecus, ff. De verb. obligatio.* Cic. *de orat. & epist.* 67. Plin. *nat. hist. lib.* 33. *cap.* 1. Solinus polyhist. *c.* 2. & per supradicta, & *infra* alleganda patebit.

11 Nam insidiosa equi Trojani machina fuit, cujus Epæus opifex. Virg. 2. *Æneid.*

Et ipse doli fabricator Epæus.

12 Minervæ arte fabricatus, dictus Horat. *lib. carm.* 4. *ode* 6.

Ille non inclusus equo Minervæ.

13 Justinus *lib.* 2. *Durateus* etiam appellatur. Lucretius *lib.* 1. *rerum nat.*

Nec clam Durateus Trojani pergama partu
Inflammasset equus ------

Durateum, hoc est, ligneum. Angel. Polit. *lib. miscellan. cap.* 5. interpreta-

14 tur. Porcus Trojanus, quasi aliis animalibus inclusis gravidus, ut ille Trojanus equus armatis gravidus fuit. Macrob. *lib.* 2. *Satur. cap.* 13. Celius Rodogin. *lec. antiq. lib.* 29. *c.* 25. Et denique pro tacitis insidiis capi-

15 tur, ut in *Adagiis*, Cic. *pro Muren.* citatur: *Intus Intus, inquam, est equus Trojanus, à quo nunquam me consule dormientes opprimemini*; cum aliis Cic. locis in *d. Adagio* adductis. Aliudque *Adagium* dictum est, quod ad idem tendit: *Superavit dolum Trojanum.* Plau. in *pseudulo*: *dolũ Trojanum, atque vicit*, pseudolus de equo Trojano intelligitur. Hinc aliud: *Sero sapiunt Phryges*, ex Tragedia Livii Andronici sumptum, quæ inscribitur *Equus Trojanus*, in eos dictum, quos sero pœnitet, ut Cice. *ibi* allegatus probat. Aliud *Adagium* est, *Conando Græci Troja potiti sunt*; hoc est, omnia conando perfici. Et aliud: *ex Ilio me ducis præteritorum, & infandum memoriam refricari*. Et in 16 bonam capere partem possumus. At de Papiniano; nam Papinianus tanti nominis, *juris Asylum* dictus; ex cujus officina, quasi ex equo illo Trojano Ulpianus, Cels. Pompon. aliique permulti interpretandi juris proceres prodierunt. Budeus in *l.* 1 *ff. de justit. & jur.* & in *l. nec quicquam, ff. de offi. proconf. & leg.* Cott. in *verbo Juris*, & Cic. licet alio tendat *lib.* 2. *de orat.* adducit Metapontum, hodie vulgo *Torre de Mare* dicitur, in Tarentino sinu existens, in eo ferra, 17 quibus equus ille Trojanus factus fuit, visa fuere. Justinus *lib.* 2. *in principio*, & Gallus anonymus in *Franciscum Petrarc. invectiva* fatentur. Ex quibus facile, ni fallor, patet non penitus esse commenticias de Troja- 18 nis narrationes; & ipsos adeo non fuisse extinctos, ut nemo penitus ex eis superstes fuerit, præter ea, quæ supra *num.* 10. allegantur, ex subjectis etiam apparebit. In quibus alterum Connani dictum, quod scilicet à Trojanis originem habere, ma- 19 gni non sit faciendum, repellemus; licet enim gens victa fuerit, tamen nil illustrius, quam ab illis genus ducere, cujus Reges, Imperatores, cæterique

terique Romani, fuisse, gloriantur. Ennius ita cecinit.

O patria, o divum domus Ilium inclyta bello.

Catullus.

Nam tum raptu primores argivorum.
Coperat ad sese ciere viros
Troja nefas commune, sepulcrum
Europæ, Asiaque
Troja virum, & virtutum omnium acerba cinis.

Virg. Æneid.

Quis genus Æneadum? quis Trojæ nesciat urbem
Virtutesque virosque, aut tanti incendia belli?

Cato in *originibus*. *Posterius*, inquit, *mixta iis nobilis Stirps Trojana*. Et Plin. *natural. hist. lib.*5. *cap.*30. Unde omnis rerum claritas provenit. Civitas libera Ilium fuit, ut per Appianum, & Carolum Sigon. *lib. de antiq.* 20 *jure provinc. cap.*10. Æneas ex Anchisæ, & Venere Jovis filia, sive Dardano nascitur, ex Homero, aliisque per Tiraquel. *lib. de Nobil. cap.*32. relatis, liquet. Idem Virgilius *lib.*1. *Æneid.* probat.

Tunc ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ
Alma Venus, Phrygias genuit Simoentis ad undas.

Et *lib.*6.

Anchisa generate Deum certissima proles
Tros Anchisiade, facilis descensus Averni.

Lucretius *lib.*1.

Æneadum genitrix, hominum, Divumque voluptas
Alma Venus. ——

Diodorus Siculus *lib.*5. *de Tantalo*. Livius *lib.*1. Lactantius Firmian. *lib.*1. *cap.*15. & 17. Justinus *lib.*31. sequuti sunt. Ab Ænea Ascanius, à quo Julius nascitur, unde *Julia Gens* di- 21 cta. Hujus fuit opinionis Livius, & Dionisius, & Virg. antiquitatum scrutator maximus *lib.*1. *Æneidos.*

Julius à magno demissum nomen Iulo.

Quibus *Commentarii in Svetonium* in *Cæsaris vita*, & in *Horatium lib.*4. *ode*15. & in *Virg.* in *loco proximè citato*, & Messala Corvinus Orator in *lib. de Progenie Octaviani Imperatoris*. Rivardus Areinus *de gente Julia*, & Ambrosius in *verb. Julius* subscripsere. Ab illis postea Romulus, Cæsar, Octavianus, aliique permulti provenere Imperatores: nam sanguinis, & Imperii ratione à fonte quodam memoriæ Familia Julia manavit, *l. pronuntiatio. §. pe. ff. de verb. signif.* Et non immerito Ovid. *lib.*5. *Fast.* cecinit.

Hinc videt Æneam oneratum pondere caro,
Et tot Juleæ nobilitatis avos.

Quod nomen eo fuit glorioſum, ut 22 percelebres ex illo denominarẽtur Regiones, ut est *Forum Julium*, ubi multæ sunt frequẽtes urbes; ac in ejus memoriam, quamplures ejusdem nominis conderentur civitates, præsertim in Bethica, ut est Julia Fidentia, Julia Claritas, Julia Fama, Julia Virtus, Julia Concordiæ, & aliæ, quæ habentur apud Plin. *lib. nat. hist.*3. *c.*1. & quamplures conderentur leges, ut ex corpore Juris patet, & à Zasio in *catbalogo Legum antiquarum*, & Hotthomanno in tractatu *de Legibus* referuntur. Immo & unus ex duodecim Mensibus, inde fuit *Julius* dictus, Macrobius *Saturn. lib.*1. *c.*12. unde *Kalendæ Juliæ. l. cum in plures. ff. loca. l. cum ab eo. ff. de cont. empt. l. qui balneum. ff. de pi-*

Digitized by Google

23 gno. *l.cum precario. ff. de prec.* Romulus primum Menſem à patre ſuo Marte; ſecundum ab Æneæ matre Venere nominavit, ut ſcribunt Macrob. *lib.1. Saturn.* Divus Auguſtinus *de Civit. Dei lib.3. cap.3.* Commentarii in *Solinum*. Ovid. *Faſt. lib.3.* Cæſar ita dicere ſolebat: *Amitæ meæ Juliæ, maternum genus ab regibus ortum, paternum cum Diis immortalibus conjunctum eſt. Nam ab Anco Martio ſunt Martii Reges: quo nomine fuit mater: à Venere Julii, cujus Gentis Familia eſt noſtra.* Sveton.in *Cæſarem cap.6.* Et Cic. *Epiſt. fam. lib.8. epiſt.* 15. de eodem loquens: *Verna pergnatus*, inquit: qui locus per Libanium emendatur, & legendus eſt, *Venere proguatus*; expreſſimque tradidit Sveton. in *Cæſa. c.81.* ex teſtimonio æneæ tabulæ, in monumento quodam, Capuæ repertæ paucos ante Cæſaris cædem menſes, græcis literis inſcriptæ. *Quando*, ſcilicet, *oſſa Capys detecta eſſent, fore, ut Julo prognatus, manu conſanguineorum necaretur.* Sæpiuſque idem Cæſar, Venerem, *genitricem* appellat. Sveton.in eum *cap.* 78. & 84. emitque Cæſar duas tabulas 80. talenta Thebani pictoris, Medeam, & Ajacem templo Veneris genitricis dicaturus. Plin. *nat. hiſtor. lib.7. cap.38.* & ſex dactyliothecas in æde Veneris genitricis conſecravit, Plin. *nat.hiſt.lib.37. cap.1.* & rurſus ex Strabone *de ſitu Orbis lib.13.* infra referendo patebit.

De Auguſto Virg.1. *Aeneid.*

Naſcetur pulchra, Trojanus origine Cæſar,
Imperium Oceano fama, qui terminat aſtris.

Hor. *lib.4. Ode 15.*

Trojamque & Anchiſæ, & almæ
Progeniem, Veneriſque canemus.

Et iterum:

Clarus Anchiſes, Veneriſque ſanguis.

Ovidius *Metam. lib.15.*

Se dominam rerum, de ſanguine natus Iuli
Efficiet .....

Lucanus *lib.*

O magnæ, qui mœnia proſpicis urbis
Tarpeja de rupe tonans; Phrygiique Penates
Gentis Iuleæ, & rapti ſecreta Quirini.

Sextus Aurelius Victor *de moribus Imperatorum*, de Octaviano loquens, *Octavianus igitur*, inquit, *patre Octavio Senatore genitus, maternum genus ab Aenea, per Juliam familiam, ſortitus.* De Nerone Sveton.in ipſum *cap.39.* per hæc carmina patefecit:

Qui negat Aeneæ magna de ſtirpe Neronem,
Subſtulit hic matrem, ſubſtulit ille patrem.

Juſtinian.in §.2. *in authen. ut præpon. nom. Imperat. Si quis enim*, inquit, *reſpexerit ad vetuſtiſſima hominum, & Reipubl. Aeneas nobis Trojanus Rex Reipublicæ Princeps, & nos qui* 24 *Aeneadæ ab illo vocamur*. Cujus reliquiæ id in dies augumenti receperunt, ut noſtra ætate multo illuſtrius, quam nuſquam antea ſplendeant. Iis enim ſuam referre originem, Divam AUSTRIACAM Domum complurium Hiſtoricorum conſenſu fertur: Quæ tot invictos Imperatores, & Reges protulit, profertque, ut jure dici poſſit, Trojanos non extinctos fuiſſe, ſed ex Aſia in Europam Imperii ſedem, glorioſiſſime firmandam tranſtuliſſe. Romani Imperii mater 25

ipſa

Digitized by Google

ipsa Troja, vel Ilium, unde origo est Populi Romani, de stirpe Aeneæ, ex cujus posteris Roma condita est. Divus Augustinus *de civit. Dei lib.* 3. *cap.* 3. 4. 5. & *lib.* 1. *cap.* 4. Cæsarem præterea maximam, de Iliensibus curam habuisse, ac Alexandrum æmulatum fuisse, qui magnopere erga Ilienses, erat affectus; & propter cognationem nempe Cæsar, quia Alexandri amantissimus fuit, & certissima cum Iliensibus cognationis signa habuisse, quia Romanus erat. Strabo *de situ Orbis lib.* 13. fatetur. Seneca etiam *lib.* 3. *de beneficiis cap.* 37. Aeneam inter conditores Romani Imperii posuit. Id etiam aperte Justinus, sive Trogus Pompejus *lib.* 31. his verbis ostendit. *Et ingressi Asiam Romani, cum Ilion venissent, mutua gratulatio Ilienſium, ac Romanorum fuit. Ilienſibus, Aeneam, cæterosque duces ab se profectos, Romanis, se ab his procreatos referentibus; tantaque lætitia omnium fuit, quanta esse post longum tempus inter parentes, & liberos solet. Juvabat Ilienses nepotes suos, Occidentem Aphrica domita & Asiam, ut avitum Regnum, vendicare; optabilem Trojæ ruinam fuisse dicentes, ut tam fœliciter renascerentur. Contra, Romanos, avitos lares, & incunabula majorum, Templaque, ac Deorum simulacra, inexplebile desiderium videndi tenebant.* Hucusq; Justinus. Cecinerunt præterea Poetæ multi.

Ovidius *lib.* 15. *Fast.*

Nunc quoque Dardaniam fama est consurgere Romam.

Syl. *lib.* 4.

Dii patrii quorum auspiciis stat Dardana Roma.

Petrus Crinitus *lib.* 7. *cap.* 11.

Hinc Pater Aeneas Romanæ stirpis origo.

Baptista Pius.

Troja te merito, quamvis veneretur honore,
Roma. ----

Michael Angelus.

Felsineosque lares, Phrygia quoque mœnia Roma.

Mantuanus.

Tibridis ad Jani collem, atque Aeneida Romam.

Et etiam jure civili, hæc verissima videntur, ex *l. non tantum* §. 1. *ff. de excusat. tut. Ilienſibus, & propter inclytam nobilitatem civitatis, & propter cognationem originis Romanæ, jam antiquitus, & Senatusconsultis, & constitutionibus Principum, pleniſſima immunitas tributa est, ut etiam tutelæ excusationem habeant, scilicet eorum pupillorum, qui Ilienses non sunt, idque divus Pius rescripsit.* Et in *d.* §. 2. *in auth. ut præpon. nom. Imper.* Nec etiam Franci originem istam habuerunt, cum Hector Trojanus nunquam Franconem progenuerit, à quo, *Francos* appellatos fuisse volunt, ut Michael Ritius *lib.* 1. *de Regibus Gallo.* advertit. Et ex Platone in *Cratyl. vel de recti nom. rat. lib.* 23. Ex quibus affatim, ni fallor, commonstratum est à Trojanis originem trahere, gloriosissimum esse: tantum abest ut parvi sit faciendum, ut Connanus fecit; cui si præfatæ authoritates notæ fuissent, aliter sensurum fuisse, non ambigo. 26

AD-

Digitized by Google

ANNOTATIONES

Ad *num.*23. *Nero à Trojanis descendit.*

In Nerone defecit Trojani sanguinis semen, ut author est Dion; nam is ultimus ex Julia familia, quæ ab Ænea profecta erat, regnavit.

SUMMARIUM.

CAP. III.

1 *Aeneas Italiam venit, Homerique carmina ad hoc emissa declarantur, &* n.5.
2 *Homeri authoritas maxima est.*
3 *Homeri tempus, laudes, & patria referuntur.*
4 *Homeri sententiæ à Jurisconsultis allegatæ, enumerantur.*
6 *Segestum, oppidum in Sicilia, ab Aenea conditum.*
7 *Aenaria, à statione navium* Aenea *dicta est.*
8 *Aeneas quibus, & quot navibus, & hominibus in Italiam venerit.*
9 *Leucosia una ex tribus Sirenis est.*
10 *Aeneas num patriæ proditor fuerit.*
11 *Nobilis, proditionem committens, nobilitatem amittit.*
12 *Nobilis, propter furtum, nobilitatem amittit, & per duas inficiatur leges.*
13 *Aeneas profugus fuit, & morimine desertæ patriæ liberatur.*
14 *Aeneæ pietas commendatur.*
15 *Anchises mortuus est in Sicilia.*
16 *Aeneas Genitoris tumulo flores spargit, ludosque pollicetur.*
17 *Aeneas, quot annis, post Trojam eversam, vixerit.*
18 *Aeneas à Diomede ingenti saxo percussus.*
19 *Aeneas num Turnum in Latio interfecerit.*
20 *Aeneæ interitus, varius describitur.*
21 *Parthenope ante excidium Trojæ, authore Ovidio, condita fuit.*
22 *Insignia Trojanorum Leo fuit, quo major pars ex nobilibus Sedilium uostræ Civitatis utitur.*

NEapolim ab Aenea conditam fuisse complures affirmare diximus: at quia hujusmodi opinioni, tria non contemnenda, adversari videntur, de his summatim differere nõ abs re judicavimus. Primo an post Trojam dirutam, Aeneas Italiam venerit; tum, an alias in Italia fundaverit urbes: demum, an ante ipsius adventum civitas hæc esset condita.

1 Nonnulli sunt, qui Homerum, alioqui virum doctissimum, Aeneam Italiam non petiisse, post Trojam captam à Græcis, per hæc carmina asseveresse, dicunt:

Jam Priami genus misertus Jupiter, at nunc
Imperium Trojæ Aeneas violentus habebit,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Cujus Homeri authoritas maxima 2 est, nam cum *Poetam* dicimus, nec nomen addimus, egregius Homerus apud Græ-

Digitized by Google

Græcos subaudiatur. §. *sed jus quidem. inst. de jure nat.* Servius *Aeneid. lib.* 3. atque tam bene de humano genere meritus Seneca *de consolat. ab Polib. c.* 5. longoque spatio Virgilium præcessit; nam etsi ejus tempora incerta
3 sint; tamen annis multis ante Romulum fuit, siquidem non infra superiorem Lacurgum, Cic. *pro Brut. & Tusculan. quæst. lib.* 1. & idem Cic. *de Senect.* Homerus multis ante Hesiodum sæculis, & Romam conditam, Aulus Gell. *att. noct. lib.* 17. *cap.* 21. Ovid. *lib.* 2. *de art. Antiquum* appellat.

Scilicet antiquo Nireus adamatus Homero.

Plin. *hist. nat. lib.* 25. *cap.* 2. *Antiquitatis parentem*: Et ante eum, Cic. *lib.* 5. *Tuscul.* appellant; Diodorus Siculus *de gestis Philos. Maximum, antiquissimumque Poetam*, & Idem Plin. *nat. hist. lib.* 17. *cap.* 9. *Regium Senem, Plin. nat. hist. lib.* 17. *cap.* 5. *Ingeniorum fontem, & lib.* 3. *cap.* 29. *Græcorum vatem* acclamavere; & Cic. ad Cajum scribens *lib.* 13. *epist.* 14. ad Homeri magniloquentiam se conferebat, & Cicer. Stat. & Pall. imitati sunt. Stat. Syl. *lib.* 5.

Fors & magniloquo non posthabuisset Homero.

Pall.

Spiritus altiloqui non est infusus Homeri.

De ejus patria, multo maxime dissensum est; nam septem Civitates pugnant, atque contendunt. Cic. pro Archia Poeta, quas Aulus Gell. *att. noct. lib.* 3. *cap.* 11. recenset, & Commentarii in *Virg. opuscul. in Mecœnatis obitum*, ex Græcis carminibus ad Romanam linguam traductis.

Septem Urbes certant de stirpe insignis Homeri.

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athenæ.

Has Hipparchus, teste Aeliano, miro artificio sacras in ejus honorem colendas curavit, ex Ravisio facile etiam elici potest, quē Virg. in *Aeneide* imitatus est. Cujus libros Dicihyparchus primus in Athenarum urbem invexit; cætera de eo ex Platone *de Furore poetico*, Herodoto *in fin.* & Archilocho *de temporibus*, Plutarcho, Strabone *de situ orb. lib.* 10. Solino *cap.* 16. & *cap.* 53. & ibi in eum *Commentarii.* Frequentius leges nostræ Homerum quam Virgil. sequutæ sunt. Et *apud* 4
præcipuum poetarum scriptum est, l. aut facta §. *eventus, ff. De pœn.* Admonet & nos summus apud eos Poetarum Homerus, *l. qui venenum, ff. De verb. sign.* & Justin. in *proœm. ff.* §. 1. *Omnis virtutis patrem* appellat: commemorant etiam *l. legatis* §. 1. *ff. de leg.* 3. *l.* 4. §. *ad affines, juxta fi. ff. de grad. affin. l. legata, ff. De suppellect. leg.* De cujus libris, *l. librorum* §. *si Homeri & seq. ff. De leg.* 3 §. *item pretium. Instit. de empt. & vend.* Sed receptior est illorum sententia, 5
qui Aeneam in Italiam venisse affirmant, ut ex authorum calculo, & discursu apparebit. Nam Homeri carmina, superius descripta, aliter se habent, ita narrantes:

At genus Aeneæ, cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

ut per Strabonem *de sit. Orb. lib.* 13. & Virg. 2. *Aeneid.*

Italiam nutu petitis, ventisque vocatis;
Ibitis Italiam, prorsusque intrare licebit:
Provehimur Pelago vicina cerau-

nia

Digitized by Google

nia juxta,
Unde iter Italiam -----,

Et *lib.*1. *Aeneid.*

Ilium Italiam portans, victosque Penates.

Varro *lib.*2. *rerum humanarum.* Macrobius *Saturn. lib.*3. & *lib.*3. ubi secundus.

Pergama vos celsis nunc primum à navibus itis.

& *d. lib.*3.

Jam tandem Italiam, fugientis prætendimus oras.

Et *lib.*7. & *eodem lib.*3.

Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit Tellus, eadem vos ubera læto
Accipiet reduces, antiquam exquirere matrem;
Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Et pluries. Hanc eandem opinionem
6 tenent Ovidius *Metamorph. lib.*14. Et Cic. in *Verrem. Segesta*, inquit, *est oppidum pervetus in Sicilia, judices, quod ab Æneâ fugiente à Troja, atque in hæc loca veniente conditum esse:*
7 & *lib.*2. *de Il.* Plin. *hist. nat. lib.*3. *cap.*6. Ænaria ipsa, à statione navium Aeneæ. Livius *lib.*1. *in primo in Meth. supplemento in Berosum.* Divus Augustinus *de Civitate Dei lib.*18. *cap.*16. & *lib.*1. *cap.*3. & 6. Salustius in *Catilinam.* Macrobius *lib.*3. *Saturn. cap.*4. Diodorus Siculus *lib.*5. Solin. *cap.*8. Eutropius *lib.*1. *de gestis Roman.* Pausanias *lib.*3. Justin. *lib.*43. Dionisius Alicar. *lib.* 1. Lactantius Firmian. *lib.*1. *cap.*17. Strabo *de sit. Orb. lib.*5. Rivardus Areinus *de gente Silvia.* Commentarii in *Solin. d. c.*8.

Et cum viginti navibus in Italiam venit. Virg. *Æneid.*1. 8

Sum pius Æneas, raptos qui ex hoste Penates,
Italiam quæro patriam, & genus à Jove summo,
Bis denis Phrygum conscendi navibus æquor;
Classe vehor mecum, fama super æthera notus,
Matre Dea monstrante viam fata data secutus.

Sed Dares Phrygius: *Æneas*, inquit, *navibus profectus est, in quibus Alexander in Græciam ierat, num.*22. quem omnis ætas sequuta est hominum in millibus tribus & 400. quem falsè refert Lutius Scoppa *lib. collectan. c.*34. quod ducentis venerit navibus; & ita Joannem Judicem de Columna, tenere asserit. Dissentit etiam Solin. in *d. cap.* 8. Sociis non amplius sexcentis in agro Laurenti posuisse castra, inquiens: *Signum Aquilæ ab Æneâ in Latium translatum fuit.* Alexander ab Alex. *genial. dier. lib.*4. *cap.*4. Leucosiam etiam petiit. Ovid. *metam. lib.*15.

Leucosiam petiit, tepidique rosaria Pesti. 9

Est autem Leucosia una ex tribus Sirenis, circa quam duæ sunt veterum opiniones. Una quod contra Pestanum Sinum, vulgo dictum, *Pieste*, à Sirene ibi sepulta dicta. Plin. *hist. nat. lib.*3. *cap.*7. Strabo *de situ Orb. lib.*8. Solin. *cap.*8. Lucaniæ adjacens, secundum Festum; Altera, nam eo loco est, ubi ab Ulisse spreta in profundum se abjecit; & vide Aristotelem *de mirabilibus auscultationibus.* Utcumque tamen sit, Æneæ consobrina fuit. Et in Sardinia etiam fuit, de quo per Nicolaum Leonicum. *de var. hist. lib.*1. *cap.*1.

Sed

Digitized by Google

10 Sed quomodo sine proditionis suspitione Italiam venire potuerit, ambigitur. Ideo aliqui tunc in portu fuisse, alii à Priamo missum fatentur, ex Dionisio Alicar. *lib.* 1. & Ludov. Vivis *commentariis in Divum Augustin. de civitate Dei lib.* 18. *cap.* 19. Aliqui vero cum Antenore, patriam prodidisse existimant; idque consulte factum, ut Dares Phrygius *de excidio Troja* scribit. Nam ut Seneca *de Beneficiis lib.* 6. *cap.* 36. inquit, *quis pium dicet Æneam, si Patriam capi voluerit, ut captivitate patrem eriperet?* Virg. 1. *Æneid.*

Antenor potuit mediis elapsus Achivis.

Et iterum in *eodem lib.*

Se quoque Principibus permixtum agnoscit Achivis.

Et *lib.* 2.

Vadimus immixti Danais: haud numine nostro.

Et *libro* 6.

Descendo, ac ducente Deo, flammas inter & hostes,
Expedior----

11 Quo fit, si verum esset, ut obscurum genus hoc esset; quia licet alias Nobiles non debeant furca suspendi, secundum glo. in *l.* 3. §. *pœna militum ff. de re milit.* Tiraquel. in *tractat. de Nobil. cap.* 20. & in *tractat. de pœnis, causa* 47. Tamen ob crimen proditionis, nobilitatem amittunt. Bal. in *c. cum quidam, de jure jur.* Marsilius *Sing.* 15 ita etiam propter furtum, Luc. de Penna in *l.* 1. *n.* 14. *& sequent. C. de desert. & occultat. lib.* 12. est Regni *cap. quod Carolus Dei gratia sub rub. de furt. per lil. in const. Prosequentes*, & in 12 *const. terminum vitæ.* Doct. in *dict. Regni cap.* volentes pro furto Nobiles capitali pœna teneri: & cogita in hoc per *l. hac leg.* §. 1. *ff. ad l. Jul. pecul.* quæ de illo clarissimo, & *l.* 1. §. 1. *ff. de effract.* quæ de Equite Romano loquuntur.

Sed ab hac calumnia defenditur Aeneas, cum strenue pugnasset; atque per Servium in d. carminibus defenditur: Nam cum fato profugus esset, ergo à crimine desertæ patriæ libe- 13
ratur; ita Commentarii in *primum Aeneidos*, & Ludovicus in *d. cap.* 19. & alter Ludovicus Ariostus.

Horatius *primo carmin. sæcul.*

Cui per ardentes, sine fraude Trojam
Castus Aeneas, patriæ superstes
Liberum munivit, iter daturus;

& sequuntur Commentarii. *Bonus* ab Homer. & à Virg. 2. *Aeneid.* appellatur,

Quos bonus Aeneas----

Satisque Aeneæ pietas erga Patrem suum Anchisen commendatur, cum humeris extra portam sisteret, & po- 14
stea in Siciliam pervexit incolumem; Cœlius Rod. *antiq. lect. lib.* 2. *cap.* 17. & *lib.* 19. *cap.* 23. Seneca *de Benefic. lib.* 3. *cap.* 37. *Siquem impium, qui patrem verberavit, Aeneam docemus.*

Virg. 2. *Aeneid.*

Ergo age chare Pater cervici impone nostræ.
Ipse subibo humeris, nec me labor iste gravabit.

Et *lib.* 6. *Aeneidos* Virginem alloquitur.

Unum oro, quando hic Inferni Janua regis
Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso
Ire ad conspectum chari genitoris, & ora
Contingat, doceat iter, & sacra ostia pandas.
Illum ego per flammas, & mille sequentia tela

Eripui his humeris, medioque ex hoste recepi.
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum.

15 Mortuus est denique Anchises in Sicilia, & Drepani sepultus (hodie *Trapani* vulgo dicitur). Cœlius Rod. *antiq. lect. lib.* 17. *cap.* 20. Ludovicus *cap.* 19. Arioſt. *cant.* 43. Virg. 3. *Aeneid.*

Hinc Drepani me portus, & illatabilis ora
Accipit; hic pelagi tot tempestatibus actus,
Heu genitorem omnis curæ, casusque levamen
Amitto Anchisen------.

Et etiam in Laconica sepultus, Pausanias *lib.* 6. ac nonnulli Italiam vidisse ferunt, ut Strabo *de sit. Orb. lib.* 5.
16 & alii. Et præter epulum in ingresse, & ludos pollicetur, & ad tumulum vadit, floresque spargit: ac Anchisen Italiam non vidisse volunt Virgil. *lib.* 5. *Aeneidos*

----- *Post epulum*
Purpureosque jacit flores, ac talia fatur:
Salve sancte Parens, iterum salvete recepti,
Ne quidquam cineres, animæque umbræque paternæ.
Non licuit fines Italos, fataliaque arva,
Nec tecum Ausonium (quicumque est) quærere Tibrim.

Etsi metaphorice, Italiam venisse videatur, ut Servius in *primo Aeneidos.* Sed licet superius, potius ad facti contingentiam transcripta, vera esse videantur; tamen si conjectari licet, ve-
17 risimile hanc condidisse civitatem non est: Nam Aeneas sex post Trojæ captivitatem, annos vixit, & partim errando, partim regnando, annos duravit quinque, secundum Joannem Annium *de utriusque Italiæ chronographia fol.* 261. Immo Virgil. *lib.* 1. *Aeneid.* tres annos regnasse Italiæ voluit.

Tertia dum Latio regnantem viderit æstas.
Ternaque transierint Rutulis hyberna subactis.

eoque maxime cum ingenti saxo à 18
Diomede percussus fuerit.

Commentarii in *Div. August. de civ. Dei lib.* 14. *cap.* 16. & in *Horat. lib.* 1. *carm. ode* 15. & *serm. lib.* 1. *satyra* 5. ex quo facilius Diomedem ab Ænea necatum fuisse dignosci potest. Aristoteles *de mirabil. auscultat.* Virg. *Aeneid. lib.* 2. Commentarii in *Divum August. d. cap.* 14. & per Serv. *d. lib.* 2. & cæteri *lib.* 11. licet alii, ab Illiricis peremptum ibidem, asseverent. Et ab Epiro in Calabriam venit, illiusque adventu Diomedes territus, navigavit Scyllam, & Caribdim, atque magnam Siciliæ partem circuit. Ovidius *Metam. lib.* 15.

Et Diomedeos Æneas fugeret ensis.

Servius *lib.* 3. & *lib.* 12. & aliqua per Lutium Scoppam *collect. lib. cap.* 24. Fertur etiam Turnum in Latio in- 19
terfeciſſe: ultra alios scribit Cœlius Rod. *antiq. lect. lib.* 7. *cap.* 7. licet sint qui contrarium substineant. Diem clausit in Italia, in Laurento. Idque etiam varium est, secundum Commentarios in 4. *Æneid.* & Solin. *d. cap.* 8. & Divum August. *cap.* 19. Nam cum Rutuli Mezentio Hetruscorum Regi, belli socio, Aeneæ, qui Latio in Regno successit, bellum intulissent, nec procul à Livinio (namque primitias ejusdem Regis Mezentii, Marti obtulit. Virg. 2. *Aeneid.*

.....*Hac*

Digitized by Google

..... Hæc sunt spolia de Rege superbo.)

& utrinque plurimis cœlis, ac cum in ambiguo victoria foret, nisi quod nox sola pugnam dirimeret, tunc Aeneæ corpus evanuit; & secundum Divum Augustinum in *d. cap.* 19. Deum sibi fecerunt Latini, cum in Deos translatum existimarent, & *Indigetem* appellant. Alii in Numico amne, ubi fuit prælium, summersum crediderunt, vel cum supra Numicum flumen sacrificaret, lapsus est. Servius 4. *Æneidos*.

Sed cadit ante diem media arena.....

Et *libro primo* in illud:

At puer Ascanius cui nunc cognomen Iulo.

Et Virg. *libro* 7.

.....Hæc fontis stagna Numici

ut per Eritraeum verbo *Numici*: & alibi sæpius. Et Catullus

Illic sanctus eris, cum te venerauda Numici
Unda deum cœli miserit indigetem.

Et Maphæus Vegius in *fine*. Et Liv. *lib.* 1. Div. August. *d. cap.* 19. Ovi. *Metam. lib.* 14. Eique templum Latini, hac inscriptione adjecta, construxerunt. Dionis. *lib.* 1.

PRÆDITUM PATRIS DIVI TERRESTRIS QUI FLUVII NUMICI GUBERNAT.

Ergo non potuit tam brevi tempore, in Italia, & in hunc sinum tempestate delatus cum fugeret, civitates condere. Sed alibi, ut scribit Pausanias *lib.* 6. & in Thracia civitatem fundavit. Servius *libro* 12. Nec civitatem istam Romanis omni ævo cognitam, si Trojani, cum quibus conjunctionem habebant, fundatores essent, præ-
20 termisissent. Denique expressim Ovidii authoritas *lib.* 12. *metam.* obstat, qui Æneam post Trojam eversam, per hæc maria transeuntem, Parthenopem, non modo conditam, sed & muris circundatam vidisse, his carminibus fatetur.

Has ubi præterii, & Parthenopeia dextra
Mœnia deseruit, læva de parte Canori.

Et tamen Napodani opinio defendi potest. Nam Trojanorum Insignia Leo fuit, quo potissimum Hector usus fuit. Virg. *lib.* 1. *Æneidos*.

.....Æneia puppis
Prima tenet rostro Phrigios subvecta leones.

Ut per Tiraquellum *de Nobilit. c.* 6. & Cassaneum in *Cath. de gloria mundi* 1. *par. concl.* 56. Quæ incolumia, & perennia remanere: nam si patriam prodiisset, deleta, ac adempta forent, *l. eorum* ubi *Alber. ff. de pœn.* Tiraquellus *de pœnis, causa* 31. *n.* 21. ex multis probat, & pro hoc vide *l. quisquis* §. 1. *C. ad l. Jul. Majest.* & *supra num.* 11. Quo factum est, ut Leo 21
in Italia, Nobilibus ad ea Insignia peculiaris fuerit; eoque quasi cunctæ antiquissimæ omnium Sedilium Familiæ (inter quas nostra est) ac aliæ etiam extra nonnullæ, diversimode utuntur. Nec necesse erat ut alii hac observatione, quam à nobis ha-

 buerunt,

buerunt, sese insignirent. Legi etiam græcam Inscriptionem annis præteritis, nunc vero pene labefactatam vidimus, de Ilio in hunc modum commemorantem.

Α. ΚΡΕΠΕΡΕΙΟΥ
ΠΡΟΚΛΟΥ
ΥΠΑΤΟΥΑΝΘΥ
ΠΑΤΟΥ ΤΩΝ ΙΛΙΩΝ
ΕΥΕΡΓΕΣΙΗΣ

ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΙ ΦΡΗΤΟΡΕΣ
ΑΜΟΙΒΗΣ ΧΑΡΙΝ.

quæ dicit:

L. CREPEREI
PROCLI
CONSULIS PROCONSULIS ILIENSIUM
BENEFICENTIAE

ARTEMISIENSES TRIBULES
RETRIBUTIONIS GRATIAM.

Fuit autem Artemisium (Stephano teste) urbs Oenotriæ Regionis Italiæ. Itidem & urbs Eubojæ, licet Plutarchus in *Themistocle* littus tantum fuisse dicat. Concomitatur Philostratus Philostrati Lemnii Philosophi (qui Severi principis tempore, Romæ floruit) filius sive nepos. Hic Athenis docuit, & inter cætera, iconas, quas Neapoli vidisse fatetur, descripsit. Is dum extra mœnia diverteret: *In suburbio*, inquit, *ad mare vergente, in quo porticus quædam ad Favonium ventum exædificata erat, quatuor, vel quinque tectis Tyrrhenum respiciens mare: fulgurabant autem, & lapidibus quousque delitiæ commendant, maxime vero picturis florebat ipsi appensis tabellis, quas (ut mihi videtur) non sine maximo labore quispiam collegerat. Plurimorum enim pictorum in ipsis indicabatur sapientia.* Hæc ipse. Qui locus, an qui hodie vulgo *Cappella* è regione sedilis Portus dicitur, an alter fuerit, alibi dicetur: Inter quas primo videbatur Ilium ardens, & Scamander fluvius, sublimis quidem hæc civitas: & hæc illi mœnia, eratque campus magnus, qui Asiam adversus Europam oppositam capiat, ut ex Stephani Nigri traductione *ibidem* legitur.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

CAP. IV.

1 *Romæ nomen apud veteres ignotum fuit.*
2 *Angeronam silentii Deam cur Romani colebant.*
3 *Valerius Soranus Tribunus plebis quam ob causam in crucem levatus fuit.*
4 *Decuriones num durante officio torqueri possint.*
5 *Princeps quando consulendus est.*
6 *Secreta hostibus nuntians quæ pœna plectatur.*
7 *Aulæ rotarum S.R.C. vel cujuscunque Tribunalis, secretarium appellatur.*
8 *Magnus Cancellarius cur solus in Regno Neapolitano sit.*
9 *Nominis quæstio pertinacibus relinquenda est.*
10 *Romæ Conditores ob longum temporis spatium incerti sunt.*
11 *Majorum dicta rationem ob eandem causam ignoramus, & l. omnium ff. de ll. ad hoc dilucidatur.*
12 *Saturni adventus in Italiam describitur.*
13 *Latium cur sic dictum fuerit, multisque juribus Varronis in hoc sententia refellitur.*
14 *Saturnus num Romam condiderit.*
15 *Saturni Numismata quæ fuerint.*
16 *Ærarium in Saturni æde Romæ collatum.*
17 *Pecunia in ædibus sacris servari, & etiam cum controversia erat, apud easdem deponi consueverat.*
18 *Sanctius ærarium quid sit, ejusque species enumerantur.*
19 *Aurum vigesimarium quid sit, num etiam cimeliarchium dici possit.*
20 *Cimeliarchion, & Cimeliarchus inter se differunt.*
21 *Cimeliarchus à Constantino Imperatore Neapoli primum inductus fuit.*
22 *Deposita antiquitus apud ejusdem civitatis Ecclesiæ Sacristam, facta fuisse fertur.*
23 *Argentariorum, nummulariorum, mensariorum, mensulariorum, officia, ex* pragmat. 1. de nummulariis *cum aliis illustrantur.*
24 *Bancha nonnulla hodie sub piorum locorum nomine exercentur.*
25 *Ærarium Regni Neap. sub Gallis Regibus in Megari, sive Arce Luculliana Salvatoris Castro, nunc Ovi castrum dictum fuit.*
26 *Ærarium Regni Neap. in castro novo fuit, & novissime ad locum quem vulgo Thesaurariam appellant, rediit.*
27 *Archa inventio, in qua publica adservatur pecunia tribus clavibus secluſa, nova non est.*
28 *Ærarium, sive Neapolis pecunia quo in loco custoditur.*
29 *Archa universitatum Regni Neapolitani duabus recluditur clavibus.*

SEd postquam Romulus Æneæ in Imperio successit, Neapoli unquam non fuit potitus. At quia ipsum et Æneam, Romam aliasque in Italia urbes condidisse nonnulli sentiunt, non incongrue visum est ratione assumpti muneris, de Romæ etiam Nomine, & Conditoribus (de quibus præcipue apud historicos late dissensum est) ac de morum Ma-

Magiſtratuumve utriuſque urbis ſym-
1 pathia, & ſimilitudine, ſcribere. Nomen igitur ipſius, & Tutelaris Dei, à quibus derivatur, ignotum fuit, ne detecto quicquam machinarentur: Ideo Angerona ſilentii Dea colebatur, ne liceret illud palam afferre, quod ad ſalutem Reipublicæ veteres ore obſignato, intra pectoris arcana contineri voluere. Plin. *natur. hiſt. lib.* 3. *cap.* 1. Cajus Sempronius *de diviſione Italiæ*. Macrob. Saturn. *lib.* 1. *cap.* 10. Solinus Polyhiſt. *cap.* 1. Valer. Max. *lib.* 1. *cap.* 14. Servius *in fine lib.* 1. *Georg.* & *lib.* 1. *Æneid.* in carmine.

Romanos rerum dominos, Gentemque togatam.

Alex. ab Alex. *Genialium dierum lib.* 4. *cap.* 26. Ludovicus Vives in *divum Auguſtinum de Civitate Dei lib.* 18. *cap.* 5. Joannes Camertes *com.* in *Solinum in d. cap.* 1. Tiraquellus in *d. Alex. ab Alex.* proxime allegatum, & habetur in adagio quod incipit: *Nil eſt ab omni parte beatum*, *fol.* 1134. Nicol. Etythraeus in *Virg. verbo*, *Roma*, & ante hos Ovidius *Faſtorum lib.* 4. cecinit

Sanctaque Bubaſti, variiſque coloribus apis,
Quique premit vocem, digitoque ſilentia ſuadet.

3 Valerius Soranus Tribunus Plebis, quod contra interdictum eloqui auſus eſſet, in crucem levatus fuit, ut per Plin. Serv. & alios, mox commemoratos authores liquet: Nec ei opem tulit, quod Decuriones, ſicut cæteri Magiſtratus, durante officio, mi-
4 nime conveniri poſſunt, neque torqueri. *l. nec magiſtratus ff. de injuriis. l. pars literarum ff. de judi. l.* 2. *ff. de in jus vo. l. omnes judices C. de decur. lib.* 10. Dec. in *conſ.* 531. Fel. in *c. legebatur*, *de major. & obedien.* Paris de Puteo in *tract. de ſindi. in verbo*, *Compoſitio durante officio*. Grammaticus *deciſ.* 15. *n.* 40. Tiraq. *de pœnis cauſa* 58. *num.* 4. & 6. Nec prin- 5
ceps conſuli potuit, ut hoc caſu jure faciendum erat, *l.* 2. §. 1. *ff. de bon. damn. l. Divi fratres* §. 1. *l. mores* §. *ſed enim ff. de pœnis*, *l.* 2. §. 1. *ff. de quæſt.* prout alias fieri aſſolet. *l. ad beſtias ff. de pœn. l.* 2. *de offic. Procur. Caſ.* Dec. in *c.* 8. *lect.* 1. *de conſtit.* & in *l. fin.* ubi alii, *C. de pact.* Pœna crucis patibuli, num eadem cum furcarum ſuſpendio fuerit, ſcribit Covarru. *lib.* 4. *variarum reſolut. cap.* 5. De aliis de facto pœnis, quas per plebis ſeditionem, ipſius Tribuni, ac de jure etiam Decuriones tum Romæ, tum hic paſſi ſunt, *lib.* 2. dicemus. Quo fit, ut ſecreta Regis hoſtibus nuntiantes, læ- 6
ſæ majeſtatis crimen committant, *l. omne delictum* §. *exploratores ff. de re militari.* Iſern. in *c.* 1. *verbo Revelantes*, *quibus modis feudum amitt.* & Valerius Maxim. *ubi ſupra*. Et non immerito Rotas ſive aulas S.R.C. 7
vel cujuſcumque Tribunalis, in quibus Magiſtratus cauſas audiunt, & cognoſcunt, *Secretarium* appellare poſſumus, *l. fin. C. ubi Senatus*, *vel clariſſ. l. fi. C. de offic. diver. jud. l.* 1. *C. de prox. ſacro. Scrin. lib.* 10. Et indicantibus cauſarum juditia, votorumque arcana pandentibus, propalantibuſque, pœnæ per Regias ſanctiones, & Magnæ Curiæ Vicariæ Ritus, necnon & per *ll.* impoſitæ ſunt, quas *Commentarii in* 3. *Ritum dicta Mag. Cur. Vic.* coacervant. Nec ab re eſſe 8
videtur, ut ſeptem Regni officia in hunc modum, ac pro infraſcriptis cauſis diviſa videantur: Nam duo

ter-

Digitized by Google

terrestri, navalique militiæ præfecti, *Magnus Comestabilis*, & *Maris Admiratus*, duo alii ad Justitiæ causas, *Logotheta*, & *Prothonotarius* unus: & *Magnus Justitiarius* alter, cæteri duo Regis patrimonio inserviunt (& in quibus casibus palam est, ut per Frecciam meum avunculum *lib. primo de subfeu. tit. de offic. Magni Camer.*) *Magnus* scilicet *Camerarius*, & *Magnus Seneschallus*: Ad secreta vero denique unus tantum ascitus est, qui *Magnus Cancellarius* appellatur, quod arcana intra pectora servari indicat. Silentium apud veteres in auspiciis dicebatur, quod omni vitio careret, Cic. *lib. 2. de Divin.* Latissime de his & similibus Dominic. Nanus in *Polyanthea verb. taciturnitas* scripsit.

9 Libenter equidem à nominis quæstione abstinere possumus, quæ pertinacibus relinqui assolet, per ea quæ in *l. 2. §. fi. C. de constitut. pecun.* leguntur, ut præfatus Soranus, qui digito noluit compescere lubellum, expertus est. Curiosus alias in hoc cumulare, novasque indagare opiniones poterit: Nam *Valentiam* scio etiam fuisse appellatam. Hoc expedito articulo ad Romæ conditores deveniamus.

10 Romam qui condiderint, quive ampliaverint, instauraverintque, certi quid statui, tradi, constituique ob longum temporis spatium, nequa-

11 quam potest: Ideo non omnium quæ à majoribus nostris dicta sunt ratio reddi potest, *l. non omnium ff. de ll.* non quod sancitum est ratione careat, nam tunc irridendum esset, *l. Sed an ultro §. 1. ff. de negot. gest.* at quia expressum non est, nobisque ob vetustatem ignotum. Enimvero non de Empiricis facti sectatoribus, neque de Oratoribus; sed de rationalibus Jurisconsultis ea loquitur lex: quam opinionem *ibidem* Zasius sequi videtur, & hoc in libro plenius dicetur. Quod nos, qui nostras in medium afferre sententias, judiciumque impartiri conamur, excusat, ut Virg. Sophocl. & Ovid. authoritates monent. Virg. 3. *Aen.*

Tantum ævi longinqua valet
mutare vetustas.

Sophocles in *Ajace*.

Omnia longum, & irremeabile
tempus
Producit in lucem occulta: &
manifesta occultat.

Ovidius *Metham. lib.* 13.

Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas
Omnia destruitis, vitiataque dentibus ævi,
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Et Tiraq. in *tract. de præscr.* vide Caton. in originibus conditarum urbium. Dissentio invenitur, adeo ut ne urbs quidem Romæ origo diligenter possit agnosci, quem Honoratus Servius in *Virgilium 7. Aen.* in carmine.

Nec Prænestinæ fundator defuit Urbis.

de Romæ Conditoribus his verbis assequi videtur: Si igitur tantæ Civi- „
tatis certa ratio non apparet, non „
mirum si in aliarum opinione dubi- „
tatur; unde nec historicos, nec com- „
mentatores varie dicentes, imperitiæ „
condemnare debemus: nam antiqui- „
tas creavit errorem, & plerique fun- „
dant, plerique augent: & ad se trans- „
ferunt nomina. Quorsum referri „
potest & illud Sal. *in primo*: *Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Trojani,*

& cum

Digitized by Google

& cum his Aborigenes. Verbum enim *Accepi*, ob varias opiniones incertitudinem notare. Virgil. 7. *Æneid.* in carmine.

Accipimus------

Ubi Servius, & noviſſime Joan. A. Meyen. fatetur, argum. *tex.* in *l. aliud ff capere §. accipere ff. de verb. ſign.* Conveniens etiam viſum fuit, nonnullos ex dictis magis inſignes recenſere, & ante omnes de Saturno
12 ſubnectam: Nam cum Juppiter Saturni filius, Babiloniæ Rex electus fuiſſet, ſuum omni cura, ſolertia, ingentique ſtudio augere imperium nixus fuit: ſed cum Saturnum, ſive Sabatium Pontificem Maximum Regemque in Armenia commorantem, vel alium Saturnum, ſecundum Servium, impedimento eſſe cerneret, ipſum necandum fore cenſuit: quod tantum timorem in Saturnum incuſſit, ut illico apud Gabios ſe contulerit, ibique longo temporis ſpatio latitarit. Juppiter denique ſenio confectus Nino filio, ne ab inceptis ab ſe in Saturnum inſidiis deſiſteret, præcepit. Saturnus majori metu affectus, Romæ Campaniam, in qua à Jano patre excipitur, petiit, ac cum in
13 ea latitaſſet, *Latium* dictum, non ut Varro voluit: quem optime Frater Leander Albertus diligentiſſimus, & doctiſſimus author in *Latii deſcriptione* confutat, in cujus rei fidem, nonnulla adducemus, & primo obviam venit Virgil. 8. *Æneidos*.

Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo
Arma Jovis fugiens, & regnis exul ademptis,
Is genus indocile, ac diſperſum montibus altum
Compoſuit, legeſque dedit, Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuiſſet fuſus in oris.

Ovid. *lib.* 1. *Faſt.*

Hac ego Saturnum memini tellure receptum.
Cœlitibus Regnis à Jove pulſus erat:
Inde diu genti manſit Saturnia nomen,
Dicta fuit Latium terra latente Deo.

Quod ad perſonam Latium referatur contra Varronem etiam *l. Fulcinus §. quid ſit autem latitare, & §. latitare ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat. l. 1. ff. de receptat. l. 4. ff. de reb. aut. jud. poſſid. l. Jatiſque ff. de in jus vocan. l. 3. ff. de judi. & C. de his qui latrones, vel al. crim. reos occultaverint, & eod. tit. l. 2. l. fi. C. de requiren. reis l. fin. §. quod ſi C. de his qui ad eccleſ. confug. l. 3. C. de naufrag. lib. 11. pragmatica 1. tit. de nummulariis* aſtipulantur. Poſtea plura oppida in La-
14 tio fuiſſe, inter cætera Saturnia, ubi nunc Roma eſt, apud Beroſum Caldæum *lib. 5.* Plin. *nat. hiſt. lib. 3. cap. 5.* & Soli. legitur. Præterea Virg. & Ovid. carmina fundationem arguunt. Virgil. 8. *Aeneidos*:

Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem
Janiculumque huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Et Georg. *libro* 2.

Salve magna parens frugum Saturnia tellus.

Ovidius *Faſtorum lib.* 6.

Si genus Saturnum prima parentum
Feci Saturni, ſors ego prima fui.

A pa-

A patre dicta meo quondam Saturnia Roma,
Junctaque Tarpejo sunt mea templa Jovi.

15 Inde numismata in ejus memoriam cussa fuere. Ovid. *d.* 6. *lib. Fastorum.*

At bona posteritas puppim formavit in ære,
Hospitis adventu testificata Deo.

Quod Ovidius puppim formavit in ære, Macrobius *Saturn. lib.* 1. *cap.* 7. satis pulchre in hunc advertit modum. Cum primis quoque æra signaret, ut quoniam ille navi fuerat advectus, ex una quidem parte sui capitis effigies, ex altera vero navis exprimeretur, quo Saturni memoriam in posteros propagaret. Æs ita fuisse signatum, hodieque intelligeretur in aleæ lusu, cum pueri denarios in sublime jactantes, capita aut navim lusu teste vetustatis exclamant. Illud etiam non prætermittam quod Saturni Comites in ejus honorem ædem condiderunt, ac in ea ærarium dictum, & factum, authore Valerio 16 Publicola, quo Saturno primum tabula, & imagine signatum fuisse nummum fertur, licet alii Janum, vel alios, de quibus *infra cap.* 9. dicemus, atque in tuto stare, cum nullum furtum eo in loco perpetratum legitur, vel aliis ex causis secundum Plutarchum: ac inductum fuit pe- 17 cuniam in Deorum templis servari, ut per Plautum: & cum controversia erat, apud istas ædes sacras deponi, ut jure probabitur. Servius *lib.* 2. *Georgic.* in carmine,

Insanumque forum, aut populi tabularia vidit.

Macrob. *Saturnal. lib.* 1. *cap.* 8. Plautus in *Aulularia Part. cap.* 11. Plutarchus in *Publicolam*, & in *problem.* 41. Solinus *polyst.* 2. & ibi Jo: Camertes. Justinus *lib.* 45. Festus, & Apollogius. Jo: Bartholomæus Mirlianus *Itrop. lib.* 2. *cap.* 4. Alexan. ab Alex. ubi Tiraquell. *genial. dierum lib.* 2. *cap.* 2. *l. acceptam. C. de usur.* cum aliis adductis per Tiraquell. *de retract.* §. 4. *glo.* 7. & apud eandem Saturni ædem 18 sanctius ærarium fuit, in quo illud congestum erat, quod ad ultimos casus tantum promi licere, ubi aurum vigesimarium collectum ex iis, qui 19 manumitterentur vigesima, ac etiam ex nonnullis prædis congestis à Cæsare bello Punico violatis. Cic. ad *Atticum lib.* 7. *epist.* 12. & 26. & in *C. Verrem.* Cæsar *de bello civili lib.* 1. Liv. *lib.* 7. & *lib.* 27. Lucius Florus *lib.* 4. Lucanus *lib.* 3. Budæus in *l.* 1. *ff. de just. & jur.* Alexan. ab Alex. ubi Tiraquell. *genial. dierum lib.* 2. *c.* 2. & optime Paulus Mancitius in *additamento ad Ambrosium, in verbo ærarium*, hoc *vigesimarium*, ab aliis 20 *Cimeliarchum*. Alexan. ab Alex. *ibidem* appellatum refert; nam Cimeliarchion locus est in quo res pretiosæ reponuntur. *l. si. C. de bon. aut. jud. possid.* Justinian. *archium* in §. *si vero, etiam* in *Aut. quibus modis natur. effic. legit.* appellat. Cimeliarchus est thesaurarius, *l. litibus C. de agric. & cens. lib.* 11. licet legant etiam *Cimeliarchon*. De quibus per Budæum in *l. aut facta* §. *quicunque ff. de pœn.* Cælius Rodogin. *antiqu. lect. lib.* 4. *cap.* 9. Alex. ab Alex. *ubi* Tiraqu. *genial. dier. lib.* 2. *cap.* 2. Scribit Joannes Villanus, Chronista Neapolitanus *cap.* 42. Constantinum Imperatorem in eadem 21 Civitate instituisse Cæmonarcham hoc est *cærimoniarum principem*, licet corrupte scripserit: *cærimonar-*

Digitized by Google

cham enim dicere debebat : prout in aliis Græcis Ecclesiis feruntur. Nam in iis non omnes dignitatis gradus sunt. Hodie in Archiepiscopatu præter amplos opulentosque census, non omnia hæc habet quæ in *d.l. litibus*, cum de Cimeliarcho mentio, sive Cimeliarcha fit. Luc. de Penn.
22 dicit depositum apud Sacristam fieri. Audivimus antiquitus in hac Civitate Neapolis observatum fuisse. Non absimile in eadem civitate nunc videmus, nam Argentarii,
23 Nummularii, Mensarii, Mensularii, qui Tabernas, hoc est Mensas in foro habebant, *l.4. & l.argentarii ff.de eden.l.ventri.§.in bonis ff.de bon. aut. jud. poss.l.emptor. §.Lutius. ff.de pact. l.qui tabernam ff. de cont. empt. l. si hominem §.quoties*, ubi Budæus *ff. depos.* Joann. Bolognettus in *l.1. in præfationibus C.de edend.* hinc argentaria societas, *l.cum duobus §. fin. ff.pro soc.* qui & alia habuerunt nomina, de quibus per Pardulphum Prætejum in verbo *Argentarii* : ipsi & campsores, sive *bancherii*, qui mensularias mensas, hoc est bancha exercent, appellantur, ut declarat *prag-*
24 *mat.1.* Caroli V. sub *tit.de nummulariis*, & *pragm.3. §.item statuimus titul. de offic.quæst. general.* Auspicatiora aliqua hodie sub nomine piorum locorum, Regi visa sunt, verissima, ac sacrosancta Christi Salvatoris nostri religione non gentilium
25 superstitione facta. Regni Neapolitani Ærarium antiquitus, & expressim sub Carolo I. in Castro Salvatoris fuit. Idem Carolus in suis Capitulis in *cap.* incipiente, *Pridem tibi*, his verbis asseruit : *quicquid autem pro prædicta pœna acquiri contigerit, fisco nostro ad Cameram nostram Castri Salvatoris ad mare de Neapoli mittere debeas, nostris Thesaurariis assignandum*. Legimus in *4. lectione S. Athanasii, lib.3. nat. hist. cap.6. Megalia* à Statio Silo *lib.2.* & *Arx Luculliana* à Joviano Pontano *lib.6. de bello Neapolit. in fine* appellatur, de quo separatim, & fusius *infr.* di- 26
cetur, & in Castro novo ibi, Archa tribus clavibus secluſa per regias ordinationes cujus custodiebatur, hodie ad locum quem vulgo *Thesaura-* 27
riam appellant, rediit, & Federicus Imperator scrinii trium clavium author fuit, quod in re non admodum absimili sanxit : & hoc in *constit. Regni*, quæ incipit, *cum juxta, in tit. de salario Bajulorum, jud. & not. cur.* habetur. Neapolis vero pro 28
ærario sive Archa, unum ex iis habet, quod *Banchum* vulgo appella- 29
mus : Regni universitates Archam communem, ad Reipublicæ instar. *l.1. §. quibus ff. quod cujusque univers.* & novissime duabus recludi clavibus, quarum altera penes Sindicum, altera penes tertium ab universitate deputandum esse debere, per Regiam *pragmat.5. §.1. tit.de administ.univ.* statutum est : & prædictorum ratio, non solum pro majori securitate, sed etiam pro faciliori commoditate, & ne administratoris, & alii privatim utantur. Pecuniæ publicæ fœneratio prohibita, *l.2. C. de his quæ ex publ. coll.* neve quæstio de lucro foret. Ripa in *tractatu de pest. de remedio ad conservandam ubertatem num.15.& 16.*

AD-

Digitized by Google

ADNOTATIONES

Ad *num.*8. *Arcana intra pectora servari indicat:*

Principis arcana celanda monet Cassiod. *var. lib.*4. *cap.*3. sed si auctorum testimonia quærere vellemus, qui id ipsum monent, dies quam opera potius deficeret: Certe ipsæmet voces commonent celanda esse; secretum enim idem est quod divisum & separatum, ut sic notetur à communi cognitione divisum esse debere, & arcanum quod in arca, sive in arce pectoris sit tenendum. Quod eo religiosum putatur, ut qui Principis arcana revelat, reus fiat majestatis, Ilsern. in *cap.*1. *num.*14. *quib.mod. feud.amitt.* Marsil. *consil.*1. Jul.Clar. in *pract. crimin.* §.*læsæ*, *num.*1. *in fin.*

SUMMARIUM.

CAP. V.

1 *Monetæ templum Romæ Deæ Junonis, & cur ita dicta fuit.*
2 *Camillum ejusdem authorem fuisse creditur.*
3 *Monetarii qui apud Justinianum dicantur.*
4 *Materiæ puritas in cudenda pecunia requiritur.*
5 *Ponderis æquitas in eadem moneta esse debet.*
6 *Imago etiam domini reguantis imprimebatur.*
7 *Triumviri monetales, æris, argenti, auriquefusores quorsum Romæ creati.*
8 *Zygostates is erat qui Regiis ponderibus præerat.*
9 *Quæstores urbani qui, num apud eos ærarii claves fuerint.*
10 *Quæstores Provinciales comitandæ rei militaris causa eligebantur.*
11 *Quæstores, quos Principis candidatos vocant, maximam habuisse authoritatem.*
12 *Exquæstore, & id genus aliis, pro Quæstorio usurpari.*
13 *Bis sive iterum & ter Consul, ac deinceps dici potest; de quo habetur &* nu.31.
14 *Tertium ne consul, an tertio dici oporteat.*
15 *Exquæstor cur ita appellatus, nova opinio affertur.*
16 *Aquila signum vexillare etiam ante Cæsarem apud Romfuit infra, &* nu.19.
17 *Primipilus quis dicatur.*
18 *Militaris annona Primipilus appellatur.*
19 *Primipilaris vel Primipilarius quis:* l. sed & milites ff. de exc. tut. *dilucidatur.*
20 *Comitis sacrarum largitionum, & comitis siliquatoriorum officium describitur.*
21 *Donativum Principis liberalitas in milites est.*
22 *Congiarium quid; in quo multi taxantur.*
23 *Vota nuncupare pro salute Principis, eidemque vota offerre, quid.*
24 *Sanctorum Natalis, dies obitus censetur.*
25 *Missilia quæ, à quibus jaciebantur, & unde promebantur.*
26 *Consules cur Kal. Januar. consulatum inibant*, l. Publius de

Digitized by Google

cond. *declaratur*.
27 *Strenæ quando dabantur*.
28 *Magistratum tria faciunt*.
29 *Munera & spectacula varii generis fuisse*, l. Charidem. de poll. *declaratur*
30 *Donarium quid*.
31 *Donum honorarium quod fuerit*.

HActenus de Romæ nominibus, & fundatoribus, & quemadmodum Ærarium, ac nonnulla alia à gentilibus suis Idolis, quod bonum, faustum, fœlix, fortunarumque esset, à nostratibus vero multo felicius, & longe tutius omnipotenti, veroque Deo dicata fuisse, *superiori capite*, licet non scite, neque eleganter locuti fuimus. Ne autem adeo longa esset oratio ut legentem fastidio afficeret, unde huc digressa erat, spatio interjecto, eodem redeat, simili ac pari animi gratulatione. Moneta Romæ in templo Deæ Junonis, & in civitate Neapolis in Castro divi Georgii cudebatur. Ideo non erit inutile aliqua, ut meam feram sententiam, de utriusque nominibus, artificibus monetæ, justitia, magistratibus, eorumque authoritate & officio, ponderibus, mensurisque *hic & sequentibus capitibus* subnectere, etsi alibi scribere opportunius fuisse sciam.

1 Principium igitur quasi pro ejus exordio sit, quod templum Romæ Deæ Junonis Monetæ fuit, à *monendo* dictæ; nam post exactos Reges, clademque à Gallis factam, auditam fuisse vocem monentem, ut sue plena sacrum Junoni, & procuratio fieret, fertur; & etiam quia nos, signi impressione, vel authoris, vel precii monet: Vel eo dicta, quod cum Rom. ob Tarentinum bellum maxima immineret pecuniæ necessitas, ac Junonem orassent, votique compotes facti fuerint, monetam in ejus fano cudendam decreverunt. Hæc, & alia scripta sunt à Cic. *lib.2.de div.* Livio *lib.7.* Mac. Sat. *lib.1. cap.12.* Solino, ubi Joan.Cam. *cap.2.* Alexan.ab Alex. & in eum Tiraq. *genial. dier. lib.6. cap.4.* Suid. in *verb. Moneta.* Cassiodoro *var.* Greg.Gir. *de deis gent.Synt. de Junone.* Joan. Barthol. Mirl. *antiquæ Romæ topograp. lib.2. cap.4.* Renato Chop. *de doman. Fran. lib.2.tit. de fing. gener. cas.Reg.nu.16.* & Ovid. *Fast. lib.1.* cecinit.

Candida te niveo posuit lux proxima templo,
Quæ fert sublimes alta moneta gradus.

2 Camillumque authorem fuisse omnes affirmant, & Ovid. ante eos *Fasto.lib.6.*

Arce quoque ex summa Junoni templa Monetæ
Ex voto memorant facta Camille tuo.

3 Monetarii sunt qui Principis jussu monetam cudunt, hoc est monetæ artifices, *l. sacrilegii §.2. ff.ad l.Jul. pecul. l.nequis C. de dignita.lib.11. l.1.* ubi Lucas de Penna, Jacobus Cujacius, & alii *de murilegul.lib.11.* Corasius *miscellan. lib. 3. cap.13.* & in *l.2. §.constituti ff.de orig.jur.* Pardulphus Prætejus in *verbo Monetarii*; licet Alciatus in *d. l.1.* aliter sentiat: qui & viles homines fuere. In qua cudenda, tribus potissimum qualitatibus intendendum erat.

4 Materiæ puritati, *l.si id quod aurum ff. de verb. oblig. l.eleganter §. qui reprobos ff.de pignorat.act. l.quid tamen, & l.in venditionibus ff. de contrab. empt. l. aut facta §. pen. ff. de pœnis. l.qui-*

Digitized by Google

l. quicumque nummos ff. ad l. Cornel. de falſ. gloſ. in *l. 2. C. eo. tit.* Iſern. in *titulo, Quæ ſint regal. verb. vectigalia, nu.* 20. Joan. Igneus in *l. neceſſarios §. non alias nu.* 98. *ff. ad Senatus Conſul. Silan.* Ponderis æquitati *l. 1. l. univerſos C. de veter. numiſ. poteſt. lib.* 11. *l. quoties C. de ponderato. lib.* 10. *cap. quanta, de jure jura. cap. ut menſura de empt. & vendition.* Et denique nummi formæ, ita ut imago domini regnantis, literis aliiſque ſignis impreſſis, videatur, *l. quintus §. ſi autem ff. de auro & argen. lega. l.* 1. *ff. de contrab. empt. l. ſacrilegii, §. 2. ff. ad l. Jul. pecul. l. ſi. C. de veter. numiſm. poteſt. lib.* 11. Iſern. in *conſtit. Regni, Adulterinam.* Quin etiam *l.* 12. tabularum juſſum erat *AES, ARGENTUM, AURUM PUBLICE SIGNANTO.* Sed quando primùm factum *hoc eodem lib.* dilucidabimus. Quæ tria dicta probant *l.* 1. *C. de veter. numiſm. poteſt.* & Lucas de Pen. in *eadem rub. n.* 3. Iſer. *ubi ſup.* & Covarruvias *in veterum collat. numiſma. cap.* 7. & 8. Multaque ſigna præter iſta Jacobus Cujacius qui & alios refert deſcripſit in *l.* 2. *C. de ponderat. & auri illat. lib.* 11. Prædictorumque ratio in Regis & populorum damno fundata eſt, & iſtam & alias 7 Joann. Igneus in *dicto §. non alias*, affert. Ut ergo hæc in uſu perennia eſſent, Triumviri monetales æris, argenti, aurique flatores facti ſunt. Hujus rei teſtes ſunt antiquiſſima numiſmata, & primum illud M. Salvii his notis inſcriptum A, A, A, F, F. Quorum diligentia præcipua fuit in numiſ. auro, argentoque fabricandis, *l.* 2. §. *conſtituti ff. de orig. jur.* Cicero *epiſt. ad Trebat. lib.* 7. Lucius Feneſtella *de magiſtratibus, capite* 24. Pomponius Lætus *de Rom. magiſt. titul. de Prætor. & decemvir. &c.* Alexander ab Alexan. ubi Tiraquellus *lib.* 3. *cap.* 16. Zaſius, Hieronymus Cagno. in *d. § conſtituti num.* 75. ibique Coraſius, & cæteri. Jacobus Cujacius *obſervationum libro* 3. *cap.* 32. Renatus Choppin. *de domanio Franciæ lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 16. qui Galliæ monetalibus operariis hos comparavit. Verumenimvero triumviros monetales magiſtratum gerere Pomponius, per ea quæ præcedunt, & ſubſequuntur, aperte oſtendit. At ſi pro monetalibus operariis, monetarios de quibus ſupra *num.* 3. ſenſerit, viles homines eſſe videntur, & ab illis diſtincti, ſecundum Coraſium in *d. §. Conſtituti*: quapropter errare videretur. At id obiter dictum velimus, etſi Cagnoli declaratio, quam à Sipontino Antiſtite habuit, Renatum 8 excuſat. Fuit & Igoſtates, ſeu verius Zygoſtates, regiis ponderibus præfectus, qui ponderum, & ſtaterarum rationem callebat. Is *libripens* etiam dicitur. Et præcipue nummorum, aurique probitatis judex, ſecundum aliquos erat, vel non abſimilis, ſecundum Alciatum, illi, qui ab antiquis nunc *Curio*, nunc *Magiſter curiæ* appellatur; qui nummos ſua in curia exiſtentibus, erogabat, ſingulæque Civitates eum habebant: quorum fidem perhibent *l. munerum §. legati quoque ff. de muner. & hono. l. Aquilius ff de donat. l. item quæritur §. ſi quis menſuras ff. locat. l. pen. ff. ad l. Corn. de falſ.* præſertim in *l. fi. de ponderat. & aur. illat.* ubi Lucas de Pen. *in principio*, & Alcia. *lib.* 10. Budæus in *l. aut facta §. quicunque ff. de pœn.* Alciatus in *l. in quartam, numer.* 45. *ff. ad l. falc.* & in *l.* 2. *n.* 7. ubi

Pau-

Digitized by Google

Paulus de Castro in eadem *l. in §. mutui datio ff. si certum petatur.* Glosa Parisiensis in *l. 2. §. fin. num. 28. ff. de verb. oblig.* Renatus Choppinus *de domanio Franciæ lib. 3. tit. 22. n. 24.* Dum hæc ederentur, ad nostras pervenit manus opus Guidi Panciroli *Comment. in Notitiam utriusque Imperii* in libello *de magist. municipalibus cap. 15.* idem asseverantis.

9 Quæstores Romæ vetustissimos, acquirendæ, & conservandæ pecuniæ causa, primum patritios, postea indifferenter patritios, & plebejos creatos fuisse, nemo est qui ignoret. Urbani ærarii curam in Aede Saturni positi, ut dictum est, habebant. Bona damnatorum, vectigalia, omneque datum, expensum, in publicas referre tabulas consueverant. Nisi tamen Prætores quinque, tres Quæstores, & quatuor Mensarii præsentes forent, minime ex ærario pecuniã promere licebat. Hujusce legis author est Cicero; apud quos illius claves fuere, ut Livius his fere verbis asse-
„ rere videtur. Scipionem à quæstori-
„ bus, qui contra legem, ex ærario
„ quicquam promere non audebant,
„ claves popposciſſe, ærariumque aper-
„ turum se dixisse, qui ut clauderetur
„ effecisset. Quorum etiam fuit munus secundum optimos authores à Zasio relatos, Reges, legatosque Romam venientes pro dignitate populi Romani excipere obviamque proficisci. Præcipue legatos in præfata Saturni Æde inscriptos donis prosequi, ægrotos curare, & si quando vitam defungerentur, sumptu publico sepelire. Nullo tamen imperio fungebantur, cum nec vocationem, nec prehensionem, nec alia, ut
10 alii Magistratus habebant. Qui vero Provincias sortiebantur, *Provinciales* appellantur, comitandæ rei militaris secundum Budæum ordinati. Nam cum Imperatoribus Romanis mittebantur, hoc est cum consulibus, Prætoribus administrandam rem pecuniariam, & prædam, ac manubias, sicuti quos mox recensuimus, in publicas referendum tabulas. Isti jus dicere poterant, Magistratuumque insignia deferre. Alias vero ipsorum species, ac quando Quæstura gratuita, & quando venalis, quibusque res frumentaria committebatur: olei, vini frugisque exigendi munus in Provinciis injungebatur, ex Sig. nosse licet, ac etiam quando pro Præfecto ærarii significantur: cura enim ærarii fuit à Quæstore ad Præfectum translata secundum Aul. Gell. & alios. Hæc omnia, similiaque leguntur in *l. 1. ff. de off. quæst. l. 2. §. deinde cum ærarium ff. de orig. jur. l. 1. C. de quæst. lib. 10. l. 2. C. de off. quæst.* Cicero pro *l. Fla.* Livius *lib. 38.* Aulus Gell. *Att. noct. lib. 13. cap. 23.* Luc. Fenestella *de magist. cap. 3.* & Pomponius Lætus *eod.* Budæus in *l. fin. de quæst.* Zas. Cagnol. Corasius in *d. §. deinde cum ærarium*, & idem Corasius, Franciscus Duarenus, Cujacius *eod. titulo de quæstor.* & Lucas de Penna *Cod. lib. eod.* Afflict. in *const. Regni incipien Justitiarius num. 6.* Alexan. ab Alex. *lib. 2. cap. 2.* Boerius *de auth. Magni consil. num. 8. & sequentibus*, Paulus Orianus ubi alii *l. 1. num. 20. & sequent. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* Carolus Sigon. *lib. 2. de antiq. jur. provin. cap. 4. & 8. & antiq. jur. civit. lib. 1. cap. 20.* Scoppa *collect. lib. 1. cap. 16.* Cassanæus *cat. glo. mundi 6. par. 16. consid.* Lancellottus Conradus in *templo omni. judic.*

Digitized by Google

dic. lib. 1. cap. 1. §. 4. titul. Thesaurarii officium, Pardulph. Prætejus *verbo Quæstor.* Doctores post glos. in *proœm. Inst.* Renatus Choppinus *de domanio Franciæ lib 3. titul 24. de Reg. quæst.* Raphael Volat. Philolog. *lib. 29. de Magist. Græc. & Rom.* Guido Pancirolus in *Notit. Imperat. Orient. com. cap. 72. & seq.* & *Occident. cap.* 34. Et licet hæ duæ Quæstorum species nostræ tantum deserviant orationi, tamen postquam in hunc incidimus locum, minime supervacaneum erat de iis, quos *Principis candidatos* & *Exquæstores* appellantur,
11 scribere. Iique primum epistolis, constitutionibusque in Senatu legendis occupari consueverant; sub posterioribus autem Principibus eorum authoritas magnopere crevit, *virique illustres, sacrique Palatii Magistri*, ut Tribonianus, dicti sunt, etsi aliqui hunc ab illo separent. Qua dignitate solummodo jurisperitos insigniri, *Assessoresque Principis* dici, & omnes causas vel ad Præfect. Prætorio, vel ad Exquæstores appellari liquet, *l. præcipimus C. de appel. l. fin. C. ubi Senat. vel clariss. l. fin. C. de diver. rescrip. l. curialibus, C. de decur. lib.* 10. Plin. Jun. *epist. lib. 3.* ubi Catan. Luc. de Pen. in *l. unica C. de quæst. lib.* 10. *in l. 2. de pet. bon. subl. lib. 12. n. 10.* & in *l. neminem, num. 2. C. de decur. eodem lib.* Marin. Freccia meus avunculus *lib. 1. de Subfeu. tit. de offic. locot. & prothonot. & lib. 2. de differ. inter feud. reg. tit. & alia num. 19.* & Lancell. Conradus *d. §. 4. cancellarii magni officium*, Cassanæus 6. *part. catal. glor. mund. 17. consid.* & per omnes supra collatos probatur, & nos alibi
12 scripsimus. Quod ad Exquæstorem attinet, latere neminem debere arbitror, *Quæstorem, Consulem, Præfectum*, aliosque Magistratus tunc dici, cum in officio sunt. *Ex quæstore* vero vel *Exquæstorem* (utroque enim modo proferendus est receptus) de quo agitur, atque quemvis ex jam memoratis alium: sicuti *Exconsulem*, & *Exconsularem*, & *Ex præfectum*, *Excubicularium*, *Exarchiatum*, *Exproximũ sacrorum scriniorum*, *Exprotectorem*, *Ex præpositum*, *Excomitem*, & *Ex præsidem*, de quibus legitur in *l. 1. §. 1. C. de novo Cod. faciend. l. 1. §. ad istum*, *C. de Just. Cod. confirm. l. 2. §. 1.* & §. *Quæ omnia C. de vet. jur. enucl. l. petitione §. 1. C. de adv. diverf. jud. §. cunque in proœm. inst. l. fin. C. de præfect. præt. sive urb. lib. 12. l. maximarum C. de excus. mun. lib. 10. l. medicos, de profess. & med. eod. lib. l. unica C. de magist. sacr. scrin. lib. 12. l. universi C. de legat. lib. 10.* & in Inscriptione Pontis salarii à Narsete instauati, quæ legitur in vita Justiniani in *Novo Jur. comm.* descripta pro Quæstorio, Consulari, Præfectorio usurpari. Istorum mentio fit in *l. 1. ff. de de sena. l. 3. §. fin. ff. de recept. arbit. l. 2. §. post hos ff. de orig. jur. l. 2.* & *l. fin. §. narrantes C. de dignit. ord. lib. 12. l. curialib. C. de decur. lib. 10. l. pen. C. de consul ib. lib. 12. d. l. 1. §. 1. C. de novo Cod. faciend. d. l. 1. §. ad istum C. de Just. Cod. confic. l. 2. §. quæ omnia C. de vet. jur. enucl.* Hi omnes censentur qui Magistratus munere jam functi sunt. Hujus opinionis multi post glos. in *d. proœm. Inst.* fuerunt: Albericus in *dictionario, ver. Exconsul.* Budæus in *l. 3 ff. de arbitr.* Alciatus *dispunct. lib. 4. cap. 3.* Joannes Corasius in *l. 1. ff. de Senat.* Antonius Augustinus *emend. lib. 3. cap. 3.* Novus Com. in *ver. Exconsul.* P. Crinitum

lib.

Digitized by Google

*lib.*10. *cap.pe. de hon.disipl.* afferentes authorem. Huic tamen sententiæ §. *& deditios Inst. de libert.* & §. *fin. Inst.de fideic.hæred.* adversari videntur, in quibus Justin. eundem Tribonianum,quem aliàs *Exquæstorem* appellavit, *Quæstorem* appellat : ergo non qui officium explevit Ex quæstore est : Nec obstat quod pro ea facere posse videtur ; nempe fuisse Tribonianum aliquando Quæstorem, inde quæstura functum, iterum fuisse eadem dignitate insignitum, & sic *Exquæstorem* appellatum : Certe enim si ita foret, non *Exquæstor*, sed *bis* 13 vel *secundo Quæstor* appellandus veniſſet, quemadmodum bis, vel ter, sive tertio Consul dicitur.Cic.*Tuscul. quæst. lib.*1. & Nasica ille prudens, bis Consul. Item secundo consulatu. Cic. 2. *de offic.* & bis consulatu. Aul. Gel. *Noct.attic. lib.*4. *cap.*8. & tertio consulatu *l.*2.*§. fin. C.de veter.jur.enucle.* tertio, & quarto consulatu. Svetonius in *Cæsarem cap.*76. & Justinianus ter consul in §. *fin. in proem. ff.* Plinius *natur. hist. lib.*8. *cap.* 3. & iterum *lib.*13.*cap.*13. Præterea Martianus ter Consul prodidit. Nisi dicamus notis scribendum III. vel Ter. Cum apud Vetetes controversum sit Tertium ne Consul, an Tertio dici 14 oporteat. Verba M.Varron.ex *lib.*5. *disciplin.* hæc sunt. *Aliud est quarto prætorem fieri, & aliud quartum ; quod quarto locum adsignificat, ac tres antefactos: quartum tempus adsignificat, & ter antefactum* ; rectèque conscripsit Ennius

------Quintus pater quartum fit Consul.

Factumque est, judice Cicerone, ut Pompeji in *theatro* Tert. inscriberetur, tum ei judicare de viris doctis veritum esse, ne quorum opinionem improbasset ipsos videretur improbare. Sed postea tribus tantum lineolis incisis significatus est. Aulus Gellius *noct.att. lib.*10.*cap.*1. Etsi indifferenter scribi posse,Hieronymus Magius *miscell. lib.*3. *cap.*4. asserat : & Hieronymus Cagnol. in *proem. ff. in §. fin.* Ad hæc legatur & *quarti nostri felicissimi consulatus* in *l.*1. §. *bis C. de emend. C.domini Just.*dicitur: Sunt alii qui *Exquæstore*, id est à *Quæstore* legunt, ut sit locutio Græca, à Latinis etiam aliquando recepta, cujusmodi sunt hæ, *à secretis, à cubiculis, ab epistolis*, id est Secretarius, Cubicularius; Similiter & *à manu, à pedibus*, quod dixit Cicero, & Svet. & aliæ id genus sexcentæ : nisi forte eam sententiam quis sequi malit, quam Alciatus in *præallegato cap.*ex Isidoro adducit: nempe esse Exconsulem, qui utcunque consulari dignitate est ornatus, licet nunquam administrarit, quasi Honorarius consul, vel qui ex consulari patre ortus est, quam etiam recepit Acc. in *l.* 3. *&* 4. *C. de consul. lib.*12. ubi text. apertissime id affirmat. Alii vero dicunt se observasse, hanc loquendi formulam familiarem omnibus fuisse scriptoribus, qui ad Justiniani tempora floruere, antiquioribus nunquam ; quod etiam Antonius August. *libro Emend.*3. *cap.*3. innuit : idem prorsum autem significare, ac Quæstor, ut jam commonstratum est.Hanc opinionem vetustiores probant inscriptiones, quarum bonam partem Ald. Junior in suam transcripsit *Orthographiam*. Eos autem errare mi- 15 nime existimavimus, qui pro primo, honorato, secundum Archiepiscopum Sipontinum, ac pro excellenti Quæstore

flore intelligant. Cum & laudare Justinianum Tribonianum voluisse argumento sit. Nec *dd.* §§. *de libert. & fideicomm. hared.* refragantur, cum sufficiat secundum Ægid. *de regim. Princip.* semel quempiam principem honoraſſe. Illud obiter adnotatum velim, frequentius præ cæteris Tribonianum fuiſſe à Juſtiniano Exqueſtorem nominatum. Ac ut noſtram etiam noſtræque Gentis vetuſtiſſimam, fereque innatam militiam memoremus, prætereundum non eſt quod Primipilaris eodem ſenſu à
16 nonnullis intelligitur. Nam cum ſigno vexillare Aquila etiam ante Cæſarem apud Romanos fuerit, Plin. *hiſtor. natural. lib.* 10. *cap.* 4. Valer. Max. *lib.* 1. *cap. de prodig. & lib.* 6. *cap.* 1. Dio *lib.* 40. Halicar. *lib.* 3. Caſſanæus 4. *part. catbal. glor. mund.* 20. *conſider. in fin. & 1. par. 7. concl.* Alexand. ab Alex. *genial. dier.* ubi Tiraquell. *lib.* 4. *cap.* 2. Coraſius *miſcell. lib.* 5. *cap.* 4. Julius Barbaranus in *officina tom.* 1. *tit.* 3. *num.* 15. Antonius Augŭſt. ad *Modeſtin. lib. ſingul.* Covarruvias *variarum reſolutionum lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 7. Carolus Sigonius *de antiquo jure provinc. lib.* 2.
17 *cap.* 2. Præficiebatur ipſi miles, qui *Primipilus* dicebatur, & non ſolum ei Aquilæ præerat, verum quatuor centurias, hoc eſt quadringentos milites in prima acie gubernabat; unde *primi ordinis ductor*, vel *primipili centurio* appellabatur, ejuſque milites *primipilarios* vocatos fuiſſe volunt Cicero *pro l. Cor. Bal. L. Martius primipili Centurio*, & *Philipp.* 12. *Cum Aquila primipili aureos nummos daret*. Livius *lib.* 2. *in fine*: *Alternis*, inquit, *propè annis*, *& Tribunus militum*, *& Primus Centurio erat*, *qui nunc Primipili appellantur*. Cæſar *lib. de bello civili*: *Pupius primipili Centurio*. Valer. Max. in *cap. de ira* in Appio Claudio. Alexander ab Alexan. *genial. dier.* ubi Tiraquellus *lib.* 1. *cap.* 1. Julius Barbaranus in *officina*. Alciatus in *rubr. C. de primip. lib.* 12. Coraſ. Covarruv. Anton. Auguſtinus, Carolus Sigonius in locis jam allegatis. Et quia is militarem
18 etiam annonam, per militum capita dividebat, factum eſt ut militaris annona *Primipilus* dicatur. Et ita per jura quæ ſequuntur optimi authores declarant, *l. ſed & milites* §. *fi. l. non ſolum* §. *qui Primipilum*, *ff. de excuſſut. l. pater. ff. de admend. leg. l. fin.* §. *patrimoniorum. ff. de muner. & hono. l. pater* §. *Julius*, *ff. de leg.* 3. *l. officiales C. de Epiſcopis*, *& Cler. l.* 1. *C. de privileg. Fiſci.* 3. *C. de Primipil. lib.* 10. *l.* 3. *l. ordinariorum*, *l. ſpeciebus*, *l. ſolita*, *C. de cohor. lib.* 12. *l.* 1. *C. de condict. ex l.* ubi Francis. Duarenus & *l. ſatis C. in quibus can. pign. tacite contrab.* Alciat. *eod. titulo de Primip.* Jac. Cujacius in *l.* 3. *C. de cohort. lib.* 12. & *l.* 8. *& ſequentibus*, *de excuſat.* Capycius *deciſione* 129. Marcus Anton. Pellegrinus *de jure Fiſci lib.* 6. *tit.* 6. *nu.* 43. Alexander ab Alex. *dicto lib.* 1. *cap.* 5. & Covarruvias *variar. lib.* 1. *dicto cap.* 16. *n.* 7. Barbaranus *dicto to.* 1. *tit.* 3. *n.* 2. Guido Pancirolus in *notit. utramque cap.* 22. A quibus Joannes Coraſius *miſcellan. lib.* 5. *dicto cap.* 4. excipitur, qui in contrariam ire ſententiam nititur. Et nos hæc repetemus, aliaque abunde in *cap. de militia Neap.* diſſeremus. Primipilaris vero ſive Primipilarius, is æſtimatur (ſecundum veterem *Authenticar. Conſtit.* interpretem) qui Primipilum exercet, *l. ſed & milites* §. *fin. ff. de excuſ.*
19

tutor. At Ant. Augustin. in *d. legem*, quem sequitur Anton. Contius *ibid.* Guid. Panc. in *d. not. utramque cap.* 22. non qui exercet, sed qui functus est Primipilo, interpretatur. Horum sententiam veriorem esse priore, græca Modestini verba luce clarius ostendunt, quæ ut citra fastidiū cuique in promptu sint hic apponam: Πεπιμπιλαίρκει δὲ, inquit, ὃ νῦν τὸ μὶ ζοντες, οἱ δια τὸ σωτῆρες τὸ πεπιμπίλου. Διανυω enim unde oboritur difficultas, *compleo*, sive perficio, & expleo significat, non *exerceo*, ut vetus interpres transtulit. Hic obiter adnotarim, fuisse Primipilum in neutro genere à Modestino pronuntiatum, τὸ πεπιμπίλου, non masculine Primipilus, etsi Covar. *d. cap.* 16. antiquorum opinionem, hanc non admittendo differentiam, tueatur. Et hic non amplius præerat Aquilæ signo militari, de quo diximus *supra hoc cap. n.* 15. Quorsum referri etiam potest *l.* 2. §. *initium ff. de orig. jur. l. pen. ff. ex quibus caus. maj. l.* 3. §. *ult. ff. de testibus*. Et vide alia jura allegata per Restaurum Revaldum in *tractatu de imper.* 89. *quæst. num.* 7. Et illud Virg. *in principio lib.* 8. *Æneid.* ubi perpulchre Servius:

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit.

Militaris num id etiam significet in *Regni constit.* Isern. & Afflict. interpretibus ambigitur, ideo suo congruo loco *capitib. sequentib.* patebit.

20 Comes sacrarum largitionū à Principe creabatur, illustrisque erat, sub quo monetarum procuratores fuere, qui locis assignatis cussionem curabant. Is etiam tributum exigebat, exactumque pro militum stipendiis cogebat: qui & *secretus Principis Thesaurarius*, *Majorque Eleemosynarius* appellari potest, *l. non utiliter*, *l. viros devotos C. de palat. sacrar. largit. & rei privat. lib.* 12. *l.* 1. *C. de aur. publ. persecut. lib.* 10. *l. sive ex prætoriano C. de execut. & exact. lib.* 11. *l. unica C. de offic. assess. l.* 1. §. 1. & §. *ad istum C. de novo Cod. facien. l.* 2. §. *tanta C. de vet. jure enuclean.* Cassiodorus *lib.* 6. *de comit. sacr. largit.* ex multis Cassanæus 6. *part. catal. glo. mundi* 14. & 17. *consider.* Cato Papiensis in *rubr. ff. de Senat. nu.* 24. Scipio Capycius in *libello de magistratibus*, Marinus Freccia meus avunculus *lib.* 2. *de suffend. tit. Quis dicatur comes n.* 6. Renatus Choppinus *de domanio Francia lib.* 2. *tit.* 14. *nu.* 22. Pardulphus Prætejus *ver. comes*, Guido Pancirolus in *notitiam imper. Orien. c.* 72. & 74. & in *notitiam imper. Occident. cap.* 34. Huc facit quod Instin. in §. *nulli vero*, *Auth. de Collatoribus* scripsit. Eos autem, inquit, qui publica tributa exigunt, justis ponderibus, & mensuris uti præcipimus, ut neque in hoc nostros tributarios lædant. Sin autem collatores putant gravari se, sive in mensuris, sive in ponderibus habeant licentiam; specierum quidem mensuras, & pondera, à glorioſissimis Præfectis, Auri vero, & Argenti, & reliquorum metallorum pondera à glorioſissimo per tempora Comite sacrarum largitionum accipere. Hæc ille: Est & Comes siliquatoriorum apud Cassiodorum *varia. lib.* 2. qui ponderibus specierum illatarum & mensuris præerat, ne quid culpæ admitteretur. *Donativum* Principis liberalitas in milites, eademque in populum facta, *Congiarium* dicitur. Ipsumque liberalitatis atque mensuræ commune est ad

po-

populum conciliandum Kalendis Januarii, ut aliqui volunt, aliquando fieri consuetum, *l. patronus ff. de leg. 3. l. tabernæ ff. de fund. instruct. l. advocati C. de advoc. diver. jud.* Livius *lib. 2 & 37. in fine*, Svetonius in *Octavianum capite* 41. & in *Caligulam cap. 17.* Tacitus *lib. 12.* Plinius junior in *panegyrico*. Seneca *de benefic. lib. 4.* Quintilianus *lib. 6. cap. 4.* Budæus in *l. qui excubias ff. de re militari*, Alexander ab Alex. *genialium dierum*, *lib. 5. cap. 24.* ubi Tiraquellus, Pardulphus Prætejus *verb. congiaria*, Catanæus in *Plin. in dicto Panegyrico*. Cotta *memorabil. verb. Congiarium*, & Carolus Sigonius *lib. 2. de judiciis cap. 30.* Istorum tamen declarationem apertissime oppugnat Cicero ad *Atticum lib. 16. epist. 8.* ubi de legionibus loquens, *hæ*, inquit, *congiarium ab Antonio accipere noluerunt.* Unde apparet Congiarium non solum in populum, sed & in milites elargiri. In quibus Calendis, vel post triduum, Populus ipse pro salute Principis singulis annis vota nuncupabat, id est, ut Plutarchus in *Cicerone* declarat, precabantur, & sacrificabant pro Principe, id est pro ejus incolumitate. Quæ diversi generis fuere, *l. si calumnietur §. 1.* ubi Alciatus *ff. de verb. signif. l. omnes C. de fer.* Alciatus *parerg. lib. 5. cap. 9.* Corasius in *l. illud observandum ff. de officio Præs.* ubi etiam de votivis ludis agit, de quibus & nos
3 suo agemus loco. Offerre autem vota est offerre Principi, quod jure devotionis ipsi debetur. Quod primum institutum fuit ab Augusto, & Tiberio, deinde à Claudio sublatum, postremo ab Arcadio, & Honorio: sive secundum alios à Constantino innovatum, ac ad libram auri puri singulis annis dictis Kalendis solvendam taxatum fuit: Habetur *l. unica* in *Cod. Theod. de oblationibus votorum*, quæ à Justinian. relata fuit in 12. *lib. sui Cod. eodem titulo*, & Alciatus *loco citato*. Offerebantur etiam Principi à Præsidibus, & Excomitibus, cum primum codicillos dignitatis accepissent, equi ab his tres, ab illis duo, quod ex Cod. Theod. *De oblatione equorum* didicimus. Nec id solum pro eo precabantur, verum & Die Natalis ejusdem, & suscepti Imperii, annales celebrabant ludos. Hi tamen differebantur, si dies ipsi, cum festis concurrebant diebus, *l. omnes*, & passim *Cod. de fer.* Nec mirum si Natales Principis solemnes habebantur, quando & privati etiam homines hoc in suis observabant, ut passim apud Authores dignosci potest. Id non omiserim, Principis Natalem, longe à Sanctorum distare Natali. Illius enim dies ortus; horum autem obitus ha-24
betur Natalis. Ratio assignatur ea, quod tunc ad gloriam nati censentur. *l. cum quidam, & ibi gl. ff. de ann. leg.* Accurs. *Inst. de Inge. § fi.* & in *l. Civitatibus. ff. de leg. 1. dicta l. omnes*, & *l. fi. Cod. de fer.* Roman. *singul. 33.* Erat præterea tantæ apud suos observantiæ Princeps, ut nefas esset id non adimplere, quod per Genium Principis juratum fuerat. Quid autem sit per Genium Principis jurare, alibi declaravimus. Cum jam memoratis largitionibus, non absurdum fuerit & Missilia commemorare. Missilia ita-25
que sunt, quæ Coss. Prætores, atque Imperatores in ingressu dignitatis, (ingrediebantur autem Consules & Prætores Cal. Januarii, Impp. vero variis temporibus prout eligebantur) in Spectaculis, ac Triumphis, sub-

Digitized by Google

ſtentandæ liberalitatis gratia, ad incertum vulgus deliniendum jaciebant, inſtar Congiarii, quod à ſolis Imperatoribus elargiri ſolebat. Eaque varii generis fuere; aurum enim argentum, æs, veſtes, teſſeras frumentarias, & id genus alia, mittebant. Aurum tamen cæteris prohibitum, ſolique Imperatori ſpargere datum eſt, cui ſoli etiam contemnere præſtat fortunæ faſtigium, *l. neque emptio. ff. de contrahen. empt. l. ſi id. §. 1. ff pro derelicto. l. qua ratione. §. item ſi quis. ff. de acq. rer. dom. l. publius. ff. de condit. & demonſtr. l. pridie. ff. de feri. l. item veniunt. §. pridie. ff. de petit. hæred. l. 2. Cod. de conſulib. lib. 12. Auth. de conſulib. §. ſpargere, & §. quanta, Inſt. de rer. diviſ. §. hoc amplius*. Cic. *lib. 2. officiorum*. Plin. *nat. hiſt. lib. 23. cap. 10.* Svetonius in *Neronem c. 11. & 22.* & in *Calig. cap. 18.* Flavius Vopiſcus in *Aureliano*, Alexan. ab Alex. *Gen. dierum lib. 2. cap. 24.* ubi Tiraquellus. Ale. & Pyr. Engleber. in *rubr. Cod. de conſ. lib. 12.* Theophilus, Franc. Bald. Claudius Cantiuncula, Sebaſtian. Monticulus, Franc. Hottom. in *dicto §. hoc amplius*, ubi nonnulla addunt, & declarant: Joſeph Moniardus in *Rubr. Cod. ut publ. lætit. lib. 12. pag. 44.* Franc. Conn. *Comm. Jur. civ. lib. 7. cap. 6. num. 7.* Iſern. in *cap. 1. de feud. guard. num. 3.* & in *Conſtitut. Regni, Occupatis.* Marinus Fretia *de Suffeud.* in *additione*, *num. 45.* Verum neſcio an ea Juſtiniani ſanctione, & Conſſ. & Populo recte conſultum ſit; cum ex Miſſilium direptione verbera, vulnera, & omnis generis tumultus naſci, idem aſſeveret; an potius veluti prodigalitatis vitium, ſecundum Cic. *loco ſupra citato*, non ſit hæc ſparſio deteſtanda. Illud non omittendum, præfatas largitiones, omnes (præter Coſſ. & Prætorum Miſſilia, quæ eorum ſumptibus fiebant) ex Ærario accipi ſolitas, & ad ejus Tribunum potiſſime ſpectabant; prout Fretia in *præallegato loco*, & *Novus jur. comm.* in *verbo*, *Beneficium*, & Cic. *pro Archia*, declarant. Quare autem Magiſtratus Cal. Jan. dignitatem ingrediebantur, id fuit in cauſa, quod cum exactis Regibus dictis Cal. Conſules creati fuerint, inſtitutum fuit, ut eadem die deinceps Magiſtratum inirent. Et hæc eſt ratio quare in *d. l. publius*, & aliis ſupra allegatis authoritatibus, ea die Conſulatum ingredi dicantur. Quod ſi aliis etiam temporibus, honores à Magiſtratibus initos fuiſſe legitur, ut Cal. Sextilibus, Idib. Maji, Idib. Decemb. Idib. Mart. Cal. Quintil. & Cal. Octob. rationi abſonum videri non debet. Certe enim ſæpius, ſuper anni principium Romani variarunt, ac ut res & tempus poſtulabant, annum incipiebant. Eaque variatio duravit donec ad Auguſti tempora ventum eſt, in quibus rurſus Calen. Januar. ſuſcipiendis honoribus anni principium fecere. Conſule Gell. *Noct. Att. lib. 3. cap. 16.* Plin. *lib. 7. cap. 4.* Macrob. *Saturnal. lib. 1. cap. 8.* Alexan. ab Alex. late *Gen. Dier. lib. 3. cap. 24.* & ibi Tiraquell. Covarr. *Var. Reſol. lib. 4. cap. 18.* & *lib. 12.* Tiraqu. *de utroque Retr. §. 1. gloſ. 10.* Coraſ. in *l. 2. §. & cum placuiſſet, ff. de or. Jur.* & in *l. divortio*, ubi Soc. & cæteri, & nos *ibi* ſcripſimus. *ff. ſol. matrim.* Gloſ. in *Rubr. C. de indict. lib. 10.* & in *l. poſt hanc Cod. de adv. diverſ. judic.* Huc etiam referri poteſt conſuetudo dandi Strenas eiſdem Calen. Jan. quod re-

26

27

Digitized by Google

religiosum fuit, ut ne ultra Cal. ipsas darentur, Tib. Cæsar edicto præceperit. Svet. in *Octavianum cap.* 57. & in *Tib. cap.* 34. & in *Caligul. c.* 42. Alciat. in *l. inter munus, ff. de verb. signif.* Dictæ sunt autem *Strenæ*, si Scaligero, *Poet. lib.* 3. *cap.* 24. credimus, quasi Trenæ, eo quod gratis dantur, & Gratiæ tres esse dicuntur. Hæ, *munera solemnia* dicebantur, quod singulis annis fiebant, de quibus intelligit Ulpianus in *l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admin. tut.* Fœminæ autem Cal. Mart. ea munera facere solebant, *l. si vir uxori ff. de donation. int. vir. & uxorem*, & *ibi* Bud. Quod evenisse poterat, vel quod anni principium dictis Cal. aliquando fuerat, ut jam diximus, vel quod Cal. Martiæ erant præcipue mulieribus dicatæ, ut Servius *lib. Aeneid.* 8. dicit; At nos id non moramur, tu vide, si vis, *Nov. Jur. comm.* in *verb. Kalendæ.* Ex *d. l. publius* (non enim erit incongruum & id subnectere postquam in eam incidimus) notant Doctores, tria requiri ut quis proprie sit Magistratus, ac in Officii quasi possessione, ut ajunt; nempe, Designationem, Muneris editionem, & Ingressum. Aliqui addunt quartum, scilicet Administrationem; at hæc sub ipso Ingressu intelligi videtur. *l. Barbarius, vers. designatus*, & *ibi* Coras. *n.* 5. *de off. prætor. l. meminisse. §.* 1. *ff. de off. procons. l. sed & milites. §. fin. secundum unam literam. ff. de excus. tut.* Bar. Paul. Castr. Soc. in *d. l. publius*, Paris de Put. in *tract. de Syndic. vers. In officiis*, *pag.* 144. *n.* 5. Capyc. *dec.* 77. Fretia *lib.* 2. *de Suffeud. in quæst. Inter Regentes, num.* 52. Quid autem sit Muneris editio, Doctores varie interpretantur; Accursius enim ibidem, Officii susceptionem, seu acceptationem, declarat. Alii aliter sentiunt. Nos ad veritatem dilucidandam, hujus vocis æquivocationes aliquas adducemus. Profecto, *Muneris* significatio, varia in jure est. Capitur enim pro Dono, pro Officio, pro Spectaculis. Hic pro Spectaculis sumi, Bud. declarat. Quæ & ipsa varii generis fuere; nam 29
& ludi Circenses, & Gladiatorii, & Scenici, & Theatrales, & Missilium consperso, & Venationes, Saturno, de quo agimus dicatæ, eo nomine significantur. Ubi autem Muneris edendi fit simplex mentio, non solum de Spectaculis Gladiatorum secundum Budæum, sed & Missilibus spargendis, intelligi crediderim, ex multis Theodos. Cod. locis edoctus. Adducta probant *l. munus tribus, l. inter donum ff. de verb. signif. l.* 2. *§. postea cum Appius ff. de orig. jur. l. quæritur §.* 1. *ff. de ædilit. edicto, l. civitatibus ff. de legat.* 1. *d. l. l. ublius ff. de cond. & demonst. l. legatam. §.* 1. *ff. de administr. rer. ad civitat. pertin. l.* 1. *cum aliis ff. de oper. publ. l. annuam ff. de ann. & mens. legat. l. de pollicitationib. & l. Septitia ff. de pollic. l. legatam ff. de usufr. legat. l.* 1. *§. quies ff. de off. Præfect. urb. l.* 2. *§. fin. ff. de his qui not. inf. l.* 3. *Cod. de Consu. lib.* 12. *l.* 1. *C. de athletis lib.* 10. *l. omnes*, & *l. fin. C. de feri. l.* 1. *Cod. de Spect. lib.* 11. *l.* 1. *C. de Gladiat. lib.* 11. *Cod. de expen. ludor. lib.* 11. *l. si. Cod. ne quis liber invi. act. reipubl. ger. lib.* 11. *Cod. Theod. tit. de Prætor. & Quæst. passim*, & *ff. de muner. & honor. passim*, & *Cod. de mun. patrim.* & ibi gloss. *lib.* 10. Cassiod. *variarum lib.* 4. *epist.* 51. Lactan. *lib.* 6. Jas. in *l. placet* 1. *& 2. lect.* & ibid. Coras. *C.*

de

Digitized by Google

de sacrosanct. eccl. Budæus in *l. Charidemus ff de pollicit.* & in *l. si ut certo §. interdum ff. commodati*; ubi ludos pluraliter pro Spectaculis capit. Coras. in *d. l. 1. §. quies ff. de off. Præfect. urb.* ubi & Svetonium, multis in locis allegat. Cic. *lib. offic. 2.* Plin. in *Panegyrico*: At ubi sumus hucusque trangressi, non erit inutile *d. l. Charidemus ff. depollicitation.* elucidare, explosis aliorum sensibus, tum in *Rubr. ff. de verb. obligat.* tum *Cod. de pactis.* Nam cum in controversiam veniret, an pollicitatio absenti per epistolam fieri posset; & an si facta esset, is qui pollicitus fuit, compellendus esset, inter cæteras adducitur lex ista ad negationem. Et communiter concluditur absentem non obligari, ergo nec posse compelli. Cui sententiæ eo magis innitor, quod in nulla alia ejus tituli lege, de pollicitatione, absenti per epistolam facienda, fit commemoratio. Non autem mihi probatur quod communiter Doctores dicunt, ideo, scilicet, compelli non posse, quia non adest pollicitationis causa. Quandoquidem munus sine causa non dari, apertis verbis habetur in *l. inter donum ff. de verb. sign.* Si igitur hic adest munus, necessario supponenda erit causa, ac si editio muneris sit quædam remuneratio, ut Budæus exponit. Congruentiorem autem causam supponere nullam poterimus aliam, quam quod aliquis absens fuerit electus Magistratus, qui acceptato munere, ideſt officio, munus edere, id est ludos facere, vel Missilia spargere, per epistolam promisit. Is si justa fuerit causa præpeditus quominus stato tempore munus edere potuerit, compellendus non erit ad editionem. Verum si id genus neglexerit facere, non solum compelletur, sed & ad mulctam tenebitur, ut ex Cod. Theodos. in *præallegato tit. de Præt. & Quæst.* non semel patet. Quinetiam si ea *l. Charidemus* affirmative legatur, hoc est ad editionem compelli posse, præfatæ opinioni haudquaquam obstabit; cum congruo, justoque tempore intelligendum sit. Huc adde, quod si de cruentis spectaculis lex ipsa intelligatur, ex hoc ipso dignosci poterit quare compelli non possit; quandoquidem sunt ejusmodi spectacula, legibus prohibita. Quod si non de his, at de aliis ludis, vel de Missilibus erit sermo, dici poterit præcise non teneri, cum Senatus arbitrio servatum sit, vel ut munus ederetur, jubere; vel id quod ad ipsius editionem erogandum esset, in usum, Civitati utiliorem, vertendum curare. In his tamen casibus ad interesse compelli posse, non ambigerem: quod ex juribus, & *Glossis* supra, *de Missilibus spargendis*, allegatis, & signanter ex *TT. De administraudis rer. ad Civ pertin. & de an. & men. leg.* perspici licet. Nec obstat *l. de pollicitationibus, eodem titulo*, ubi legitur posse opus pollicitum, per amicum explicari, quod ad quamlibet absentiam traxit Roman. *sing. 75.* quandoquidem ibi opus jam erat inceptum, etsi defertum esset Reipublicæ ornamentum, minutum esset: unde optima ratione eo modo compelli poterat, & pollicitatio fuerat jam facta à præsente. In casu vero nostro, & pollicitatio fit ab absente, & opus nondum est inchoatum: Adde tertio quod in *d. l. de pollicitationibus*, agitur de eo qui ob crimen ejicitur e Civitate, in qua jam inceperat opus publicum, quod

pol-

Digitized by Google

pollicitus fuerat: Unde dici poterit compellendum esse, ad augendam pœnam: At de his satis. Nos ubi de variis egimus donorum generibus, & de Donariis pauca agere, non ab re judicavimus alienum.

30 Sunt igitur *Donaria*, dona quæ Deo offeruntur, & quæ in templorum parietibus appenduntur (*ἀναθήματα* Græci appellant) *l. sancimus Cod. de sacrosanct. eccles. Instit. de rer. divis. §. sacræ.* Bud. in *l. qui excubias ff. de re milit.* in qua tamen *l.* simpliciter pro donis accipi videntur. Et hæc ne, nisi ad redimendos captivos vendantur, allegatis juribus cavetur. Aliquando autem loca significant, ubi dona conduntur, Servius in illud Virg. *Georg. lib. 3.*

--------*ductos alta ad donaria currus.*

Donaria, inquit, *proprie loca sunt, in quibus dona reponuntur Deorum.* Et alibi: *Donarium ubi ponuntur oblata.* Corn. Fronto: *Ubi dona ponuntur, Donarium appellatur.* Aulus Gell. *lib. 2. cap. 10. Ubi reponi solerent signa vetera, quæ ex eo templo collapsa essent, & alia quædam religiose donariis consecrata.* Est & Do- 31
num honorarium quod honoris causa datur, nec tanquam debitū exigitur; qualia dabantur olim Consulibus in provincias advenientibus; & qualia dantur etiam hodie Principibus cum suas primum urbes ingrediuntur. *Honorarium* etiam dicitur quod Advocatis patrocinii nomine datur, *l. 1. ff. de var. & extraordin. cogn. l. 1. ff. si men. fal. mod.* Budæus in *l. solet ff. de offic. Procons.* Insuper & Honorarium id dicitur, quod à Decurionibus pro Curiæ introitu dari solet. Plin. *epist. lib. 10. epist. 116.* ad Trajanum scribens: *Supereſt, ergo*, ait, *ut ipse despicias, an in omnibus civitatibus, certum aliquid, omnes qui deinde buleutæ* (Decuriones intelligit) *leguntur, debeant pro introitu dare. Ad quod respondens Trajanus, Honorarium, inquit, Decurionatus, omnes qui in quaque civitate Decuriones fiunt, inferre debeant, necne, in universum à me non potest statui.*

ADNOTATIONES

Ad *num. 6. Sed quando primum factum hoc eodem libro dilucidabimus.*

Jam diximus per mortem non licuisse germano meo, lucubrationes suas aedum expolire, verum nec in ordinem redigere: quod ego pro viribus sum exequutus quantum à publici muneris vacatione datum est temporis, ut ita quis dicere recte possit duos partum hunc habuisse patres, M. Antonium, qui eum tumultuarie & præpopere informem edidit, & me qui illum Ursæ instar lambendo in formam reduxi: par est autem non negare me non illam prorsus formam & ordinem ei dedisse, quam author ipse dedisset. Idcirco ne quis miretur si aliqua in hoc promittuntur libro explicanda, quæ in aliis explicabuntur, cujusmodi est quod præsens adnoto, quo videlicet tempore moneta apud Rom. primum fuerit cussa: tu interim lege Polyd. Virg. *de inventor. rer.* Volaterr. in *Philol.* Andr. Pallad. *de antiq. Rom. cap. de ærar.* De æris autem & plumbi, item argenti & auri inventoribus, Cassiod. *var. lib. 3.*

cap.

Digitized by Google

cap.21. & lib.4. cap.34. Porro ante leges XII. Tab. Romani signatam pecuniam non agnoscebant, & proinde in ipsis legibus nominatim cautum fuit ut æs, argentum, aurum publice signaretur: patet ex *l.1. ff. de contrab. empt.*

Num.12. Exquæstore vero vel Exquæstorem:

Receptior est eorum sententia, qui *Exquæstorem* eum esse dicunt, qui perfunctus est quæstura, sicut *Exconsulem*, qui fuit Consul: qua loquendi forma usi sunt nostro sæculo linguæ latinæ proceres, dum *Exabbatem*, vel *Exministrum*, vel *Expræpositum*, & alia dixerunt, pro eo qui fuit Abbas, Minister, Præpositus.

SUMMARIUM.

CAP. VI.

1 Ædes Monetæ in Civitate Neapolis ubi sita.
2 Regiones Sedilis Furcillæ, & Montaneæ una factæ.
3 D. Georgius ad forum qui sit, disputatur
4 D. Georgius à quo constructus fuerit.
5 Constantinus Imperator qua natione fuerit.
6 D. Georgius ubi natus, & ubi mortuus.
7 D. Georgius Anglorum Patronus.
8 Castor, & Pollux, Apollo, & Sirena Neapoli adorabantur.
9 D. Georgii miracula quædam.
10 Castor & Pollux equorum cursibus, & collucationibus præerant.
11 Equites Sedilis Montaneæ D. Georgium venerationi habuere.
12 D. Severi corpus ubi condatur.
13 Roberti Andegavensis Byzantiorum Imperatoris cineres.
14 D. Georgius olim ecclesia metropolitana.
15 D. Georgii ad forum disputatio resumitur.
16 Forum quid significet.
17 Vicaria unde, & quare sic dicatur.
18 Neapolitanus sermo variis immixtus exoticis dictionibus.
19 Civitas Neap. in 4. parochias dividitur, ac in vigintiduas subdividitur.
20 Basilica qua sit, & quid à Fora differat.
21 Sicla unde dicatur, & Siclus quid sit.
22 Sigla, sive Singula quid, & ad quid inventa num.24. & 25.
23 Notæ quæ sint, & quid à Singlis distent.
24 Notarii unde dicti: & Notæ ad quid adinventæ.
Cifræ, eodem.
25 Secretarios Cifrarum statuunt sibi Reges in Civitatibus.
26 Dispositio facta per usitatas Notas, sive Cifras, valet.

AT

Digitized by Google

AT ad noſtrum tandem revertendum eſt inſtitutum: & quæ in præcedentibus de Roma diſſeruimus, hic de Neapoli differenda, quo & earum uniformitas appareat; & non hæc illius, ſed illa hujus mores imitata videatur, inſpecta utriuſque antiquitate. Ædes igitur Monetæ, de qua nobis ſermo erat, id eſt ubi Moneta publice cuditur, in hac noſtra patria priſcis temporibus proxima Caſtro Divi Georgii ad Forum, ut dicebant, conſtituta erat. Quare autem ad Forum diceretur, vel quodnam ex duobus templis illi dicatis, hoc nomine ſignificetur, in controverſiam vertitur. Certe enim alterum in regione Furcillæ, ſitum eſt; alterum in regione Sedilis Montaneæ (quæ hodie in unam evaſerunt ut alias ſcripſi) ad vetus, quod dicunt, Forum. *Ac illud quidem Divus Georgius Major* appellatur; hoc autem Minor, ſeu ut vulgo proferunt, *San Georgitello*. Quod nuper venerabilibus, & nunquam ſatis laudatis *Patribus Hieronymianis*, & doctrina, & ſanctitate, & morum compoſitione, clariſſimis, conceſſum eſt. Ubi ingens, ac non minus quam quodvis aliud, Urbem hanc illuſtraturum, templum ſtruunt. Nos ad eorum accedimus opinionem, qui Majorem D. Georgium, ad Forum dici contendunt. Idque ex rationibus, & authoritatibus demonſtrare nitemur. Atque ut hinc exordiamur, hoc D. Georgii templum à Magno Conſtantino conſtructum fuiſſe palam eſt. Quare autem Conſtantinus huic potius, quam alicui alteri Sancto fanum erexerit, his rationibus adductum opinamur. Primo Græcum Imperatorem ſaltem educatione (novimus enim fuiſſe natione Anglum) ad honorem Græco Divo exhibendū, nativa pene pietate inductum credi poteſt. Natus eſt enim D. Georgius in Cappadocia, ex illuſtri familia; deinde martyrii coronam, Diocletiano imperante, anno ſalutis CCXC. die XXIII. Aprilis, Dioſpoli eſt conſecutus. Ibi eccleſiam in ejus honorem, Anglenſium Regem quendam erexiſſe, Græcoſque in ipſa, ſacra miniſtraturos præfeciſſe ferunt. Inde Anglos D. Georgium in Patronum ſuſcepiſſe, Terræ ſanctæ teſtantur Annalia. Eaque eſt altera, noſtræ opinionis ratio; nempe Anglum Principem, Anglorum Patronum, ubicunque oportune poterat, venerandum proponere voluiſſe, veriſimile eſt. Quod autem ajunt, eum Berythi Draconem in ſpelunca quadam ſeptifauce commorantem, ad liberandam Regis filiam enecaſſe; id non paſſim probatur, licet recepto uſu, id faciens pingatur; quamvis ejuſmodi Dracones alicubi inveniri Srabo *lib.* 16. dicat. Adde, quod cum Neapolitani Caſtorem & Pollucem, ingenti conſtructo templo, ac itidem Apollinem & Syrenam adorarent, voluit pius Imperator, Sanctum ipſis adorandum proponere, qui Numina prædicta, falſa & vana eſſe, facto miraculo, commonſtrarat. Apollinis enim ſtatuam ſolo verbo proſtravit, ac in fruſtra redegit: Syrenamque Diocletiani uxorem, ad fidem pervexit. Præterea cum Caſtor & Pollux, equorum curſibus, ac item colluctationibus (in quibus Neapolitana exercebatur juventus, ut ſuo loco dicemus) præeſſe crederentur; nil oportunius, nihilque magis rationi conſonum facere poterat,

terat, quam Divum ad eorum vicem, ipsis venerandum offerre, qui equo currentibus, ac in quavis se palæstra exercentibus, opem ferre vere posset, quando is & eques, & miles erat, ut tam ex Scriptorum monumentis, quam ex ipsius picturæ inspectione, dignosci licet. Vulgo enim, (prout in hac ipsa ejus majori Ecclesia, ad lævam primi altaris ligneus erectus inspicitur) cataphracto equo insidens, galeatus, loricatus, baltheatus, draconem equi pedibus premens, ipsumque hasta transfodiens, regina genibus flexa precan-
11 te, pingitur. Quem propterea Equites Sedilis Montaneæ præcipuum sibi venerandum susceperunt. Ex decem enim eorum Sedilibus (tot nanque dicti equites habuere) unum ad D. Georgium fuit; quod licet prius, Sedile ad Cimbrum diceretur; ob venerationem tamen cui ipsis erat, obsoleto priori nomine, Sedile D. Georgii appellare cœperunt. Et certe juris fuit, ut viri equites, Divum equitem venerarentur, quo equestrem ordinem, pie, ac religiose cordi habere, commostrarent. Hæc omnia excerpsimus ex Metaphraste, Pasicrate, Aloysio Lipomano, Alfonso Villega, Joanne Zuillardo *lib.* 3. & 5. Pomponio Læto in *lib. de Vetustate Urbis*, Jacobo Strada in *Epitome Thesauri Antiquitatum*. In hoc tem- 12
plo conditur corpus S. Severi Episcopi, ac Neapolitanorum Patroni, ejusdem Sedilis, ut fertur equitis. Qui Constantino Imperatore fatis cōcessit; ac pie colitur die ultimo Aprilis. Quod eo translatum fuit ex templo, extra mœnia constructo, suoque nomini nuncupato, anno Domini M. CCCX. Mense Martii. Idque ex inscriptione indicatur, quæ in ipso D. Georgio legitur, & nobis huc transcribere libuit.

Post annos Domini bis quinos
mille trecenos,
Dum sedet Antistes Pius ac Umbertus in Urbe
Hujus & Ecclesiæ Petrus Barensis habetur
Rector, agit vernam mensis dum
Martius auram
Præsulis est Sancti translatio facta Severi.

Humantur etiam ibi cineres Ro- 13
berti Andegavensis, Constantinopolitani Imperatoris, quod ex epitaphio ibi sculpto, & hic annotato, apparet:

ILLUSTRI ROBERTO ANDAGAVENSI BYZANTIORUM
IMPERATORI, TARENTINORUMQ. PRINCIPI, CAROLI
UTRIUSQ. SICILIAE REGIS EX PHILIPPO FILIO, NEPOTI.
AB ANNO M. CCCLXIIII. OBSCURE JACENTI
USQ. DUM ANNO. M. CCCCLXXII. ANDREÆ
AGNENSIS HUJUS TEMPLI PRAESIDIS
PIETATE AC DILIGENTIA LOCUS DATUS EST.
NOBILIUM PLATEARUM
D. GEORGII INSTAURATORES ANNO M. D. LXXII.
MONUMENTUM HOC TEMPORUM INJURIA COLLAPSUM
PP.

Pro-

Digitized by Google

Prope hanc ecclesiam constructum erat castrum, quod postea in D. Au-
14 gustini templum commutatum est; dicebaturque *Castrum D. Georgii*. Idque inde evenisse arbitror, quod cum Georgii ipsius Metropolitana esset Ecclesia, absque negotio effici poterat, ut omnia circumposita loca, ab ip-
15 so denominarentur. Majorem hanc ecclesiam esse, ut illo redeam, quæ D. Georgius ad Forum appellatur, arbitror. Ad quod eo potissimum adducor, quod apud ipsam, Forum judiciale erat, ubi adhuc servatur nomen, & *Vicaria vetus* dicitur.
16 Licet enim Forum, inter alia, quæ apud Festum & alios videri poterunt, duo significet, & Locum exercendis litibus destinatum, & Plateam, ubi res venales exponuntur; quorum hæc quidem est ad Minorem D. Georgium, ille vero jam fuit ad Majorem; tamen simplici nominatione Fori, Judiciale intelligi crediderim,
17 ut nobilius. Quare autem Forum id judiciale, hic dicatur *Vicaria*, diversi diversas adducunt rationes. Alii enim dicunt ita dici, quod ibi vices Principis gerantur, id est quod in ipso Principis Vicarius resideat. Alii vero, idque magis mihi probatur, ajunt, hoc nomen sibi mutuasse dimidiatum ex Areopago Athenarum, qui erat locus, ubi capitalia tantum agebantur judicia, ut Bud. in *l. ult. ff. de Senat.* ex authoritate Libanii Sophistæ declarat. Et quia in ipso plectebantur homines usque ad sanguinis effusionem, ideſt usque ad ultimum supplicium; dicebatur Tribunal illud Areopagus, ideſt, Martis Vicus, vel Habitatio. Ares enim Marſ. Pagus, Vicus interpretantur. Sic Vicaria, quasi Vicus Areos, ideſt Martis. Nec obstare videtur, quod id nomen sit confectum ex duabus vocibus diversorum idiomatum: ex Vico, scilicet, 18
Latina voce, & ex Areo, Greca; quandoquidem Neapolitanus sermo, variis fuit, prout adhuc est, semper immixtus linguis. Utimur enim nonnullis Græcis vocibus, Latinis non paucis, aliisque exterarum linguarum innumeris. Quod si ibi civiles etiam agitantur lites, nil est impedimento, quo minus ex criminalibus tantum, nomen sibi assumpsisse debuerit; cum pluris sit faciendæ criminum castigatio, quam calumniarum expulsio, tanquam quæ multo sint quam calumniæ, noxiora Reipublicæ. Præterea in annuis annotamentis, quæ de Visitationibus ab Ordinario factis in Archiepiscopali servantur Palatio, Majorem hunc D. Georgium, ad Forum, appellatum invenimus. Et putamus hanc ipsi prærogativam deberi etiam ex eo, quod cum desiisset matrix esse ecclesia, remansit Princeps quatuor 19
majorum Parochiarum, in quas divisa est universa hæc Civitas. Minor autem D. Georgius, una est ex viginti duabus, in quas subdistributæ sunt quatuor illæ Majores, quibus hæ Minores subordinantur. Huc facit, quod cum de Minori D. Georgio, mentionem factam invenimus, non simpliciter ad Forum, sed ad Forum vetus, dictum annotavimus. Quod in Fratrum Franciscanorum in D. Laurentii Cœnobio degentium, prope Minorem hunc D. Georgium, scripturis est videre. Et hoc modo, Forum nundinationis, non Judiciale significari, vel inde patet, quod adhuc vulgo ibi dicitur MERCATO

Digitized by Google

VECCHIO. Cum igitur D.Georgius ad Forum, absque illa veteris Fori recordatione, pronuntiatur, Majorem intelligi, neminem esse putamus, qui negare ausit. Etsi tria hæc, Templum, Forum, & Theatrum, connexa semper dici solita, non ignoremus. Et quod unum idemque Forum, utrumque significare velint; Forum, scilicet, Judiciale, & Nundi-
20 nationis. Quandoquidem in superiori parte jus reddi, dicunt, eamque proprie dici Basilicam, in inferiori autem, res venales exponi, & sic dici Forum, quasi quod foris id fiat. At de his hactenus. Ædes ea, ubi
21 Monetam publice signari diximus, tam per Reges, quam per veterum monumenta, *Sicla* appellatur, & vulgo ZECCA. Eo autem modo appellari autumo à Siclo, hæbraico nomine, quod ipsi, Sichel, proferunt. Est autem Siclus, monetæ genus antiquissimum, & viginti obolis constare, quasi omnes affirmant; licet non desint, qui ponderis genus esse dicant. Recordantur Siclum *Exod. cap.* 30. *Levit. cap.ult. Num. cap.*10. *Ezech. cap.*45. *can.judices*, 1. *q.*1.gl. in *can.si quis aliquando*, *de panis*, *dist.*1. Luc. de Penna in *l.*1. *num.*4. *Cod. de metallar. lib.*10. Bud. *de asse*, *lib.*4. Alciat. in *l.frugem ff.de verbor. sign.* & *Cod. de ponderat. lib.*10. Covarruv. *vet. collat. numismat. cap.*2. Ant. Augustin. *emendat. lib.*2. *cap.*8. Alex.ab Alex. *Gen.dier.lib.*4. *cap.*24. & ibi Tiraq. & omnium latissime Be-
22 nedictus Aria in *libro de mensuris Hæbr. & Siclo*. Est etiam Sigla sive Singula (non enim absurdum fuerit de his etiam differere, ob affinitatem, quæ est ipsis cum Sicla) singulariæ literæ, quæ rem breviter, absque coagmentis Syllabarum comprehendunt, ut S.C. Senatus Consultum, TR. PL. Tribunus plebis, & id genus aliæ, quibus Justinianus, leges ab se digestas scribi prohibuit, *§. illud autem, in prob. ff. l.*1. *§. penul. l.*2. *§. eandem autem C.de vet. jur. enucl.* De quibus etiam in *auth.quod sine Cod. de testa-* 23
men. Notæ sunt etiam compendiosum scribendi genus, *l.sed & patronus*, *§.fin.ff. de bonor. poss. l.inter eos*, *§.*1. *ff. ex quib. caus. major. l. quotiens*, *§.*2. *ff. de hæred. instit. l. Lutius*, *ff.de milit. testam. l.* 1. *§. ludi ff. de var. & extraord. cognit. l.*2. *Cod. de conve. fisci debit. lib.*10. Svetonius in *Cæs. cap.*56. de usu ipsius, in scribendo loquens: *In epistolis*, ait, *si qua occultius proferenda erant, per notas scripsit, id est, sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset.* Quæ si quis investigare, ac persequi vellet, quartam elementorum literam, id est D, pro A, & perinde reliquas, commutabat. Meminere & Plutar. in *Catonem Uticensem*. Bud. in *dicta l. inter eos*, *§.*1. *ff. ex quib. cau. maj.* Luc. de Penn.in *d. l.*2. *Cod. de conv. fisc. debit. lib.*10. & in *l.*2. *Cod. de dignit. lib.*12. Alex. ab Alex. ubi Tiraq. *Gen. dier. lib.*2. *cap.*30. Unde qui notis scribunt, *Notarii* dicuntur, glos. in *can.si monachus* 77. *dist.* & facit *d. l.*1. *§.Ludi*, *de var. cogn.* Renat.Chopp. *de doman. Franciæ lib.*3. *tit.* 21. D. Augustin. *de doctr. Christ. lib.*2. Jacobus Rævard. in *l.si librarius*, *ff.de reg.jur.* & omnes tum allegati, tum mox allegandi sequuntur. Has Notas, pro singulariis literis, & econtra usurpari, Siponti-nus Antistes, Ant.Augustin.ad *Modestinum lib.sing.in l.spadonem*, *§.neque librarios ff.de exc.tut.* Cujac.in *l.*1. *ff.de*

orig.

Digitized by Google

orig. jur. Petr. Faber *Semestrium lib.* 1. *cap.* 14. *ad finem*, affirmant. Pro quibus videtur facere prædictus Tranquilli locus, necnon Valerius Probus, & Volusius Metianus in suis libris *De notis antiquorum*, & Manilius *astronomicon lib.* 4. *cap.* 4. ubi in hæc scribit verba:

Hic & scriptor erit felix, cui litera, verbum est:
Quique notis linguam superet; cursumque loquentis
Excipiet longas nova per compendia voces.

Sed Pardulphus Prætejus in *ver. Singula*, Singlas multum à notis distare asseverat. Et proeo est Justinianus in juribus jam allegatis, & signanter in *prob. ff. & Cod. de vet. jur. enucl.* Ubi per literarum consequentiam, & non per singlas, vel per signorum captionem, leges scribendas jubet: ergo Singlæ sive signa, literæ erant, prout esse videntur, *l. oratio*, ff. *de sponsalibus*, *l. erga*, ff. *de jurisd. omn. jud.* & facit textus in *l.* 1. §. *stipulanti ff. de verbor. oblig.* Nec obstare deberet, quod prima litera non debet appellari litera, per ea, quæ in *l. si quis ante ff. de acq. possess.* At palam est per alia jura, notas non esse literas, *l. sed & patronus*, §. *fin. ff. de bonor. possess.* & *d. l.* 1. §. *ludi, de variis & extraord. cogniti.* ubi 24 Notarii sunt qui notis, Librarii, qui literis scribunt: Qui quidem textus noviſſime adductus omnem tollit difficultatem. Glosa Parisi. in *l.* 1. §. *eadem*, ff. *de verbor. obligat.* latissime de hac re scripsit, & differentiam admittit *num.* 13. Quandoquidem Notas, celeritatis, & compendii; Singlas autem secreti & clandestinitatis causa fieri, ait: ac de his loqui Tranquillum, & Gellium *lib. noct. atti.* 17. *cap.* 9. Utcunque tamen sit, has esse quæ vulgo *Cifræ* dicuntur, autumant. Nos ut resolutive loquamur, & ut aliquam inter ipsas differentiam assignemus, Singlas ipsas, vel Singularias literas, bifariam considerabimus. Uno modo (prout Probus, & Metianus intelligunt) pro iis scribendi formulis, quæ communiter intelliguntur; & sic haudquaquam Cifræ dicentur, cum usu passim recepto, in monumentis, in libris historiarum, in publicis sacris & scribantur, & sint notæ. Altero vero modo, pro literis illis transformatis absque syllabarum coagmentis, quæ per Tranquillum memorantur. Et hoc fuit inventum hominum, ad occultanda, ut diximus, arcana, cæteris omnibus in quos ejusmodi Singlæ inciderent, præter eos, qui mutuo, eo sibi scribant modo. Inter quos tamen ut ipsarum communicatio præcedat, necesse est. Porro has tantum Notas, *Cifras* dici debere contendo- 25
rim. Et hæ quidem sunt etiam status causa introductæ. Unde visum fuit opportunum Regni Regibus ut possint hujusmodi furtivis literis, scribere aliis Regibus ardua negotia, quæ temere notis literis scriberentur, aliquem in Civitate statuere, qui ob communicatas sibi singlas, ipsas quibus mittuntur explanarent. Hujusmodi interpres, ex hoc ipso, sumpto sibi nomine, *Secretarius Cifrarum* dicitur. Huc referri potest ut quævis dispositio per usitatas Notas facta, valeat: quod probant tum quæ jam diximus, tum Alex. in *cons.* 146. *lib.* 5. M. Antonius Natta, & alii per ipsum adducti, in *l. hac consultissima*, §. *ex imperfecto*, *Cod.*

Digitized by Google

Cod. de teſtam. num. 38. & 40. Hieronymus Cagn. in §. *illud autem, in prob. ff.* Soccin. in *l. Gallus*, §. *item credendum*, *ff. de lib. & poſth.* Dec. in *cap. nam concupiſcentiam in 2. lect. de Conſt.* Hinc eſt illa praxis & conſuetudo Notariorum, qui inſtrumenta conficiunt uſitatis notis vel ſinglis, quas ipſi, *Cætera* vocant: & quia communiter ſcitur quid ſibi velint eæ notæ, inſtrumentis ipſis adhibetur fides ac ſi per conſequentiam literarum ſcripta forent.

ADNOTATIONES

Ad *num.* 11. *ubi de D. Georg. templo.*

Ejus Eccleſiæ olim perpetui erant curatores equites ſedilis Montan. quod ex quammultis pervetuſtis apparet documentis: dum autem equites dico, jus noto; nam unus tantum, iſque ſenior curator erat, una cum aliis quinque popularibus platearii: quod quidem & regia fundatione & dotatione conſtitutum erat, & ubi curatione defungebantur, quod peracto anno faciebant, ſexviris ipſius ſedilis miniſtratarum rerum rationes reddebant: tum vero forſan ob negligentiam, quæ in rebus communibus admitti ſolet, *l. in re communi ff. de ſervit. l. cum pater*, §. *dulciſſimis*, *ff. de legat.* 3. eo jure ceciderunt: quod cum recuperare tentaſſent anno M. D. LX. re in judicium perlata, ſuccubuerunt. Idque idem evenit de regimine D. Arpini ad eoſdem ſpectante ob ſedile Furcillæ, temporis longiſſimi lapſu rerum dominia transferente: quam facti ſpeciem Afflictus in ſuas retulit deciſiones.

Num. 19. *Ad forum vetus.*

Conformitas, quæ inter antiquam Romam, & noſtram Neapolim intercedit, vel inde conſpicua eſt, quod multa, eaque præcipua loca, eodem prorſus nomine iiſdemque rebus agendis ſtata, utraque habuit. Eſt nobis forum vetus ubi D. Laurentii ſitum eſt Tribunal in quo Magiſtratus Neapolitani adminiſtratione cedunt peracto tempore, ſyndicatuique ſubjiciuntur: erat & Romæ item forum vetus, ubi Magiſtratus Rom. imperium deponebant, ut author eſt Herodian. *lib.* 4. *de foro ejuſque varietate.* Si multa noſſe cupis, adi Alex. ab Alex. *lib.* 2. *cap.* 12.

Num. 22. *Singulariæ literæ quæ rem breviter abſque coagmentis ſyllabarum comprehendunt, ut S.C. Senatuſconſultum, &c.*

Similem quippiam inſpicitur in Papa, quæ cum conciſæ eſſent dictiones *Pa. Pa.* & patrem patrum denotarent, vulgus in unam contraxit, qua ipſum patrem patrum declarat, Summum videlicet Pontificem. Sunt autem ejusmodi notæ periculo verſutiæ ſubjectæ, ut ſcilicet in alium ſenſum accipiantur, quam fuerint ab uſu vel auctoritate conſtitutæ: exemplum habemus

in

in his, S. P. Q. R. quæ cum ex Sybillæ vaticinio id significarent, *salva populum quem redimisti*, à Romanis in suas usurpatæ fuerunt, ut ad ipsorum mentem *Senatum Populumque Romanum* innuerent: ut interim taceam in quot opiniones, ne dicam altercationes homines discerpant, quod in duplici ff. vidimus, quæ cum pro digestis accipiantur, causa notarum adhuc ignoratur: qua de re consule Alciat. & Jo: Coras. in *miscellan. lib.* 5. *cap.* 15. An autem signa pro animalibus recognoscendis, arboribus, dolio vini, & aliis hujusmodi dominii, & possessionis translationem inducant, vide Bart. in *l. stigmata*, *C. de fabric. lib.* 11. & quæ tradidit Cassan. in *consuet. Burg.* §. 11. *ver. & la prevve*, *pag.* 97. Cifrarum autem inventorem faciunt Tyronem, Tullii libertum, ut admonuit Fret. *de suff. lib.* 1. *fol.* 34. *num.* 15.

Ante num. 24. *Per literarum consequentiam & non per singlas, &c. l.* 1. §. *stipulanti*, ff. *de verb. obligat.*

Melior text. in §. *si quis ita*, *ea l.* ubi stipulatio per interpretem facta valet, per signa vero neutiquam: quorsum facere posset suffragandi usus per fabas jam olim improbatus, de quo Alexand. ab Alex. in *suis genial. lib.* 4. *cap.* 11. ex Cic. quo forte Cassius Longinus respexit cum legem tulit ab se *Cassiam* appellans, qua populus per tabellam suffragia ferre jubebatur, secundum Læt. in *lib. de legibus*, & *Spieg.* Sententia vero in scriptis tantum est proferenda, adeo ut nulli penitus, præterquam Principi, verbo sententiam dicere liceat: ut satis abunde germanus differit infra in *cap.* 18. Literæ autem probatoriæ officiariorum Principis, ac privilegia, manu Principis propria ut subscribantur cautum est in *l. probatorias*, *Cod. de divers. offic. lib.* 12. quod in Francia quidem per Secretarios, in Italia vero & Hispania aliisque Regis nostri regnis, aliter observatum vidimus, Alexand. *consil.* 207. *in* 7. *vol.* Cassan. in *Catal. glor. mundi*, *par.* 5. *consid.* 22. *num.* 61.

SUMMARIUM.

CAP. VII.

1 *Magistri Rationales Siclæ quare sic dicantur.*
2 *Regia Camera Summ. unde sibi nomen sumpserit.*
3 *Magistri Rationalis Siclæ ex illustrib. familiis olim eligebantur.*
4 *Archivum*, & *Archium quid*, & *quid inter se differant.*
Archivarius & *Archiota* } *eodem.*
5 *Ponderum & Mensurarum præfecturam ad Tribunal Siclæ pertinere.*
6 *Monetariorum nomina.*
Ponderatores.
Lubrierii.
Affilatores.
Cuneatores.
7 *Brunduſinorum & Messanensium antiquatum privilegium.*
8 *Siclæ Tribunal divisum.*
9 *Tribunalia quisnā univerit Neap.*
10 *Mensurarum formulæ Neap. ubi resideant.*

11 Men-

Digitized by Google

11 *Mensurarum quotuplex genus.*
12 *Campion quid sit Neapoli.*
13 *Mensuræ archetypæ ubi constitui debeant.*
14 *Mensura passus Neapolitani ubi servetur.*
15 *Vicaria cur dicatur Magna Curia.*
16 *Curia unde dicatur.*
17 *Ponderum & mensurarum jus cujus sit imperii.*

1 SCiendum autem, Siclam Neap. de qua loquimur, suum habere Tribunal, suisque uti Magistratibus. Qui propterea quod rationibus ponderum & mensurarum præsunt, quorum æquitas ad Siclam pertinet, *Magistri Rationales Siclæ* dicuntur. Horum auctoritas longe major erat olim quam hodie. Fuit autem coarctata à Regina Joanna prima, anno 1370. die octava Maji 8. indict. Nam cum omnes ipsi ad se advocarent causas, sanxit stata pœna, ut à causis ad ipsos non spectantibus, abstinerent; quandoquidem absurdum & inconveniens videbatur, ac dissonum rationi, à qua denominabantur, ad aliena manum extendere. Etenim & Regii Consiliarii, & Fori, & Familiaritatis privilegia habebant. Et cum Regii Ministri, rationes, ideſt *computa* quæ vocant, in Reg.Cam. Summariæ exhibebant; si qui debitores inveniebantur, illico solvere jubebantur, ac rationes ipsæ ad Magistros Rationales Siclæ, discutiendæ mittebantur. Qui, si difficultas aliqua in jure oborta foret, iterum ad Regiam Cameram remittebant, ut summarie
2 ipsa dijudicaret. Hinc evenit, ut *Camera Summariæ* sit appellata, cum prius *Audientia Rationum* appellaretur. Nec id solum, verum & Regii Patrimonii cura ad Rationales Siclæ pertinebat, quæ postea à Carolo I. fuit in Reg.Cam. Summariæ translata: prædictorum autem usus fuit ab Alfonso rege sublatus anno 1450. qui rationum discussionem, & revisionem, per Reg. Cam. faciendam, jussit. Quid plura? Eorum auctoritas in tantum creverat, tum ratione jurisdictionis, tum qualitatis personarum, ut is Magistratus antiquitus, alicui ex illustribus & antiquissimis Civitatis Neapolis familiis, ob merita concederetur à Regibus. Ad quem e nostra multi acciti fuere, usque ad Genitorem meum, & fratrem & consanguineos, ut ex privilegiis videri potest. Non tamen id fuit perpetuum, id est ut ad nobiles tantum genere conferretur, quandoquidem & in alios quoque & virtute & scientia præditos, aliquando collatus fuit. Hodie vero ad Proregem ejus collatio spectat. Hæc omnia leguntur in capit. *Caroli primi*, in *capit. Ad audientiam nostram*, & Roberti, in *capit. Idem Magistris Rationalibus*, & Ferdinandi in quodam *privilegio* anno 1459. die 21. Novembris, sæpe ad Sedilium causas præsentato: & in capitulis Civitatis, & in *capit. Regis Catholici 55.* & *Caroli Quinti cap.26.* & plenius in *Gratiis expeditis in Imperiali Civit. Ratisbon. anno 1532. cap.40.* & 41. & in *Pragm. De offic. ad Reg. Majest. ejusque Vicereg. coll. spect.* Et in *Pragm. Quod regnicolæ, &c.* & in aliis: & in *Ritibus Reg. Cam. summ.* Fretia *lib.1. de suffeud. titulo De offic. Magni Camerar. num.3.* Tarcagnota *de sita & laudibus Neapolis libro primo.*

Digitized by Google

mo. Et legi adnotationes quasdam doctissimi cujusdam procuratoris Cæsaris, ubi multa coacervantur privilegia, quorum aliqua ex *libris Diversorum Reg. Cam.* excerpta erant, quæ in Archivo servantur, ubi reposita sunt Acta à Svevorum tempore, usque ad Alphonsum I. In quibus de omnibus fere causarum generibus, ad alia Tribunalia pertinentium, cognitio habetur; licet passim, & in dies adimantur. Est autem 4 Archivum, Chartophylacium ubi publica reponuntur acta; Archium vero est Regia, & Prætorium, & Magistratuum ædes, & Palatium, & Forum judiciale; ac Archivi custos, dicitur *Archivarius*; Archii vero *Archiota*, *l. moris. §. solet, & ibi* Bud. *ff. de pan. §. 2.* in *Auth. de defensor. civit. coll. 3. l. fin. §. hic quoque ff. de mun. & honor.* Alc. *l. urbana ff. de verb. signif.* Luc. de Penn. *Cod. de suscept. præpos. & arch. lib. 10.* in *rubr. num. 2.* Guido Pancirol. in *Notitiam Rom. Imperii.* 5 In eadem Sicla, nedum quæ ad monetæ cussionem, verum & quæ ad ponderum, mensurarum, & similium præfecturam pertinent, olim exercebantur. In cudenda vero pecunia, multa sunt officia distributa, ut ex *dictis Pragm.* liquet, nec non & ex *privileg. Federici II. Caroli III. Roberti, & Reginæ Joannæ II.* Monetariis, sive Siclariis. Et qui in ea operantur, his nominibus à Reg. Cam. 6 appellantur, *Ponderatores*, *Lubrierii*, *Affilatores*, *Cuneatores*. Ponderatores, ut ipsamet vox indicat; sunt qui metalla in fusura redigunt, ac ponderant, quantum quodque monetæ genus, ponderis exigat. Hi sunt quos supra *Zygostates* appellari diximus. Lubrierii, qui metalla in fusura redacta & ponderata expoliunt, ut commode cudi possint. Sic dicuntur, si conjicere licet, quod metalla lubricant, ideſt, lubrica faciunt, & asperitatem leniunt. Lubricatores dici minus barbare possent. Affilatores, qui metalla jam lubricata, rotundant, examinato prius pondere, ut si quid desit, addant; si quid supersit demant: Inde dicti, quod ad filum, ideſt ad lineamentum cudendæ monetæ requisitum, metalla redigant. Effilatores tamen rectius dicerentur; quando effilare, non affilare invenitur. Cuneatores, sunt qui metalla jam rotundata & effilata, & lubricata sive expolita, cuneis (sic vocant *typum* quo monetæ signantur licet minus proprie) supponunt, & Principis imaginem & insignia imprimunt. Cuneus autem quid sit discе ex Vitruvio, & Vegetio. Hi omnes, uno communi nomine, *Monetarii* dicuntur, in *præallegatis pragmaticis*, *ritibus*, & *privilegiis*. Qui ab hujus Tribunalis pene constitutione alii quam Brundusini, & Messanenses esse non poterant. Deinde vero, & Neapolitanos posse admitti per Reg. Cam. decretum est. Ejus rei acta servantur in dicta Cam. per M. Antonium Rosam, ex ordine Scribam, in Grammatophylacio Terrusii. Atque hæc quidem hujusmodi se olim habebant. Postea vero placitum est Regibus, multas ipsi adimere prærogativas, ac Tribunal ipsum in duo dividere. Duo igitur Siclæ Tribunalia hodie 8 sunt, alterum cudendæ monetæ destinatum, de quo jam diximus, & quod in suo primo remansit loco; alterum quod ponderum & mensurarum æquitati præest, & quod est alio translatum.

tum. Ejus rei, id causæ fuit: Magistrorum Rationalium munus erat curare ne una res pro alia venderetur, quod ex *privilegio Ladislai Regis*, ipsis indultum fuerat (de quo casu nos ipsius tribunalis, contra Thoracum artifices, patrocinium sumentes, allegationes late scripsimus) necnon & ut pondera & mensuræ, justæ observarentur, ut in *allegatis pragmaticis*, & in *cap. Caroli I. cap. Item prædicti secreti*, ubi DD. est videre; de quo etiam Afflictus in *Const. Regn. Ad legitima pondera*, privilegium se vidisse refert. Et quia id, est quædam species jurisdictionis, visum fuit rationi consonum, hanc, ut ita dicam, tribunalis partem, in Tri-
9 bunal M. C. Vic. transferre. Quod ab Excellentiss. Marchione Villæ Franchæ D. Don Petro Toledo, memorando Prorege (de cujus magnitudine & justitia nos alibi scripsimus) effectum est. Qui & omnia alia Tribunalia, tum pro litigantium commoditate, tum pro Regis servitio, in dicta M. Curia univit. Quæ quidem Magna Curia, & ipsa in dicta regione Sedilis Furcillæ, sive Montaneæ sita erat; Ubi adhuc retinetur nomen, & *Vicaria vetus* dicitur. Tribunal igitur Siclæ, quod de ponderibus & mensuris cognoscit, in M.
10 C. Vicariæ residet. In cujus platea, magnum situm est marmor justarum mensurarum formulis designatum, & excavatum, quod ex jussu Ferdinandi Regis curatum fuit, prout hæc indicat inscriptio: FERDINANDUS REX IN UTILITATEM REIPUBLICÆ HAS MENSURAS PER MAGISTROS RATIONALES FIERI MANDAVIT. Et cum triplex sit 11
mensurarum genus; Liquidorum, scilicet, aridorum, & intervallorum; ibi omnia hæc commodissime signantur. Est enim ibi videre mensuram Vini, mensuram Olei, mensuram Frumenti, quod ad arida, & liquida pertinet. Pro intervallis vero est signata mensura Brachii, idest cubiti: Idque positum est quasi publicum testimonium, æneatum mensurarum, quas ipsi Magistri Rationales in suo tenent Tribunali, ut cum de mensuris vendentium, æquæ ne sint, an iniquæ, controvertitur, ad eas quasi ad archetypum reportentur examinandæ. Ad pondera vero tenent Sta- 12
teram quandam, quæ vulgo, *Campion*, appellatur; juxta quam pondera librant, & fidem librationis, impresso anni currentis numero, adhibent. Itaque eæ solæ mensuræ eaque sola pondera in universo Regno, justa putantur, quæ anno illo examinata fuisse, ex impressionis signo commonstrant. Quem quidem morem in publico statuendi mensuras antiquissimum esse, ostendit Contius Imperante Vespasiano, in Capitolio positus, & hujusmodi inscriptus.

IMP. CÆSARE
VESPAS. VI.
T. CÆS. AUG. F. IIII. Cos.
MENSURÆ EXACTAE
IN CAPITOLIO.
P. X.

Quod

Digitized by Google

Quod si hoc testimonium satis non videbitur, videatur hoc Valentiniani in *titulum de suscept. & arcar. lib.* 10. *Cod.* relatum, ubi in hæc sanctum est verba: *Modios æneos, vel lapideos cum sextariis, atque ponderibus, per mansiones, singulasque civitates jussimus collocari, ut unusquisque tributarius, sub oculis, constitutis rerum omnium modiis, sciat quid debeat Susceptoribus dare, ita ut si quis Susceptorum, conditorum, modiorum, sextariorumque vel ponderum normam, putaverit excedendam, penam se sciat competentem*
13 *esse subiturum*. Quo in loco exponens Interpres, dictionem, *Per mansiones*, ecclesias exponit, à Justiniano edoctus, qui *in fine §. nullus autem*, *Auth. de collat.* has mensuras, & ponderа, in sanctissima uniuscujusque civitatis ecclesia servari jussit. Quod ipse quidem Justinianus non sine exemplo sanxit. Antiquissime enim fuerunt mensuræ, sacratæ Jovi à Rom. in Capitolio, ut testatur Q. Palæmon in *lib. de pond. & mensuris*, his versibus.

Pes longe spatio lateque notetur in anglo,
Angulus ut par sit, quem claudit linea triplex,
Quatuor ex quadris, medium cingatur inane
Amphora fit cubus. Quam ne violare liceret
Sacravere Jovi, Tarpejo in monte Quirites.

Hoc est etiam adnotatum à Guid. Papa, *qu.* 490. Luca de Pen. *lib.* 3. *de mensuris aridorum & liquidorum*.
14 Huc referri potest mensura ferrea Passus Neapolitani; qui (ut Georgius Lapazaja in suo *de Arithm. & Geometr. lib.* dicit) continet septem palmos & tertiam partem alterius palmi: Quæ quidem inspicitur affixa in quadam columna sita in angulo majoris Ecclesiæ hujus civitatis, ad januam quæ ducit ad Palatium Reverendiss. Archiepiscopi. Ejus rei, id est quare in templo reponendæ sint archimensuræ, ut sic dicam, ratio luculenter affertur à Palæmone in jam notatis carminibus, ne scilicet violare liceret. Hic obiter adnotari 15
poterit Vicariam, non ab re appellari *Magnam Curiam*, quando quatuor maxima continet Tribunalia, Summariam, scilicet, ubi de Principis agitur patrimonio: Consilium: utranque Vicariam, Civilium, scilicet rerum, & capitalium: & Siclam de qua modo loquebamur. Licet non me prætereat, id apud Græcos dici *Magnum Tribunal*, ubi publica dijudicantur judicia, ut Phavorinus his verbis asserit: Μέγα δικαστήριον ἐν ᾧ τὰ δημόσια ἔκειτο δίκας. Nisi quis inde Magnam dici velit, quod magna curet; quandoquidem *Curiam, à curando* appellari, Pomponius *l.* 2. *in princ. ff. de orig. jur.* testatum reliquit: Pon- 16
derum sane atque Mensurarum jus, mixti imperii, & de Regalibus esse affirmant, ultra prædictos Renatus Chopp. *de dom. Franciæ lib.* 3. *rub.* 22. Afflict. in *constit. Ad officium bajulorum*, *num.* 4. *ad Magistros Rationales*, *Omnium ad omnia*, 1. *par. fol.* 222. & in *constitut. Ad legitima pondera*. Cumque hoc jus apud Romanos, ad Ædiles pertineret, non erit incongruum, & de iis aliqua subnectere.

Digitized by Google

ADNOTATIONES

Grave ſcelus eſt in pondere vel in menſura peccare, Caſſiod. *Var. lib.* II. *cap.* 6.

SUMMARIUM

CAP. VIII.

1 *Ædiles unde, & quare dicti Curules.*
2 *Ædilium authoritas varia.*
3 *Ædiles Cereales unde dicti, & eorum munus.*
4 *Cures quare in Sicilia nata dicatur, & unde dicta.*
5 *Leges à quo primum inventæ.*
6 *Primitiæ & Rogationes cui primum factæ fuerint.*
7 *Pan unde dictus. Frumenti & Panis inventor, quod.*
8 *Aratri inventor quis fuerit, opiniones variæ.*
9 *Menſuræ à quibus cognoſcantur.*

1 ÆDiles igitur vel *ab ædibus* dicti ſunt, propterea quod ædes ſacras & privatas procurabant, vel *ab adita*, eo quod facilis ad eos aditus eſſet. Hoc tamen nomen fuit à Jureconſultis translatum ad Magiſtratum. Ac primum fuiſſe ex plebe creatos, omnes fere conſentiunt. Deinde orta inter patres, & plebem contentione de Conſulatu, factum eſt ut alter Conſul plebejus fieret. At ne plebs penitus exæquaretur patribus, convenit inter utroſque, ut pro communicato plebi conſulatu, patres ob quandam quaſi compenſationem, ædilitatem ſibi vindicarent. Iterum tamen diſſentientibus, ſanxere ut duo ex patritiis, duo ex plebeis crearentur. Poſtea Julius Cæſar ſex inſtituit Ædiles, ex plebe quatuor, ex patribus duos. Hi *Cereales* dicebantur. Hinc eſt ut duo Ædilium legantur ordines; Alter jus dicebat, & ſella eburnea incurvos pedes habente, currenteque inſtar currus, (quam Theophilus *Conſularem ſellam* appellat) utebatur, unde *Curules* nominabantur, & *Magiſtratus*, ſimpliciter dicebatur: Alter popularis Magiſtratus erat. Eodem tamen die utriuſque Comitia calabantur. Fuitque is Magiſtratus, antiquiſſimus, quandoquidem & in legibus XII. Tab. de eo ſic legitur: SUNTOQ. AEDILES CURATORES URBIS, ANNONAE, LUDORUMQ. SOLEMNIUM, OLLISQ. AD HONORIS AMPLIORIS GRADUM, IS PRIMUS ASCENSUS ESTO. Unde patet hunc Magiſtratum haud ſane à principio fuiſſe ſublimem. Quorum omnium Ædilium authoritas licet ut plurimum, ab Authoribus *infra* adductis, diſtinguatur; Curules tamen viarum, & aliorum complurium curam habebant, quæ à Papiniano deſcribuntur. Licet non deſint qui id muneris, Plebejorum fuiſſe Ædilium contendant, quod & Cagnolus etiam advertit. Nos hujuſmodi ambiguitates, poſteris ſolvendas relinquimus, Ædilium authoritatem confuſe narraſſe contenti. Si igitur ſervum, aut jumentum morboſum, aut vitioſum, pro integro ſanoque quiſpiam

Digitized by Google

piam vendidisset, edicto Ædilium, emptori infra dies sexagesimos succurrebatur. Hæc est *redhibitoria*. Quicquid etiam rerum vitiosarum pro sincero, fractum pro integro venisset, ædilitio edicto redhiberi solet. Hinc *ædilitiæ stipulationes*. Hi meum imperium habebant, ut & flagris cederent, & mulctam imponerent: Præerant arcendis incendiis: Ludos curabant publicos: In viis non permittebant rixari, neque stercora projici, neque morticinia, neque coria jacere. Eorum munus erat adæquari in Civitate vias, pontem fieri ubicunque oportebat: Templa, Theatra, Fora, Stadia, Porticus, Curiæ, Basilicæ, Mœnia, eorum cura reficiebantur ornabanturque. Ædilitatis etiam erat parandum convehendumque frumentum & oleum ad publicam annonam curare. Et hoc sensu *l. ideo* infra allegandam, lego; licet, *adulitatis*, aliqui legant. Mensuras iniquas frangere, justaque pondera curare ad ipsos spectabat. Eorum ætas præstituta erat. Multi tamen ab hoc Magistratu capessendo repulsi fuere, licet postea majorem fuerint assequuti; ut sciamus omni ævo invidos, malignitatis aculeos, improbos jaculasse. In Municipiis etiam & Coloniis Ædiles fuere. Nam ut colonis in lustrum agros locabant, sic & interdum in lustrum continuabant Magistratum. Hæc & alia est videre in *l.* 2. §. *postea cum Appius*, §. *deinde cum placuisset*, & §. *deinde Corn. Silla ff. de orig. juris l. ædiles curules ff. de via publ. l.* 1. *ff. de off. præfecti vigil. d.* 1. *& per totum titulum ff. de ædilit. edicto. l. qui utensilia, ff. de decur. l. stipulationum vero prætoriæ ff. de verb. oblig. l. qui insulam* §. 1. *& l. item quæritur* §. *mensura ff. locati l. lectos cum l. seq. ff. de peric. & com. rei vend. l. ideo ff. de compensat. Instit. de jur. nat. gen. & civ.* §. *prætorum*, Arist. polit. *lib.* 6. Varro *de lingua lati. lib.* 4. Cic. *ad Atticum lib.* 9. *epist.* 14. & in *Oratione de Aruspicum, &c.* & in *Philippica* 9. & *de legibus lib.* 2. & in *Oratione in Verrem*, Plutar. in *Mario*. Plin. *nat. hist. lib.* 33. *cap.* 3. Liv. *lib.* 3. 5. & 7. Dio *lib.* 43. Aul. Gell. *noct. att. lib.* 4. *cap.* 2. D. August. *de civit. Dei lib.* 2. *cap.* 27. Alicarnass. *lib.* 6. Appian. *de bello civili lib.* 1. Fenestella *de Magistrat. cap.* 13. Bud. in *l.* 2. *vers. paulo post ff. de orig. jur.* Joann. Ferrar. *Instit. de divis. stipul.* §. *fin.* Purpuratus in *l.* 1. *num.* 40. *& seq. ff. de off. ej. cui mand. est jurisd.* Alexand. ab Alex. ubi Tiraquell. *Gen. dierum lib.* 4. *cap.* 4. & *lib.* 6. *cap.* 19. Alciatus in *l. pupillus.* §. *decuriones ff. de verb. signif.* Cotta in *memorab. ver. Annona*. Zasius in *d. l.* 2. *ver. Ædiles n.* 22. *& ibidem* Cagnol. *num.* 50. *ff. de orig. jur.* Pomp. Læt. *de Magistat.* Sylvest. Aldobr. in *d.* §. *prætorum Inst. de jur. nat. gen. & civ.* Jacobus Spiegell. Pardulfus Prætejus in *ver. Ædiles*, Aimarus Rivall. Oldendorp. & alii in *dict. l.* 12. *tab.* Angel. Polit. *miscellan. c.* 85. Franciscus Duaren. *anniversar. lib.* 1. *cap.* 26. Carol. Sig. *de antiq. jur. civ. Rom. lib.* 1. *cap.* 4. & *lib.* 2. *cap.* 8. Blondus Flavius *de Rom. triumphante lib.* 3. Ædiles Cereales, annonæ præerant, *& à Cerere* dictos fuisse, tum ipsa vox indicat, tum testatur Pomponius in *d. l.* 2. §. *deinde Corn. Sylla ff. de orig. jur.* Rationem hanc esse arbitror, quod cum Romani Cererem Deam ob fruges ab ipsa repertas, colerent, usque eo coluerunt ut ex ea de-

denominarent eos, qui rerum ab illa inventarum curam habebant. Eam in Sicilia natam ferunt, frumenta inveniſſe, cum antea glande veſcerentur, eademque molere, & confi-
cere in Attica, Italia, & Sicilia, atque ob id Deam judicatam putant. Quod autem e Sicilia ortum duxiſſe dicatur, inde profectum eſſe remur, quod illius Inſulæ ea eſt fertilitas, ut Homerus *Odiſſ. lib.*9. dicat, terram ibi non ſatam, non aratam, & arbores, & vites, non cultas, ſed ſua ſponte frumenta, hordea, fructus, uvas copioſe producere. Unde Ovid.3.*faſt.gratam domum Cereri*, eam appellat. Et Solin. nedum uberrimos, verum & omnium optimos fructus ibi naſci, ait. Meminere etiam ejus copiæ Sil.Ital.*lib.*14. Diodor.*lib.*6. M. Ant.Sabell.*Ennea.*1. *lib.*6. Et Liv.*lib.*23. & Valer.Max.*lib.* 7.*c.*6. Siciliam & Sardiniam, *benigniſſimas urbis Romæ nutrices* appellant. Quod inde itidem liquet, quod huic noſtræ Civitati conceſſum aliquando fuit, ipſi licere exportare ex Sicilia frumenta ſuo uſui futura, etiam inſoluto eo, quod pro venia ſolvi ſolitum eſt, ut ex ejus *capitulis* liquet. Liquet etiam ex pactis initis inter Summum Pontificem, & Regni iſtius Reges. Et dilucide ex Pancirolo in
4 *Notit.imp.Occid.cap.*53. Sunt qui *Cererem*, Terram eſſe dicant, & ſic dici vel ἀπὸ τῦ μαζῦ, id eſt *à tempore*, eo quod omnia ſuo tempore producit, & ſic *Cæres* per æ diphtongum ſcribi deberet, vel ἀπὸ τῦ κεῖν, id eſt à miſcendo, cum fructus non pariat niſi prius miſceantur in ſe humores, & ſolis calore ferveſcant: Vel à Latina voce *gerendo*, quaſi Gerens, quod
5 fructus gerat & alat, unde *Almæ* cognomen ſibi vendicavit. Leges primas ab ipſa inventas ferunt, (licet alii Rhadamanto aſcribant) unde apud Græcos, *Theſmophoria*, id eſt legifera, fuit appellata. Romæ fuit illi ædes ad Circum maximum erecta, ibique ſculpta & picta à Damophilo, & Gorgato artificibus illuſtribus: primumque ipſi ſimulachrum æneum fuit factum, ex peculio P.Caſſii. Princeps etiam omnium ſacrorum apud omnes gentes habita fuit. Unde non immerito antiquiſſimi Ro- 6
manorum, primitias ei dare, atque in ejus honorem Rogationes & Hymnos canere ſoliti fuere. Cic. in *Verrem*. Plin. *nat.hiſt. lib.*7. *cap.*56. & *lib.*33. *cap.*12. & *lib.*34. *cap.*4. Aul. Gell.*lib.*5. *cap.*6. Diod.Siculus *de fabulos. antiq. geſt. lib.*5. & *lib.*6. *cap. nunc ad Cretam.* Solin. *cap.*16. & 11. D.Auguſt. *de civit.Dei lib.*4. *cap.*10. & Alexand. ab Alex. *Gen.dier. lib.*4. *cap.*10. & *lib.*5. *cap.*24. Marius Aretius in *Chorograph. Siciliæ* paſſim, Tiraq. *de jure primogen.* in *præfatione num.*70. & *ſequent.* Scoppa *collectan. lib. cap.* 3. Apud Caſſiodorum in formula Præfecti annonæ hæc leguntur verba: Sic Ceres frumenta di- 7
citur inveniſſe, Pan autem primus „
conſparſas fruges coxiſſe perhibetur; „
unde & nomine ejus, Panis eſt ap- „
pellatus. Ita ut illa prædicata eſt, „
quæ reperit, & iſte laudatus eſt, qui „
decenter edenda, humanis uſibus „
applicavit. Virg. *Georgic. lib.*1. „

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit, cum jam glandes atque arbuta ſacra
Deficerent ſylvæ, & victum Dodona negaret.
Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos

Eſ-

Digitized by Google

Esset rubigo.

Et superius.

Liber & alma Ceres vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit arista.

Et iterum.

Et Cererem clamore vocent in tecta, neque ante
Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quam Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus in compositos & carmina dicat.

Quod & exstat in *Culice*. Ovid. *Metam. lib. 5.*

Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris,
Prima Ceres unco glebam dimovit aratro,
Prima dedit leges. Cereris sunt munera munus.

8 An autem & ipsa fuerit aratri inventrix, Servius ambigit in illud *primi Georg. Virgilii.*

------Unciique puer monstrator aratri.

Sunt & qui Osyrim ejus inventorem faciunt. Tibullus:

Primus aratra, manu sollerti fecit Osyris
Et teneram ferro sollicitavit humum.

Alii vero id Buzygi Athenienſi, alii Triptolemo ascribunt. Ovid. 4. *Fast.* Plin. *nat. hist. lib. 7. cap. 56. Commentat. in dictum locum Virg.* Solin. & in *eum comment. cap.* 16. Josephus autem *lib. antiquit. 4. cap. 4.* Cayn authorem facit. Aedilium etiam erat 9 (ut eo revertamur) mensuras iniquas frangere, ponderaque examinare, *l. Item quæritur §. si quis mensuras ff. loca.* Persius *Satyra prima.*

Fregerit & heminas Areti ædilis iniquas.

Juvenalis *satyra decima.*

Et de mensura jus dicere, vasa minora
Frangere pannosus vacuis ædilis.

Plaut. in *Ruden.*

Neptunus ita solet, quamvis fastidiosus ædilis est
Si qua improba sunt merces, jactat omnes.

SUMMARIUM

CAP. IX.

1 *Furtum conceptum &*
2 *Furtum concipere quid.*
3 *Perquisitio rerum furtivarum in suspectis domibus fit per publicas personas. Publicæ personæ testium vicem supplent.* Eodem.
4 *Domino invito nemo potest ingredi aliena.*
5 *Res furtivæ inventæ faciunt indicium ad torquendum eum, penes quem inveniuntur.*
6 *Mortuus alicubi repertus indicium facit ad torquendos eos qui ibi fuerint.*
7 *Furti perquirendi mos antiquus,* & num. 13.
Lictores unde dicti fuerint. Eod.
8 *Alguzerii, vel Speculatores quomodo appellati apud antiquos.*
9 *Lictores tenentur ferre signum sui officii.*
10 *Lictorum mos antiquus in præeundis*

Digitized by Google

eúndis magiſtratibus.

11 *Pœna in ſervos, liberos, & milites varia.*

12 *Porterii, qui vulgo dicuntur, genus liſterum ſunt.*

13 *Furtum conceptum per lancem & licium quid ſit.*

14 *Mulieres viros extraneos antiquitus aſpicere prohibebantur.*

15 *Mulieres poſtulare non poſſunt ob pudicitiam.*

16 *Dominatores effœminatos Deus permittit ad pœnam populorum.*

17 *Magiſtratus in provincias abſque fœminis proficiſci debent.*

18 *Mulieres in publicum carcerem includi non debent, ſed in monaſterio ſervari.*

19 *Mulieres in cauſis criminalibus poſſunt eſſe in judicio per procuratorem, mares autem non.*

20 *Mulieres liquidant inſtrumenta in eccleſiis.*

21 *Mulieres non debent in publicis ſe præſentare conſpectibus, nec per civitatem vagari.*

22 *Mulieres non debent audiri à Magiſtratibus.*

23 *Mulieres non coguntur ire ad petendam abſolutionem à Sum. Pontifice ob periculum pudicitiæ.*

24 *Mulieribus non licet ferre corpora ad ſepeliendum.*

25 *Mulieres in eccleſiis ab hominibus ſejunctæ manere debent.*

26 *Mulieres in Chorum ingredi, ac Sacerdotibus miniſtrare prohibentur.*

27 *Mulieres cum organo in eccleſiis canere non poſſunt.*

28 *Actus diſtinguuntur ex voluntate.*

29 *Delicta voluntate ſeparantur.*

30 *Conſideratio in id tantum cadit, quod agi intenditur.*

31 *Lanx quid ſit.*

32 *Bilances unde dicantur.*

33 *Juſtitia quare cum libra, ſive bilancibus pingatur.*

34 *Licium quid ſit.*

35 *L. XII. tab. de furto concepto per lancem & licium declaratur.*

36 *Furtum poteſt committi in ponderibus & in libra.*

37 *Delictum unum pluribus pœnis vindicari poteſt.*

38 *Furtum conceptum per lancem & licium à quo cognoſcatur. Catapanes qui ſint & unde dicantur.* Eodem.

39 *Furtum manifeſtum, &* *Fur manifeſtus qui dicatur.*

40 *Furti manifeſti, &* *Furti concepti per lancem & licium pœna.*

41 *Profeſſio natorum filiorum ubi fiebat, Romæ & à quo juventa.*

42 *Profeſſio natorum filiorum quomodo fiat hodie.*

34 *Profeſſio ad quid conferat, & quotuplex ſit.*

Numeratio focorum profeſſio dicitur. Eodem.

MEnſurarum & ponderum recordatio, furtum, per lancem & licium conceptum, in mentem revocavit. Ejus meminere Aul.Gell. *attic. noct. lib. 2. c. 18. & lib. 16. c. 10.* DD. in *§. conceptum, Inſtit. de obligat. quæ ex delicto naſc.* Imo & *l. 12. tab.* ita de eo cavebatur. FURTA PER LANCEM LICIUMQUE CONCEPTA SICUT MANIFESTA VINDICANTOR. Eſt autem furtum conceptum (ut Juſtinianus *dict. §. conceptum* dicit)

Digitized by Google

cit) cum apud aliquem, testibus præsentibus, furtiva res quæsita & inventa sit, fit furtum apud aliquem
2 inventum. Unde furtum concipere, pro invenire usurpavit Paulus *lib.* 2.
3 *Sent. tit. de furtis*. Hodie tamen testes minime requiri Theophilus asserit. Nec ab re, quando ejusmodi perquisitio per publicas fit personas, quæ omnium testium vicem supplent, *l. omnium Cod. de test.* Magna enim Curia Vicariæ, domos & loca, furti suspecta pervestigari facit, juxta *l. divus ff. de fer. fugit. l. requirendi*, ubi Bart. & Bald. & Additio, *Cod. eod.* Jo: Milleus Bojus in *praxi criminali, ver. Persequendi, fol.* 97. *rubr.* 4. *testis, & ibi additio*, in *verb. tertio*,
4 quæ late distinguit. Etsi nemo, invito domino aliena ingredi possit, *l.* 3. *§.* 1. *ff. de acqu. rer. dom. §. feræ, Inst.*
5 *eodem*. Quod si res furtivæ inveniantur, & dominus loci, earum furem indicare noluerit, vel si malæ fuerit conditionis, torquendus erit, *l. civile, & ibi glos.* in *ver. fuisse, & l.* 2. *Cod. de furt.* Bart. in *l. fin. num.* 5. *ff. de quæst.* Bartholom. de Capua in *Constitution. Pervenit, rubrica, de furt. & latroc. lib.* 3. Paris de Put. in *tract. de syndicatu*, in *ver. Tortura §. viso de inditiis, fol.* 302. Grammat. *cons.* 14. *num.* 9. Hippol. de Marsil. *sing.* 392. Alc. in *tract. de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 29. M. Ant. Blancus in *d. l. fin. ff. de quæst. num.* 416. Et sic limi-
6 tari potest *cons.* Dec. 37. *num.* 9. Et mortuus in domo repertus indicium facit ad torquendos eos, qui in ipsa sunt, *l.* 1. *§. si quis in villa ff. ad Sen. C. Syllan.* vide *Constitution. regni, Si damna clandestina, rubr.* 27. *de homicid. clandest. & ibi* Isern. & Afflict. M. Ant. Blancus in *l. fin. ff. de quæst. num.* 299. Quid autem sit furtum conceptum per lancem, & licium, Doctores longe lateque dissentiunt. Dicunt enim quod perquisituri do- 7
mos furti suspectas, licio transverso cincti ingrediebantur, ex quo *lictores* dicti erant. Qui & *Magistratuum viatores*, vel *cursores* dicuntur; & aliis nominantur nominibus per Cassan. coacervatis, quos hodie *Alguzerios & Speculatores*, vulgus 8
appellat, & inter eos gradus prærogativa servatur. De quibus habetur in *l. ego cum in villa*, & *l. manumissio ff. de manumiss. vind. l. divus, ff. de bon. damnat.* Aul. Gell. *att. noct. lib* 18. *cap.* 3. Bud. in *l. proconsules. ff. de offic. procons.* Cassan. in *consuetud. Burgund. de justices e droit, rub.* 1. §. 6. Car. Sigon. *de antiqu. jur. civ. Rom. lib.* 2. *cap.* 15. Petrus Faber *Semestrium lib.* 2. *cap.* 24. *prope finem*, & perpulchre Ang. Polit. *miscellan. lib. cap.* 98. Scoppa *collectan. lib. pag.* 15. Hieronymus Magius *miscell. lib.* 4. *cap.* 16. Spiegell. & Pardul. Prætejus in *verb. lictores*. Etsi Ambr. in *eodem verbo* ab his dissentiat & nos congruentiori loco scripsimus. Hujus 9
generis homines tenentur ferre baculum, aut quid tale, ut dignoscantur, *l. stigmata, Cod. de fabricens. lib.* 10. *l. plurraliter, C. de aquæduct.* Anell. de Clar. *sing.* 137. Paris de Put. in *tract. de Syndic. ver. Nuntius fol.* 210. Et moris erat ut ii, magistratus præ- 10
irent virgarum fasciculos cum securibus alligatis, portantes. Ac quoties jussi erant, fasces illos solventes, primo virgis cedebant, mox securi fontes feriebant. Ex quo facile putant probari, ultimo supplicio damnatos, prius virgis flagellari solitos. Servius in illud *vi. Æneid.*

Digitized by Google

Tum demum horrisono stridentes cardine, sacræ
Panduntur portæ-----

diligenter ad hoc & ad alia ad idem
11 tendentia. Atqui pœnam in milites fuisse fustes, & vites; in liberos fustes, & virgas; in servos lora & flagella; multa jura, multaque adducit authoritates, temporum tamen discrimine habito, Petrus Fab. *Semest.*
12 *lib.*2. *cap.*6. & *lib.*1. *cap.*17. Inter hos & ii connumerandi veniunt, qui Præfecto prætorio, Candidato principis, sive Sacri Regii Consilii Præsidi, aliisque summis Magistratibus præeundo inserviunt, quos vulgo, *Porterios* nuncupamus, de quibus alibi commodius scripsimus.
13 Lictores igitur, qui rem furto subtractam per alienas domos vestigabant, lancem ante oculos ferebant ne à mulieribus viderentur. Quod si perquisitum furtum conciperent, idest invenirent, furtum illud, conceptum per lancem & licium appellari dicunt. Alii dixere, id fuisse furtum conceptum per lancem, & licium, quod perpetrabatur ab iis, qui furandi causa, se lictores fingebant, cum revera non essent: & ingressi alienas domos prætextu perquirendæ rei alicujus furtivæ, ipsi in ipsis domibus furabantur: & hos puniendos fuisse ac si in manifesto comprehensi fuissent furto, Alexand. ab Alex. *gen. dier. lib.* 6. *cap.*10. Alc. *pareg. jur. civil. lib.*5. *cap.*8. Franc. Duar. in *tit. de furt. cap.*2. Hotom. Ferr. & politiores cæteri in §. *conceptum*, *Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* Franc. Baldu. in *d. l. xii. tab.* quem ad verbum refert Tiraq. in *citato loco* Alexand. ab Alex. Hos autem ridendos putarem nisi Platonis authoritate suffulcirentur, qui *lib. de legib.*12. ait, facultatem habuisse dominos rei furtivæ, alienas ingredi domos ad perquirendam rem suam, ἢ γυμνοὺς ἢ χιτωνίσκον ἔχοντας ἀζώστους, idest vel nudos, vel tuniculam habentes, discinctos. Ubi quod Plato χιτωνίσκον dixit, & nos tuniculam vel subuculam interpretati sumus, interpretes legum xii. tab. *licium* vertere. Erat autem hujusmodi perquirentibus, eundum vel nude vel saltem cum subucula discincta, ne colore pervestigandæ rei suæ, res domini domus furarentur. Lanx autem erat illis ferenda præ vultu tunc tandem, cum pervestigata re furtiva in omnibus domus partibus, nec inventa, in interiores domos ingredi vellent, ubi mulieres morabantur. Et id ne à mulieribus videretur; 14
quandoquidem nefas erat illis, alienos cernere viros, quemadmodum etiam jure civili aspici prohibentur; naturalis enim pudor, non omnibus perperam se manifestare concedit, *l.*1. *optimam*, *C. de contr. & committ. stipulat. l. si quis liberum*, *ff. de probat.* Qua etiam ratione nec postulare 15
possunt, ut in Calphurnia, quæ causam edicto dedit, statutum est: ne contra pudicitiam sexui congruentem, alienis causis se immiscent, ne virilibus officiis fungantur mulieres, *l.*1. §. *secundo loco*, *ff. de postulan. l. fœminis*, *ff. de procurat. l.*1. *Cod. de neg. gest. l. maritus*, *Cod. de procurat.* Gl. in §. *consequens*, *Inst. de suspect. tutor.* Valer. Max. *lib.*1. *cap.*3. And. Tiraqu. *de legib. conn. gl.*1. *num.*83.
Et in tantum est verum ut fœminæ 16
non admittantur in Republica ad functionem virilium officiorum, ut Deus ad populorum pœnam det effœminatos

Digitized by Google

minatos dominatores, *Esai.* 3. & Præ-
17 tej. in suo *Juris thesauro* refert. Et Magistratus in suas provincias absque fœminis proficisci monentur,
18 *l. observare, ff. de offic. proconf.* Cujus etiam pudicitiæ ratione, in publicum carcerem conjici non possunt; sed ad ejus vicem, vel in monasterio quopiam Monialium, vel in circum-
19 specta recluduntur domo, *Aut. sed novo jure, Cod. de custod. reor.* In causis etiam criminalibus, per procuratorem in judiciis esse possunt, quod maribus haud est concessum, *l.* 1. §. 1. *ff. de publ. jud.* Glos. & Doct. in §. *consequens, Inst. de Insp. tut.* Quin & de jure Regni plurimum ipsis in-
20 dulgetur. Siquidem in liquidandis, à muliere instrumentis (quod fieri debet curia sedente pro tribunali ac actore præsente) actus fit in aliqua Ecclesia prope Magnam Cur. Vic. & ut plurimum, in templo D. Tho-
21 mæ. Non enim debent se in publicis præsentare conspectibus, quemadmodum nec per civitatem vagari, *cap. mulieres, de jud.* in 6. Et in
22 *Constit. Mulieres* cavetur ne Magistratus aures præbeant mulieribus, nec domi, nec in foro; nisi tanta rerum, & personarum inopia laborent, ut ipsas, sui procuratri-
23 ces esse necesse sit. Imo & sacri Canones, satis hanc eandem pudicitiam faciunt, quando ad absolutionem, à Sum. Pontifice petendam, non compelluntur, ut mares, inspecto itinerum periculo, sed ipsis aliter providetur, *cap. proficisci, cap. de monialibus, & cap. quamvis, extra de sent. excomm.* Apostolus quoque præcipit velari in ecclesiis capita fœminarum propter Angelos, D. Hieronym. in *Homil. in Matthæum lib.* 3. Ob quam eandem honestatem ipsis 24 non licet corpora ferre ad sepeliendum, ne cogantur membra sua ad lasciviam incitantia denudare, secundum allegata per Jo: de Selva in *tract. de benefic. quæst.* 5. *nu.* 129. Et Tri- 25 dentino Concilio jussum est, mulieres in ecclesiis, ab hominibus remotas, divinis interesse officiis, ne invicem videantur. Ad cujus observa- 26 tionem, Synodalibus Neap. Ecclesiæ constitutionibus decretum est, ne mulieres intra Chorum, seu Cancellos admittantur; neve Sacerdotibus à fœminis etiam Sanctimonialibus mi- 27 nistretur, & ne quicquam quamvis honestum & sanctum, cum organo vel sine, à quacunque mulierecula cantari ullatenus permittatur. In annalibus etiam visitationum libris, aperte præcipitur Curatis omnibus, ut quam commode fieri possit, præsertim in concionibus audiendis, mulieres à maribus segregentur, quod passim, interpositis inter utrosque linteis aut simile quodpiam, observari videmus. Quarum sanctionum custodiæ optimo principi semper invigilandum esset. Utcunque sit doctissimos hos viros præteriit hujusmodi fures, falsi pœna plectendos fuisse, cum publicam fingerent personam, & sic pro alio se gererent, *l. eos, §. fin. ff. de pœn.* Aret. in §. *sed etsi, Inst. de mili. test.* Dec. in *cap.* 28 *tertio loco, nu.* 21. *& seq. de probat.* Duplici igitur pœna puniri jussum esset; licet actus distinguantur ex hominum voluntate, prout contractus, nuptiæ, judicia, testamenta, fideicommissa, & id genus alia docent: de quibus in *l. non omnis, ff. si cert. pet. l. nuptias, ff. de reg. jur. l.* 2. *ff. de judic. l.* 3. *ff. de reb. dub. l. voluntas*

Digitized by Google

29 *Cod. de fideicomm.* Unde & etiam delicta, voluntate & proposito separantur, *l. verum & l. qui injuriæ, ff. de furt.*

30 Sed tantum furandi animum habuit, ergo id quod præcipue agere intendit, considerari videtur, & per jura allegata, & per *l. si quis nec causam, ff. si cert. pet.* & late per Tiraqu. *de retract. §. 30. glos. 1. n. 4. & ad omnia Glos. paris. de mat. feud. §. 30. n. 151.* & §. 8. *Glos. 3. num. 30.* in *tract. de usur. nu. 184. de divid. & individ. num. 17.* Dec. in *cap. præterea, de off. deleg.* Et ad textum in *l. qui saccum, ff. de furt.* solutio datur per Alber. in *d. l. verum*, & Ang. in *d. l. qui saccum*; quæ tamen non omnino tutæ sunt. Ego ab authoritate & opinione tantorum patrum, præsertim in re tam ambigua, recedendum minime censeo. Attamen si conjectari licet, rem breviter declarabo, & *l. XII. tab.* alio sensu veniet interpretanda. Quod commodius fecero, si quid lanx, quid-

31 ve sit licium, prius ostendero. Est igitur lanx vas rotundum, haud satis excavatum, mensæque deservit, *l. si quid, §. qui lancem, ff. de furt. l. rogasti, ff. si cert. pet. l. qui lancem, l. cum aurum, §. fin. ff. de aur. & argen. leg.* Ad cujus escarii vasis instar, lances in libra sunt duo vascula, quorum in altero, pondus; in altero res pon-

32 deranda imponitur. Unde hujusmodi libræ *bilances* etiam dicuntur, quod binas habeant lances. Hinc tritum adagium illud: *Æqua lance*, idest juste, æque, *l. non tantum, ff. de re jud. l. cum quis Cod. de nat. lib. l. maximum vitium Cod. de lib. præter. l. cum quæstio, circa fin. Cod. de leg. l. generaliter §. sint autem Cod. de jurejur. l. 2. Cod. de ponderat. & auri illator. lib. 10.* Ubi Lucas de Penna intelligit lancem pro hasta libræ, quæ amentum, seu ligamen in medio habet: & dicit æqua lance, quia æqualiter amento vibratur. Cic. in *v. de finibus*. Et ad hanc æquitatem no- 33
tandam, Justitiæ simulachrum bilances vibrans effingitur, *cap. 1. de re jud. in 6. 24. q. 1. can. non offeramus 45. distinct. can. omnis 50. distinct. can. ponderetur: in Auth. de non elig. sec. nub. mul. §. fin. coll. 1.* Pers. *sat. 4.*

Scis etenim justum gemina suspendere lance.

Licium vero, sunt fila, quibus 34
in texendis telis textores implicant stamina; unde & pro ipsis staminibus sumuntur: quæ à stando dici putantur, eo quod non moveantur, *l. 1. Cod. de vest. holober. & aur. l. 11.* Plin. *hist. nat. lib. 8. c. 38.* Est igitur licium stamina illa, sive funiculi, quibus bilances appenduntur. Qui ergo vendendo, aliquid fraudis, vel in lance, vel in licio commiserit, quo in ponderando citius justo descendat, dubio procul furtum committit. Quod si id furtum concipitur, idest 35
invenitur, furtum conceptum per lancem & licium dici puto: & hoc modo *l. 12. tab.* intelligendam opinor. Neque is sensus eo extraneus videri debet, ut titulo *de furtis* coaptari non possit. Quandoquidem illi suffragium præstat, *l. si quis §. si majora, eo. titulo.* Ubi hæc leguntur verba: *Si majora quis tibi pondera commodavit cum emeres ad pondus, furti eum teneri venditori, Mela scribit: te quoque si scivisti; non enim ex voluntate venditoris accipis, cum erret in pondere.* Ex quibus est videre com- 36
mitti furtum in ponderibus, ergo & in lance, & in licio. Videtur id, in Cetariis, in Cupedinariis, & cæ-

teris

Digitized by Google

teris ejuſmodi venditoribus, qui ut plurimum vel nodo facto aut aliquo tali, in licio, quod lancem rerum ponderandarum ſuſtinet; vel aliquo adjecto in ipſa lance, graviorem reddit altera, & ſic juſto carius vendit, & ſic furtum per lancem & licium committit. Nec obſtat quod ad *titulum de falſis* videri poterit pertinere, *l.1. ff. de falſ.* & Caſſan. in *Conſ. Burgun.* quandoquidem notum eſt, multis pœnis poſſe unicum vendicari delictum, ſecundum diverſa accidentia, *l.ſi quis forte*, *l.aut facta*
37 §.1.*ff.de pœn.* De hoc furto cognoſcunt ipſi Magiſtri Rationales Siclæ, non autem Decuriones, ideſt ii qui cor-
38 rupte vulgo *Catapanes* dicuntur, à græcis dictionibus κὰτὰ πάντες, eo quod ſint ſuper omnes, vel quod omnium vices præſeferant. Niſi mavis deducere à κὰτὰ πάντων, ſcilicet, quod pro univerſitate ſint. Hi enim tantum pœnam exigunt ſi pluris venditum fuerit, quam per ipſos ſtatutum erat. Furtum igitur conceptum per lancem & licium, ſicut manifeſtum furtum vindicatur, ideſt punitur.
39 Eſt autem furtum manifeſtum, quod vel deprehenditur dum fit, vel priusquam eo deferatur, quo fur deſignaverat. Nec refert an à domino rei furtivæ, an ab alio deprehendatur, *l.2. &* 3. & *l. ſi quis in ſervitate*, *ff. de furt.*
40 Aul. Gell. *noct.att. lib.*11. *cap.*18. Et qui eo modo cum furto deprehenditur, *fur manifeſtus* appellatur. Hoc furtum, in quadruplum punitur, ideſt quadruplo plus dare condemnabitur fur. Idque pœnæ tantum perſecutionem reſpicit; quandoquidem dominus rei poterit rem ipſam vel vindicare, vel condicere, *l.ſi pro fure*, *ff.de condict.furt.Inſt.de oblig. quæ ex deli.§.pœna*, & *de act.* §.*ex maleficiis*, §.*dupli*, & §.*quadrupli*, *l.in furti actione*, *ff. de furtis*. Et ſic etiam furtum per lancem & licium punitur. Huc nos divagari fecit Ædis monetæ, tam hujus civitatis, quam Romanæ, recordatio: quam Romæ quidem in æde Saturni, hic vero in Caſtro D. Georgii ad forum fuiſſe dicebamus. At ubi hæc expedivimus, eo- 41
dem revocamur. In eadem igitur Aede Saturni, ſive apud Præfectos ærarii Saturni, natalium profeſſio fiebat; ideſt parentes, filios ſibi natos, in tertium, vel ut alii, in trigeſimum diem impoſito nomine profitebantur; hoc eſt publice apud acta, ultrò denunciabant: quod vulgo, *inſinuare*, appellari ait Budæus. Ejus rei M. Antoninum Pium authorem facit Jul. Capitol. Ex quo, quoniam adjecto die, & Conſulibus fiebat, facillime ætas ex profeſſione probari poterat. Et eo ſenſu ſunt intelligendæ *l. fin.* §. 1. *l.etiam*, *l. de ætate* & univerſus titulus *ff. de probation.* & *l.*1. *Cod.ſi min. ſe maj. dix.* Juven. *Satyr.*9.

Tollis enim, & libris actorum ſpargere gaudes
Argumenta viri----

Servius in illud *Georg.*2. id exponit.

-------aut populi tabularia vidit.

Bud. *d.l.cum de ætate*, Alex. ab Alex. *Gen. dier. lib.* 2. *cap.*2. & *ibi* Tiraq. Fran. Duar. in *d. l.*1. *ſi min. ſe maj. dixer.* Ubi aſſerit hujuſmodi profeſ- 42
ſionem hodie fieri, cum pueri ſacro baptiſmate abluuntur. Quo referri poteſt regia in hoc regno *Pragmatica*, quæ eſt ſub *tit. de parochis*; qua locorum Præſules hortantur, ut ab eccleſiarum miniſtris, quos *Parochianos*

nos appellant, librum de pueris ba-
34 ptizandis confici curent. Quod in præsenti servatur, & multum est Fisco profituum ad delinquentium præcipue ætates convincendas, & ad immunitates Neapolitanorum fruendas. Est & aliud professionis genus, quod fit cum subditorum capita in censum referuntur, quæ vulgo, *Numeratio focorum* appellatur: de qua habetur in *sacro Evang. secundum Luc. cap.2. l.nec omissa*, & *l. parentes Cod.de lib. con.* Præterea dicuntur profiteri merces, & is actus *professio* appellatur, cum apud publicanos eas insinuamus tributi exolvendi causa, quod vulgo, *revelare* dicimus; habetur de hac professione in *l fin.§.divus*, & *§.si quis professus*, *ff. de public. l.3. Cod.de vectigal.*

ADNOTATIONES

Ad *num.14. Jure civili aspici prohibentur.*

Ad reprimendam mulierum vesaniam, & lævitatem leges fere semper occurrere, in tantum ut vestium etiam valorem illis præscripserint: lege enim Oppia sancitum fuit ne superfluo uterentur ornatu Romanæ mulieres, neve plus uncia in auribus appenderent, neve pilentis veherentur: quod Pomp.Læt.refert in *lib.de legib.Rom.* Erat autem Pilentum vehiculi genus ita compactum & libratum ut considentes in pulvinis in aere suspensæ agitari viderentur: res sane turpis ac ab honestate romana absona; de quo Varro *de ling.lat.* Servius in illud *Virg.*8. *Æneid.*

------Castæ ducebant sacra per urbem,
Pilentis matres in mollibus-------

Coras. *miscellan. lib.3.cap.*20. Huc etiam respexerunt Romani in legib.XII. tab.cum nocturna sacrificia mulieribus inhibuerunt:quippe quod eo tempore magna daretur occasio peccandi; quod & nostræ religioni est receptum: prius enim in natalibus sanctorum noctu in templis vigilare solebant, postea honestatis causa sublatum: quod testatur Bapt.Mant. in *Febr.* his versibus:

Id quoque, nam scitu locus est dignissimus addam,
Quod nostri in templis atavi vigilare solebant
Excubiasque pati, solennia mane sequenti
Festa recepturi: morem nova sustulit ætas;
Nam quia nox sceleri solet esse occasio, & illud
Observant qui furta volunt committere tempus,
Jejunare diem visum est sapientius illam,
Quæ præit & clauso noctem dormire cubili.

Parthis autem mulierum pudicitia tantum erat prospecta, ut nedum uxores, verum & cuncubinas aliter exire permitterent quam opertis capitibus & velatis vehiculis, ad quæ nemini prope accedere licebat: Apud Sabæos vero eo restrictionis habebantur, ut extra domos & regias exire licitum non esset: si secus facerent, cuique de populo lapidibus illas obruere jus erat: quod refert Alexand.ab Alex. *gen.dier.lib.4. cap.23.* & *lib.5.cap.24.*

cu-

Digitized by Google

cujus etiam honestatis causa, omni sunt negotiatione interdictæ, etiam si lucri spe fieret, *l.pen. ff.de eden. l.fœminæ ff.de reg. jur.* imo quicquid lucri faciant licet honesta via, in ipsis, turpis dicitur quæstus, & quicquid habent, à viris habere censentur, *l.Quintus, ff.de donat. int.vir.& uxor.* Unde lanificio tantum sese addicere debent, aliisque mulieribus muniis, ut per Coras. *miscell. lib.3. cap.5.* quod in Regno Chinæ omnino observari ait, Jo: Botesrus *lib.4. cap.de pauper. de rat.stat.* Sed & Jo: Gonzales exactissimam curam adhiberi ait educationi mulierum in dicto Regno,cujus cujus sint qualitatis dignitatisve,quo muliebrem semper honestatem servent. Quare autem major in fœmina quam in viro requiratur castitas,docet Goffr.in *summa,de bigam. num.3.* Quam ob causam Sanctiss. Pontifex ad preces Deo effundendas statis quibusdam diebus, quas idcirco *Stationes* nominant, alias ecclesias statuit mulieribus, alias hominibus: cujus exemplo, quod pro jussu haberi debet, cœnobitarum plerique in suis ecclesiis, mulieribus, quo ab hominibus sint secretæ propria constituerunt loca; quinimo ob solam mulierum licentiam Imperatores populo invisos fuisse legimus: quod de Heliogabalo, qui matrem in Senatum introduxit, refert Lamprid. in ejus *vita*; contra vero ob repressam illarum audaciam populi gratiam ferventiorem in se feciisse, alios novimus, ut de Tiberio item cum matre narrat Xiphil.ex *Dione*: & militum corruptio mulierum sunt commercia,ut habes ex Jo:Botero *lib.9.* in *rubr.de disciplina*. Ne tamen hæc in sexus adeo digni indecorum dicta videantur, illud hic recensere ab re non est, quod mulierum merita, ex factis memorandis omnino obnoxiam habent omnium virorum salutationem atque reverentiam, qua de re vide late Cass. in *cat. 2. par. consid.37.* quod cum Gulielmo de Benedict. in *cap.Rainutius, verbo in eo, de testam.* latius dicemus *infra* in interpretatione sanctionis vestium, & latissime Tiraq. *de ll. connubialib. in 11. lege.*

SUMMARIUM

CAP. X.

1 *Castoris & Pollucis templum ubi fuerit Neapoli, & à quo constructum.*

2 *Pelagonia regio in Sicilia.*

3 *Accentus neglecti in majorib. litteris apud Græcos difficultatem pariunt.*

4 *Castor & Pollux Mari præsunt*, & num.6.

5 *Castor & Pollux cujus fuerint filii & ubi nati.*

6 *Castor & Pollux in stellas conversi, & Gemini appellati.*

7 *Castor & Pollux quomodo pingantur.*

8 *Simulachra votiva reddi solita Castori & Polluci, cujus fuerint figuræ.*

9 *Castor & Pollux equestri cursui & pugilatui præerant.*

10 *Castor & Pollux Pirrhichæ artis inventores, quæ* Scrimia *vulgo dicitur.*
Pyrrhicha quæ sit. Eodem.

11 *Pyrrhicha unde dicta, & ad quid inventa.*

12 *Theatra Castori & Polluci dicata.*

Thea-

Theatra quare ovali forma fiant. Eodem.

Pollux ex ovo natus. Eodem.

13 *Templum Castoris & Pollucis in DD. Petri & Pauli commutatum.*

14 *Balivæ Tribunal in Templo D. Pauli olim exercebatur, unde adhuc Curia D. Pauli dicitur.*

15 *Nomen retinetur etiam facta translatione exercitii.*

16 *Balivi insulsæ dicuntur bajuli.*

17 *Bajulus unde deducatur, & quis proprie sit.*

18 *Bastasi nomen unde derivet.*

19 *Balivus vox gallica est, & quid significet.*

20 *Balivi apud Gallos de civilibus & criminalibus causis agunt.*

21 *Balivæ judices, equites Neapolitani esse debent.*

22 *Balivi sunt sub ordine Magistrorum Rationalium Siclæ.*

Ex Balivorum decretis, ad Magistros Rationales Siclæ appellatur. Ibid.

23 *Magna Curia Vicariæ quare non in medio Civit. posita, disquiritur.*

24 *Carcer debet esse remotus à privatis domibus.*

25 *Prope mœnia inconsulto Principe fabricari non licet, ad evitanda incendia.*

26 *Circa portas & muros Civitatis disponi debet publica familia ad custodiam.*

27 *Aer ne contaminetur, provideri debet.*

28 *Damnati ad ultimum supplicium deducendi sunt unde ab omnibus videri possint.*

29 *Pœna datur ad exemplum aliorum.*

30 *Damnatus quare punitur in loco delicti.*

Damnatorum corpora puniuntur ubi aspici possint, quo cæteri terreantur aspectu. Ibidem.

Theatra sive Sedilia universam repræsentant Civitatem. Ibidem.

31 *Civitas sequens civibus undequaque esse debet.*

32 *Palatium proregale quare ædificatum prope mare & arcem.*

33 *Princeps tenetur itinera tuta reddere.*

34 *Forum litigantibus commodum esse debet.*

35 *Petrus Toletus Neap. prorex Tribunalia univit.*

36 *Mag. Cur. Vicariæ olim erat arx.*

37 *Petrus Toletus Magistratus una habitaturos congregare intendebat.*

38 *Civitas ne deformetur, præses curare debet.*

39 *Publica utilitas, privatæ præferenda est.*

40 *Petrus Toletus eques Sedilis Montaneæ fuit, & ejus familia adhuc est.*

41 *Incommoditas multa facit licita, quæ alias non licerent.*

42 *Columna marmorea ubi fit actus cessionis bonorum, ante Mag. Cur. sita est.*

Mos cedendi bonis. Ibid.

43 *Romæ locus ad decoctores constitutus.*

44 *Beneficium cessionis bonorum, quare indultum fuit.*

45 *Mos cedendi bonis apud antiquos Romanos.*

Catamidiare quid sit. Ibidem.

46 *Cessio bonorum olim derectis posterioribus pudendis fiebat Neap.*

47 De-

Digitized by Google

47 *Debitores non solvendo, addicebantur servituti creditoris, aut si plures essent creditores, illis dilacerandos dabatur, ex l. 12. tab.*

48 *Creditor tenetur erogare impensas debitori pauperi in vinculis detento.*

49 *Qui bonis cedunt pileum signatum ferre debent.*
Latrunculi furti damnati, igniito ferro signantur, ibidem.

50 *Famosæ personæ signandæ sunt ad publicam utilitatem.*

1 IN eadem regione Decuriæ montanæ, sive Sedilia Montaneæ ut vocant, templum à Tiberio Tarso, Augusti liberto, Castori, & Polluci constructum fuit. Cujus majestatis reliquias adhuc servant ingentes columnæ marmoreæ, græcam inscriptionem, constructoris indicem, sustinentes, quæ sic se habet: ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΤΑΡΣΟΣ ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΣ ΚΑΙ ΤΗΙ ΠΟΛΕΙΝΑΟΝ ΚΑΙ ΤΑ ΕΝ ΤΩΙ ΝΑΩΙ ΠΕΛΑΓΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΑΠΕΛΕΥΤΕΡΟΣ ΚΑΙ ΕΠΙΤΡΟΠΟΣ ΣΥΝΤΕΛΕΣΑΣ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΚΑΘΙΕΡΩΣΕΝ. Et communiter huc usque hoc modo interpretatur: TIBERIUS JULIUS TARSUS JOVIS FILIIS, ET CIVITATI TEMPLUM, ET QUÆ SUNT IN TEMPLO PELAGORUM AUGUSTI LIBERTUS, ET PROCURATOR, EX PROPRIIS CONDIDIT, ET CONSECRAVIT. Faciunt itaque per hujusmodi interpretationem, hunc Tiberium Tarsum, pelagorum Augusti, ideſt Marium Augusti procuratorem; ac si ei assimilaveris, qui hodie *magnus maris Admiratus* dicitur. Sunt tamen qui perperam eo modo intelligi contendant, & dictionem ΠΕΛΑΓΩΝ, non esse genitivum à nomine πέλαγος, ideſt mare; sed nominativum deductum à πελαγωνία, ut sit Pelagon, incola Pelagoniæ, vel ex Pelagonia oriundus. 2 Est autem Pelagonia Stephano in *lib. de urb.* regio Siciliæ, cujus gentiles Pelagonæos, *incolas Pelagones* appellari dicit. Eam igitur dictionem, patriam Tiberii Tarsi notare ajunt, non mare; idque ratione suffulciunt. Ajunt enim sermonis structuram haud recte se haberi si Marium interpretabitur ΠΕΛΑΓΩΝ; sed hoc potius modo struendum fuisse: *Tib. Tarsus*, &c. *Aug. Libertus & pelagorum procurator.* Vel saltem sic: *Pelagorum Aug. procurator*, non *pelagorum Augusti libertus & procurator*. Id negotium fecit usus non affigendi accentus in scripturis, majoribus notatis elementis: quandoquidem si minoribus esset inscriptum, utique ex ipso accentu dignosceretur an mare, an populum notaret. Nam si, Marium, Πελαγῶν circumflexe; si populum, Πελάγων penacute scriberetur. Nos quid certi statuamus in re tam ambigua, haud sane affirmare audemus. Inde tamē ad credendum inducimur, pro *marium*, interpretandum esse, quod *Dioscuris*; 4 ideſt: Castori & Polluci fuit templum consecratum. Sane quidem Castor & Pollux mari præesse creduntur. Unde Homerus in altero *ad Dioscuros hymno* τὼ νεῶν σωτῆρε, ideſt *navium servatores* vel *salvatores* ipsos appellat. Licet Orphæus, simpliciter *servatores* nominet. Vero igitur est simile, maris Præfectum iis numinibus fanum erexisse, quia navigatio-

Digitized by Google

nes, tutas reddere posse credebat. Etsi hæc eadem conjectura, pro altera opinione adhuc facere posset. Cum enim idem sit Pelagon, ac Siculus; cumque Sicilia sit insula, unde ab ipsa egredientibus necessario sit per mare iter faciendum: credi potest, Procuratorem Augusti subinde iviſſe ac rediiſſe, & inter navigandum Castorem & Pollucem invocasse, sospitemque tandem, vota, constructo templo, exolviſſe. Idque innuere videntur hæc inscriptionis verba, καὶ τὰ ἐν τῷ νάῳ, ideſt: & quæ in templo sunt; puta, donaria votiva. Fuerunt autem Castor & Pollux, Jovis ex Leda, filii, ad Taygetum, Laconiæ montem geniti: ut Hom. in
5 *præcitato carmine* dicit. De quibus in hæc verba scripsit Phavorinus: Διόσκουροι ἐν τῇ Λακωνικῇ τραφέντες ἐπφάνειαν ἔσχον. Φιλαδελφία γὰρ ὑπερέσχηκαν πάντες. Οὔτε γὰρ περὶ ἀρχῆς οὔτε περὶ ἀπιστοὺς ἤλεσαν. Μνήμην δ' αὐτῶν Ζεὺς θέλων βουλόμενος τῆς κοινότητος Διδύμους ἐποιήσας, εἰς τὸ αὐτὸ ἀμφοτέρους ἀστροις ἐν τοῖς ἄστροις; ideſt:
6 *Castor & Pollux in Laconia nutriti, claruerunt, fraternaque benevolentia, omnes excesſere. Neque enim de primatu, neque alio quopiam contenderunt. Unde volens Juppiter, eorum societatis memoriam agere, ambos in astris simul posuit, ac Geminos appellavit.* Et paulo inferius: Διόσκουροι ἀστέρες οἱ τοῖς ναυτιλλομένοις φερόμενοι; ideſt: *Castor & Pollux, stellæ quæ navigantibus apparent.* Hoc affirmat & Lucianus in *Navigio*. Eorum forma describitur ab Ælian, ut refert Suidas., hoc modo: Καὶ μὲν τοι καὶ Διοσκούρων ἦν ἀγάλματα δύο. νεανίαι μεγάλοι γυμνοὶ τὰς παρειὰς ἐπάνθεροι. ὅμοιοι τὸ εἶδος καὶ χλαμύδας ἔχοντες ἀπὸ τῶν ὤμων ἐφημμένην ἑκατέραν καὶ ξίφη ἐφέροντ' ἐπὶ χλαμύδων ἐκπεπλεγμένας καὶ λογχάς εἶχον παρεσώσας ἐν αἷς ἐρείδοντο ὁ μὲν τῇ δεξιᾷ ὁ δὲ τῇ λαιᾷ, ideſt: *Atque etiam erant* 7
Castoris, & Pollucis ſtatuæ duæ: adoleſcentes prægrandes, imberbes ambo, forma ſimiles, chlamydes ſuper humeros hinc inde alligati: enſeſque ferebant ex chlamydibus pendentes, haſtis paratis, quibus innitebantur: unus quidem ad dextram, alter autem ad lævam. Catullus & Festus, pileatos etiam faciunt. Plutarchus in eo quod de *Fraterna benevolentia* inscripsit, *opuſculo*, testatur solitos fuisse Spartiatas dedicare Castori & Polluci, simulachra duo- 8
bus lignis parallelis compacta, duobus allis itidem parallelis ex transverso positis, ita ut invicem intersecarentur, ad significandum eorum, indiviſibilem amorem, hoc modo: ⧓ Hi & equestri cursui, & pugillatui ⧔ præfuisse credebantur. Unde Hom. *inſeſſores equorum* ipsos appellat. Alii vero alterum equo, alterum pugnis excelluisse credidere: quod & Horatius asserit in *prima carm. lib.* cum ait: 9

Dicam & Alcidem, puerosque
Ledæ
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem; quorum simul alba
nautis
Stella refulſit.

Sunt & qui Pyrrhicham ab his ipsis inadinventam ferant, ut ait Scaliger poet. *lib.* 1. cap. 17. Est autem Pyrrhycha, ars gesticulandi armate, quæ à Fl. Veg. *lib. de re milit.* 1. *cap.* 13. Armatura, & vulgo *Scrimia* dicitur. Unde *Pyrricharii*, qui armate saltant

& ge-

Digitized by Google

& gesticulantur, vulgo *Scrimitores*, de quibus in *l. aut damnum ff. de pœn.*
11 Bud. in *dictam l.* & in *l. athletas ff. de iis qui not. inf.* Et dicta est *Pyrrhicha*, à *Pyrrhicho*, ejus artis egregio judice, ut ait Julius Pollux *lib. 4. onomast.* licet Plin. *lib. 7. cap. 56.* à *Pyrrho* dici malit, à quo adinventam ait in Creta ad exercendos milites. Plato in *2. de legib.* eam valde commendat,
12 & graphice describit. Ex his inferunt Theatra locaque ejusmodi lusibus destinata, ipsis esse dicata. Imo & amphitheatra, ideo ovali forma facta fuisse, quod his diis pugilibus dicata essent; quorum Pollux ex ovo natus fertur. Vide Greg. Gyral. *de Deis Gent. Syntag. 5.* At de his hactenus.
13 Templum id de quo loquimur, Divis Petro & Paulo postea sacrum sanctiore cultu ampliatum, & instauratum fuit, ac ministerio venerabilissimorum Patrum Paulinorum assignatum.
14 Ibi Tribunal Balivæ à suo principio, quod antiquissimum fuit, exercebatur, quod mutuato sibi à templo nomine, *Tribunal D. Pauli* dicebatur. Et licet postea in palatium Magnæ Curiæ Vicariæ translatum fuerit, nomen tamen retinuit prout adhuc retinet, & *Curia Sancti Pauli* dicitur.
15 Quod quidem jus retinendi nominis, à jure tribuitur, prout jubetur in *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, il pr. ut lite pendente: cap. quia monasterium extra de religios. domib. cap. & temporis 16. quæst. 1. cap. 3.* & *ibi gl. extr. de jur. patron.* Gl. in *cap. privilegium de reg. jur. in 6.* & facit text. in *l. sicut municipium §. decuriones ff. quod cujusque univer. l. eadem ff. de contr. empt.* Innoc. in *cap. cum ex injuncto, de nov. op. nunt.* Afflict. in *dec. 392. num. 5.* Id tamen in primis annotarim, ut ejus nominis sciatur origo, juxta text. in *l. 1. ff. de just. & jur. l. 1. ff. de orig. jur.* Balivos, satis inscie dici *Bajulos* tam in *pragmaticis* 16
& litibus, quam à frequentissimo pragmaticorum vulgo. *Bajulus* enim 17
à *bajalando* deducitur. *Bajulare* autem est suo corpore ferre, *l. ferri ff. de verb. sign.* Est igitur Bajulus qui aliquid super humeros bajulat, quem græci Βαστάζοντα dicunt, unde vulgo apud nos *Bastasi* nomen derivatum est. Et *Bastagarii* qui ne- 18
cessaria militibus portant, Alciatus *Cod. de metall. lib. 12.* Licet Gell. *att. noct. lib. 5. cap. 3.* eos tantum appellari *Bajulos* proprie dicit, qui pacta mercede aliquid bajulant, cujusmodi sunt, quos dixi, vulgo dici *Bastasos*. Itaque *Balivi*, 19
non *Bajuli* sunt dicendi. Est autem Balivus vox gallica (ipsi *Baillif* proferunt) & idem sonat ac Præpositus, Gl. in *cap. 1. §. potestas de pan.* in *Clement. vulgare provincialium, cap. dilecto de sent. excomm. in 6.* Et Pardul. Præt. Balivos apud Gallos, de utrisque causis capitalibus, scilicet, & ci- 20
vilibus cognoscere dicit. Albericus autem ait, hoc nomine significari Justitiarios, locorum Rectores, Judicesque temporales & seculares, quod rite probatur in *cap. quoniam de immun. eccl. in 6.* Simile est autem veri, fuisse id nomen huic tribunali à Gallis inditum, cum hoc potirentur regno, mansisseque postea, Gallorum sopito dominio. In quo quidem 21
tribunali jus dicunt quinque Equites Neapolitani, ex singulis, scilicet, Sessionibus singuli. Quod cautum est in *pragmatica sanctione, de officio Bajulorum*. Pro cujus observantia, regiæ leguntur jussiones in *const. Ba-*

Digitized by Google

julos omnes, & in *Ritib. Magnæ Curiæ Vicariæ*. Quid vero cognoscant Balivi, habetur in jam *citatis jurib.* & in *tit. de animalib. inventis in damno*. Sunt tamen ipsi sub ordine Magistrorum Siclæ Rationalium; ex Balivorum enim decretis, ad istos fit provocatio. Huc usuvenit quod altero, ab hoc, capite dixisse deberem, cum alias Tribunalium unionem attigi; quare, scilicet, maximum Tribunal hoc, quo hæc Civitas illustrissima redditur, in urbis angulum, & quasi extra mœnia rejectum sit; & non potius in urbe media, constructum, ubi construi debuisse videtur? Licet enim id inconsulte factum, primo intuitu videri poterit; subtilius tamen consideranti, consultissime apparebit. Etenim omni jure constituendum fuit ubi erectum est, ut undequaque esset à privatorum habitationibus multis passibus semotum; ne qui in carcere detinentur, aliqua subterranea excogitarent machinamenta ad aufugiendum per privatas domos. Quod si prope mœnia, absque jussu Principis, domum habere privato homini non licet, ad evitanda incendia & insidias, *l. fin ff. ne quid in loco sacro, l. sacra §. fin. ff. de rer. divis. §. sacræ, Inst. eod.* & utrobique DD. *l. ædificia Cod. de operib. publ.* & extat de hac re *pragmatica sanctio*; unde ad eorum custodiam fiebant nocturnæ excubiæ, *l. 1. ff. de off. præfecti vigil.* multo minus & prope publicum carcerem, ubi majus imminet periculum. Eoque magis, quod ibi servantur scripturæ, ut alias diximus, patrimonii Regis indices. Et cum circa portas & muros Civitatis dispositæ sit, ad custodiendum, publica familia, juxta antiquum Romanorum usum, *d. l. 1. ff. de off. præf. vigil.* optime statutum fuit ad publicam portam, quo si opus foret, familia ad auxilium evocari posset. Et ne caliginosus ac squallidus, & pene concretus carceris aer, ob detentorum multitudinem, vicinas infestaret partes, unde postea per contactum, universa contaminaretur Civitas: quod advertendum erat, cum publicæ salutis, & securitatis interest, *l. de pupillo §. si quis rivos ff. de novi oper. nunciat.* & Ripa in *tract. de peste, per totum*. Hinc est quod ejusmodi tribunalia, extra urbes posita leguntur, ut Areopagus Athenis. Et cum inde deducantur damnati ad ultimum supplicium, ibi fuit construendum, unde commode per universam urbem absque itineris repetitione, iri posset, prout *in præsenti* fit, ut ab omnibus videantur. Sane enim pœna, dum uni infligitur aliis est exemplo, *l. si quis forte §. si quos, l. aut facta, in fin. l. si pœna l. si quis aliquid §. qui abortionis, ff. de pœn.* Ob quod etiam constitutum est, ut capite damnatus ibi mulctetur, dum commode fieri poterit, ubi facinus perpetravit: ejusque corpus aut integrum, aut in frustra discerptum, ibidem affigatur, aut saltem ubi ab aliis delinqui solitum est; aut ad extremum, ubi publice videri poterit, quo cæteri deterreantur aspectu, *l. capitalium, §. famosos, eod. tit.* Et ut commode per omnia Theatra, sive Sedilia, damnatus ducatur (quod solemniter custoditur in famosioribus delinquentibus) cum ejusmodi Theatra, universam repræsentent civitatem, ab opportuniori parte, quam inde extrahi non posset. Ex hoc etiam factum arbitramur,

ut

ut ea urbis pars frequentior redderetur civibus; quemadmodum & in altero Civitatis angulo, quasi huic opposito, ædificatum est proregale
32 Palatium. Et sic circo id factum videri poterit, ut Castris, & mari, ad tutiorem securitatem propius esset. Quod innuere potest parvum spatium, quod inter Palatium ipsum, & Castrum novum intercedit; unde per sublicium, ac subductilem transmeatur pontem, ut cum opus exegerit, hinc inde suffugium habea-
33 tur. Et ut itinera tuta redderentur, quod præcipue Principi curæ esse debet, *l.1.§.summa, ff.de his quæ effud.* Afflict.in *Const. Pacis cultum, nu.85.* ratio, quia viæ publicæ sunt de demanio, *cap.1.* & ibi Bald. *tit. quæ sint regalia.* Insuper ad commoditatem nedum civium, verum & omnium, in civitatem, litium causa confluentium, Consilia omnia in unum redigi necesse erat. Quando- 34
quidem Forum litigantibus commodum esse debet, *l.si locus, ff. de judic.l.item facile, l.si cum dies §.si arbiter, ff. de arbitr.* Luc. de Penn. in *l.1. Cod. ne rusti. ad ull. obseq.devoc. lib.11.* Quod & in inscriptione, ad 35
fores magni illius Fori præfixa, testatum videtur; eamque huc transcribere libuit.

CAROLO V. CÆS. AUG. INVICT. IMPERANTE.
PETRUS TOLETUS MARCHIO VILLAE FRANCAE
HUJUS REGNI PROREX, JURIS VINDEX SANCTISS.
POST FUGATOS TURCAS, ARCEM IN CURIAM
REDACTAM, JUSTITIAE DEDICAVIT
CONSILIAQ. OMNIA HOC IN LOCO CUM
MAGNO TOTIUS REGNI COMMODO, CONSTITUIT.
AN. A PARTU VIRG. M. D. XXXX.

36 Ex qua quidem inscriptione notatur etiam, Magnam hanc Curiam fuisse antea Arcem. Quæ quidem commoditas, etiam respectu loci considerandæ venit. Siquidem quamvis Episcopo, in toto suæ diœcesis territorio tribunal erigere licet, *cap. cum Episcopus de off.leg.in* 6. hoc tamen ultra dictam egredi non debet, secundum Anchar. in *cap. nonnulli de rescr.* & in *cap. sane de foro comp.* Abb. in *cap. novit, in princ. de offic. leg.* & refert Felinus in *cap. fin. num.2. de judic.* Cujus etiam commoditatis publicæ gratia, destinaverat is ipse prudentissimus, ac nun-
37 quam satis laudatus Prorex, omnes etiam Magistratus, ibidem una habitaturos congregare, quo facilius consuli potuissent; quemadmodum à Romanis jam olim P. Scipioni Nasicæ in via sacra, eandem ob causam data fuit domus; ut refert Pomponius in *l.2.* §.*& quidem ex omnibus ff. de orig.jur.* & facit textus in *l.prætoria Cod. de ædific.privat.* ac fecisset utique ni fuisset morte præventus. Cumque Præsidis sit magnificentiam, 38
in civitatem introducendam, ac deformitatem expellendam curare, *l.præses 7. ff. de off. præs.* huic etiam parti, prout id cæteris omnibus studiose vacavit. Et licet ea translatio haud facile concedenda fuisset, magni enim fa-

Digitized by Google

faciunt provinciales servari sibi consuetudinem & prærogativas, *l. observare*, §. *ingressurum*, *ff. de off. proc. l. si in aliquam eod. tit.* & salvo majorum more etiam difficillima, *l. pen. ff. de just. & jure*; publicam tamen utilitatem privatæ præferendam merito arbitratus est. Qui ejusdem Sedilis Montaneæ eques erat, & ejus proles illius honoribus & muneribus
39 in præsentiarum gaudet, *cap. scias 7. quæst. 1. l. 1. Cod. de cadue. toll.* §. *co-*
40 *gitatio*, *Auth. ut judic. sine quoquo suffrag. l. observandum ff. de off. præsid. l. nam & salutem ff. de off. præfec. vi-*
41 *gil.* §. *ob quam Auth. de testib.* Propter incommoditatem enim in his multa fiunt, quæ alias non licerent 16. *quæst. 7. cap. si quis vult*; & quæ alia Glossa commemorat in *cap. & temporis 16. quæst. 1.* Pro foribus magni hujus Tribunalis sita est marmorea basis instar antiquæ aræ; supra quam, itidem marmorea locata est columna quincubitalis. Hanc basim ascen- 42
dunt, & columnæ detecto capite inhærent, qui ære alieno gravati, ac non solvendo effecti, bonis publice cedunt. Ibi integra morantur hora, cum prius præco præmissa tuba, concepta conclamaverit verba, quæ habentur in *pragmat. sanctione de cess. bonor.* Ejus rei idem vigilantissimus Prorex author fuit ut ne penitus quis liberaretur impune, sed ubi æris debito solvitur, dedecoris nexu detineatur. Quod literæ ibi incisæ & hic annotatæ, manifestum faciunt: & licet minus diligenter fuerint sculptæ transcribendas tamen ut jacent, putavimus.

DON PETRUS DE THOLETO
MARCHIO VILLÆ FRANCHÆ
CES. ET CA. M. IN PRESENTI
REGNO VICEREK LOCUM
TENENS GENERALIS CAPI
TANIUS PRINCEPS JUSTSSI
MUS EXCELLENTE MILITE
U. J. D. FERDINANDO FIGUE
ROA PATRICIO HISPANO
REGENTE MAGNIAM CURIAM
VICARIE CURANTE AD ILLO
RUM MOREM ABOLENDUM
QUI CLAM NEMINE SPECTAN
TE BONIS CEDEBANT HUNC
LOCUM ERIGENDUM MAN
DAVIT UT QUI EO POSTHAC
BENEFITIO UTI VOLENT
SEPIUS HIC ITERATO
SPECTACULO ID COMMODUM
MAGNO CUM OPPROBRIO
COMPENSENT
AN. DNI. M. DLIII.

Fuit

Digitized by Google

43 Fuit & Romæ jam pridem decoctoribus constitutus certus locus in spectaculis, quo omnibus innotescerent, ut Cic. in 2. *Philip.* dicit. Hoc autem miserabile beneficium adinventum fuit, ne debitores in carcere marcescerent, Glos. 44 in *tit. de cess. bon.* Bald. in *l. societatem ff. pro socio*, neve locus daretur ignominiæ & dedecori. Olim enim ex constitutione Adriani, ut refert Spartianus, qui bonis cedebant, ca- 45 tamidiabantur in amphitheatro, idest illudebantur, ut exponit Varinus in *Lexi.* & Bod. in *l. si hominem §. quoties ff. depositi*. Eam irrisionem detectis posterioribus pudendis factam arbitror, quemadmodum in hac civitate aliquando observatum ferunt. 46 Neve debitores creditoris fierent servi; aut ubi plures essent creditores, ne illis *dilacerandi* darentur, quod lege XII tab. constitutum erat, teste Gell. *lib. noct. attic.* 20. *c.* 1. & Liv. *lib.* 8. Ad vitandas etiam impensas, quas creditor pauperi debitori in vinculis detento, erogare tenetur, Glos. & DD. in *c. Odoardus de solut.* Bart. in *l. sanctum ff. de rer. divi.* & in *tract.* 48 *de carceribus, in fin.* Felin. in *c.* 1. *de libelli oblat.* Ang. in §. *fin. Instit. de action. in §. sed & si quis eod. tit.* & facit textus in *l. fin. C. de errogat. milit. lib.* 12. & *l. sed si hæreditas, ff. ad exhibendum*, & alia adducta per Stephanum de Auferio in *repet. clem.* 1. *de off. ordin. nu.* 25. F. Duar. in *tit. de cess. bonorum*. Quemadmodum & patronus inops alitur ex bonis Ecclesiæ, *can. contra sacrorum* 16. *q.* 7. Bart. in *l. si quis à liberis ff. de liber. agnosc.* Felin. in *c. cum omnes, extra de constit.* Et in capitalibus causis à fisco nutriuntur: ac medicorum ope & medicinis, aliisque infirmo necessariis rebus, illis providetur. Cujus rei causa, in salubriori carceris latere, locus valetudinariis paratus est, cum subjectæ inscriptionis indice.

PHILIPPO REGNANTE
DON JOANNES ZUNICA NEAPOLIS PROREX,
UT AFFECTÆ MORBO CUSTODIÆ NON
COMMODIORI MODO, SED AMOENIORI
ETIAM LOCO CURENTUR, VALETUDINARIUM
QUOD MULTI ANTE PROREGES DESTINARANT,
FELICITER EXTRUXIT: QUO TEMPORE
FILIPPUS REX CATHOLI. ET IDEM
DNS. NOSTER DEVICTOS BELLO
LUSITANOS IN SUAM DITIONEM
REDEGIT
M. D. L. XXX.

Id tamen postea ad Valetudinarium Sanctæ Mariæ Populi, quod vulgo *Hospitale incurabilium* dicitur, ad tutiorem infirmorum curam 49 translatum est. Eos autem qui bonis cedunt viridi signatos cruce pileos gestare Dux Offun. Neap. Prorex *pragmatica sanctione*, stata pœna, jussit; quemadmodum & ignito ferro illos etiam in humero signari præcepit,

Digitized by Google

pit, qui furto quid subtraxisse depreſo henduntur. Ad publicæ enim utilitatis indemnitatem, ac ad communem notitiam signandi sunt habitus famosarum personarum, *l. mimæ, cum concordantibus Cod. de episcop. aud.* ex habitu enim talis esse præsumitur, *l. item apud Labeonem, §. si quis virgines, ff. de injur.* Et per signa quis magis dignoscitur, *cap. si judex laicus de sent. excom. in 6. l. stigmata Cod. de fabricens. lib. 10.* Det. in *cap. causam matrimonii num. 5. de probat.*

ADNOTATIONES

Ad *num. 5. Fuerunt autem Castor & Pollux, &c.*

Hi, *Tyndaridæ* dicti sunt, sicut & Helena eorum soror, Tyndaris, a patre Tyndaro Oebaliæ rege, licet Jovis filii crederentur. Causam vero qua Romæ ipsis templum erectum fuit, Dionys. *lib. 6. antiq.* ait, fuisse quia cum Romani pugnarent adversus Latinos, Castor & Pollux ipsis apparuerunt, opemque tulerunt: fugatisque Latinis, victoriam tribuerunt. Eorum formam, longe prius quam Ælianus, & Suidas, ad vivum describit Dares Phrygius *de bello Trojano* his verbis: ut Cornel. Nepos transtulit: *Fuere alter alteri similis, capillo flavo, oculis magnis, facie pura, bene figurati, corpore deducto.* Castoris mortis varia assignatur causa. Pindarus in 10. *Nem.* in bello periisse tradit. Scholiastes *Homil. in 3. Iliad.* in conflictu ab Ida occisum, quod illi uxorem rapuisset. Dares Phrygius narrat quod cum in littore Lesbio navim solverent ad portum Athenienſem appulsuri, quo omnes Græci conveniebant belli Trojanis inferendi gratia, maxima tempestate correpti, nunquam eos comparuisse, unde creditum immortales factos. Utcumque se tamen res habeat, Castoris mortem tam gravem fratri fuisse tradunt, ut Juppiter leniendi causa illi dolorem, optionem ei dederit quid mallet eligendi, ipse ne solus immortalis fieri, an cum fratre propriam vitam communem facere: O fraternam benevolentiam, alternis vivere maluit diebus, quam perpetua immortalitate frui. Pind. in *loco prænotato*, & ejus interpres Lat. in 11. *Pith. in fine*. Causam fabulæ dedit alterna Geminorum in cœlo apparitio.

Num. 31. Ut ea urbis pars frequentior redderetur civibus.

Certe civium frequentia urbem celebrem efficit, *l. si in aliquem, ff. de off. proconſ.*

Num. 37. Scipioni Naſicæ data fuit domus.

Publicæ commoditatis gratia diversis Regibus palatia in civitate assignata fuisse, narrat Alex. ab Alex. *gen. dier. lib. 3. cap. 6.*

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM

CAP. XI.

1 *Castoris & Pollucis templum, Romæ in Foro Rom. fuit.*
2 *Carcer, & Carceres, quid inter se distent.*
Jani Gemini templum, Ibidem.
3 *Janus, cur Geminus dictus, & cur Biceps pingatur.*
4 *Januarius Mens à Jano denominatus, & quomodo pingatur.*
5 *Januarius quasi Æonoarius, ut sit Æonis, ideſt Ævi pater.*
6 *Jani portæ belli tempore tantum aperiebantur.*
Janus, Clusius, & Patulejus, quare dictus fuerit. Eod.
7 *Jani templum ter clausum usque ad Christi adventum.*
8 *Jani templum cur tempore belli aperiretur, rationes diversæ afferuntur.*
9 *Bellum vigilantiam requirit.*
10 *Vigilantia à jure civil. valde commendatur.*
11 *Belli portæ, Romæ, in templo Jani, an in urbis muris fuerint.*
12 *Belli portarum descriptio ex Virgilio.*
13 *Belli portas non in omnibus bellis, sed tantum in maximis aperiri solitas.*
Armamentarium P. R. in templo Jani situm. Eod.
14 *Armamentarium quid sit, & unde denominetur*, num. 18. in fin.
15 *Tarcenale, vel Arsenale quid, & quare sic dicatur.*
16 *Argumentum ab ethymologia sive allusione vocis valere.*
17 *Arsenale Civitatis Neapolis ubi structum, & cujus sit artificii.*
18 *Armamenta quid sint.*
19 *Armamentarium in omnibus Regni Castris esse debet.*
20 *Fabricenses publici, ideſt armorum artifices, privatis hominibus arma vendere prohibentur.*
21 *Arma ferre nemini licet absque Principis licentia.*
22 *Armamentarium Civit. Neap. in Campanili D. Laur. situm.*
23 *Comes Armamentarii, Munitionerius appellatur.*
24 *Comitia generalia, sive Parlamenta Neap. in Tribunali D. Laur. celebrantur.*
25 *Ordo qui in habendis comitiis servatur Neapoli.*
26 *Syndicus qui primum occupat locum post Præfectum Prætorio, ex quinque Sedilibus tantum, alternatim eligitur.*
Syndicus universam repræsentat civitatem. Eodem.
27 *Tribunalia Civit. ad ejus patrimonium custodiendum in Div. Laur. reguntur.*
28 *Campana monentur cives ad quotam noctis horam possint incedere armati.*
29 *Campanæ pulsatio ad civium monitionem, boni regiminis index est.*
30 *Horarium M.C.V. pulsatur, cum quis ad capitis ducitur supplicium.*
31 *Campana, ad quot signa inservire possit.*
Absentes citantur ad sonum campanæ in actibus Universitatis. Eodem.
32 *Campanæ signo utuntur Principes ad bannitorum persequutionem; nam ad ejus sonum, omnes*

Digitized by Google

concurrere tenentur.

33 *Campana vice præconis fungitur.*

Vox præconis paucis innoteſcit. Eodem.

34 *Ex d. camp. pulſatione multæ tolluntur fraudes.*

35 *Campana eſt Dei tuba, & à Campania dicitur, ubi primum inventa fuit.*

36 *Campana ad quid in altum erecta. Qua occaſione fuerit inventa.* Eodem.

37 *Currus triumphi Alfonſi Arag. Regis, in templo D. Laurentii diu pependit.*

38 *Arcus in templo D. Laurentii memorabilis.*

39 *Simon Senenſis, Pictor celebris, apud Petrarcham, & ejus opus.*

40 *Templum D. Laurentii Summ. Pontificum, Impp. Regum, & totius fere Neapolitanæ Nobilitatis, ſepulchrum eſt.*

41 *Equites Sedilis Montaneæ Divi Laurentii ſunt* PP.

42 *Publica opera alterius nominis inſcriptionem quam Principis, aut cujus expenſis facta ſunt, non admittunt.*

43 *Fundator, & Dator rei ſuæ poteſt in traditione rei, legem quamcunque vult apponere, etiam in ſpiritualibus.*

44 *Authoris hujus libri, Fratrum, mors, & munera.*

45 *Status mutatio ſæpe contingit. Arma ſint ne præferenda legibus an e contra.* Eod.

46 *Suffragia, in eccleſiis ferre non omnibus licet.*

47 *Sacris, & religioſis, quæ inhærent, ſunt ſacra & religioſa.*

48 *Equites Sed. Montan. quare Stdile ipſum immutare nunquam voluerunt.*

49 *D. Archangelus ad ſignum Neapoli quare ſic dicatur.*

50 *D. Anellus Eques Sedilis Montaneæ, monetur à D. Archangelo quomodo Neapolitani contra Saracenos victoriam reportarent.*

51 *D. Anellus quare vexillum cum inſignibus Neapolit. gerat.*

52 *Falcem immittere in alienam meſſem non licet.*

1 CAſtoris, & Pollucis Templum Romæ in fine Fori Romani fuit. Pomponius Lætus in *lib. de Vetuſtate Urbis*. Ibi nunc eſt Cancellaria, ideſt Carceres, ut dicit Fabrit. Varranus in *Collectaneis de Urbe Roma*.

2 Licet *Carcer*, non Carceres dixiſſe
3 debuit. Porro enim Carcer ſingulariter prolatus, reorum Cuſtodias ſignificat; Carceres autem numero multitudinis, funes denotant, vel repagula, quæ equis ad metam curſuris, opponuntur, ut ex Authorum obſervatione liquet. Templum etiam Jani Gemini, ſi Publio Victori credimus, eadem in Regione ſtructum erat. *Geminus* dictus quod præterita, pariter & futura reſpicere exiſtimaretur. Ob quod etiam bifrons, ſive biceps pingitur: quod, & antiquiſſima teſtantur numiſmata. Ovid. *labentis anni imaginem* ipſum appellat.

Jane biceps, anni tacite labentis, imago.

Solus de ſuperis qui tua terga vides.

Virgilius *lib. Æneid. xii.*

---------- *Mare fidera jure*
Latonæque Genus duplex, Janumque bifrontem.

Ab

Digitized by Google

4 Ab eo *Januarium* mensem appellatum ajunt Plin. *nat. hist. lib.* 34. & Macrob. *Saturn. lib.* 1. Quem Suidas hoc modo effingi narrat, qui & à Phavo-
18 rino repetitur: Ἰανουάριος· ἄγαλμα τετράμορφον· ἀφ' ὧν ἱστορεῖται τροπάς. οἱ δὲ φλάπτικοι αὐτὸν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ κλεῖδα κατέχοντα· ὡς ἀρχὴν τοῦ χρόνου καὶ ἀνοίγοντα· ἐνιαυτὸν καὶ θυρεόν. ἕτεροι δὲ τῇ δεξιᾷ· τὴν ἀριστερᾷ κατέχοντα ὥσπερ τὸν ἐνιαυτόν, id est: *Januarius, Simulachrum quadriforme, ob quatuor anni conversiones. Ac alii quidem in dextra manu, clavem tenentem, tanquam temporis initiū, annique apertorem, & janitorem, ipsum effingunt. Alii vero dextra, Tercentum, sinistra, Sexaginta quinque tenentem, ut annū denotet* Et subdit: Ὅθεν καὶ ὁ Λογγῖνος αἰνιττόμενος αὐτὸν ἑρμηνεύσαι βιάζεται ἰανὸν αἰῶνα· περιέχοντα. Unde & Longinus, Januarium, ideſt *Æonoarium* ipsū interpretari nititur, quasi Æonis, ideſt Ævi pater: ubi, anni cōversiones dixit, quas *Stationes* vulgo dicunt: cum quo cōcordat Plinius, & Macro-
6 bius in *præmittatis locis*. Cujus portæ ſemper clauſæ, tantum belli tempore reſeratæ videbantur. Unde cum erant clauſæ, *Cluſius*; cum patebant, *Patulejus* cognominabatur. Quod Ovid. uno diſticho ſignificavit in *Faſtis*, cum dixit:

Nomina ridebis, modo namque Patulejus idem,
Et modo ſacrifico, Cluſius ore vocor.

7 Sane hoc Jani templum, ter clauſum ſtetiſſe legitur ad uſque Chriſti Salvatoris tempora. Primum regnante Numa, tum poſt bellum Punicum ſecundum, tandem tempore Auguſti, qui bella Attiaca confecit.

8 Cujus obſerandi, vel reſerandi ratio varie refertur. Alii enim dicunt quod Romulo, cum Sabinis pugnante, ac jam jam victoria aſpirante, improviſo ex eo loco aqua calida erupit, & Sabinorum exercitum fugavit; unde conſtructo *ibi* Templo, conſtituerunt ut pugnaturi, ipſum aperirent, quaſi ad ſpem priſtini auxilii. Alii quod ad bellum ituri, debebant de pace cogitare. Alii quod ad prælium exituri, locum ſibi apertum relinquere debebant, quo poſſint tuto reverti. Refert Greg. Gyral. *de Deis Gent. Syntag.* 4. *cap. ult.* & ab eo mutuatus, Auctor *Dict. Hiſt. & Poet.* Ego autem, vigilantiam, quæ 9 in bello requiritur, id ſignificare opinor. Porro enim januis apertis, liberum eſt exteris ingredi, unde ad ipſos expellendos, & ad res noſtras tuendas vigilandum eſt. Clauſis au- 10 tem obdormire poſſumus quando aditus non facile patet. Et eſt vigilantia adhuc noſtro Juri quam commendata *l. pupillus in fine ff. quæ in fraud. cred.* & notat Interpres in *Proh. Inſt.* §. 2. *ver. vigiliis*. Sunt tamen, qui 11 has belli portas, non in Jani Templo, ſed in ipſis Urbis muris fuiſſe dicant. Pro quibus eſſe videtur vox ipſa; *Porta* enim (ſi Laurentio Vall. *lib. elegant.* 4. *cap.* 8. creditur) murorum eſt munitionumque atque Caſtrorum: *Janua* parietis, atque domorum. Et Auctor *Dict. Hiſt. & Poet.* Portam Janualem à Jano dictam Romæ fuiſſe dicit, Numamque inſtituiſſe, ut ſemper clauſa, tempore tantum belli aperta teneretur. Hanc ipſam eſſe puto, quæ *Porta Clauſa* dicebatur, ut Fabrit. Varr. ait, quam Liv. in bello Macedonico è cœlo tactā refert. Virg. *lib. Æneid.* 7. duas fuiſſe teſtatur.

Sunt geminæ belli portæ (ſic no- 12

Digitized by Google

mine dicunt)
Religione sacra, & saviformidine Martis.
Centum ærei claudunt vectes; æternaque ferri
Robora, nec custos obsistit limine Janus.
Has, ubi certa sedet patribus sententia pugnæ
Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino
Insignis, reserat stridentia limina Consul.
Ipse vocat pugnas, sequitur tum cætera pubes.

Et lib. 1. Augusti tempora describens.

Asperatum positis mitescent sæcula bellis
Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Jura dabunt. Diræ ferro, & compagibus arctis
Claudentur belli portæ: Furor impius intus
Sæva sedens super arma, & centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

13 Suidas autem in maximis tantum bellis aperiri solitas ait, & ad Auroram vergisse. Utcunque tamen sit, ibi Armamentarium P.R. fuisse, Joannes Bart. Mirl. *lib. Topogr.* 3. *cap.* 12.
14 & *lib.* 4. *cap.* 23. tradit. Est autem *Armamentarium* ubi machinæ bellicæ, Tela, Sagittæ, aliaque ejusmodi generis arma, omnibus bellandi generibus deservientia reponuntur. Id, in Instructionibus à R. C. Summ. ad ejus custodem, *Tarcenale* appellatur, sed quam apte alii viderint. Tarcenale enim, vel po- 15
tius *Arsenale*, ut Veneti proferunt, aliud profecto est, quam Armamentarium. Quippe quod proprie Navale est. Et dicitur *Arsenale*, quasi *Arsnavalis*, eo quod in eo naves fiant. Valet enim arguere ab ethy- 16
mologia, sive allusione vocabuli, *l.* 2. §. *appellata ff. si cert. pet. Inst. de tutel.* §. 1. *& de test. in princ.* & ubique Dec. Joan. Fab. Port. Jason, & cæteri omnes. Cujusmodi ingens, ac 17
magnificum hæc Civitas habet Castronovo, & proregali Palatio, Turrique Divi Vincentii contiguum. Id columnis structum est fictilibus, & quadratis, ingentes arcus catenantibus (unde tota machina sustinetur) eoque ordine dispositis, ut undecunque intuearis ad lineam invicem sibi respondeant. Talique est artificio tectum, ut nullibi sit locus aquæ pluviæ, nullibi desit aditus aeri: tantæque est magnitudinis, ut quingentas capiat commode carinas. Ad quas fabricandas innumeri laborant continue fabri. Quid multa? tot in eo gentes operam navant, tot sunt officia distributa, tot artificum divisiones, ut ibi speciale sit Tribunal erectum, speciales constituti officiales: ut non immerito supra Portam ejus majorem, quæ ad Portum vergit, subsequens sit affixa inscriptio:

PHI-

Digitized by Google

PHILIPPO II. REGUM MAXIMO HISPANIARUM
ET UTRIUSQ. SICILIAE ETc. REGE.
DON JOANNE ASTUNICA PRINCIPE ILLUSTRISSIMO
IN REGNO PROREGE A. D. M. D. LXXXII.
SPECIOSA REGNI NAVALIS JANUA FINEM INDICAT
SPECIOSUM TOTIUS CHRISTIANI NOMINIS
NEMPE MUNIMEN.

Id tamen subticere nec potui nec debui, fuisse Navale hoc excogitatum & structum ex jussu Illustriss. D. D. Indici Hurtadi Mendotiæ Marchionis Mondejar, & dicti Domini D. Jo: Astunicæ decessoris Proregis.

18 Justinianus, ut ad Armamentarium revertamur, in *Auth. de armis §. si vero*, *Armamentum* nominat, sed minus proprie. Armamenta enim sunt cujuscunque rei instrumenta, sive supellectilia, ut in navi funes vela, clavi, & hujusmodi, *l. 3. §. 1. ff. de rei vend. l. navis ff. ad leg. Rhod. de jact. l. 3. ff. de supellect. leg.* Licet (ut cuique suum tribuamus juxta radicale præceptum juris, *l. justitia ff. de just. & jur. Inst. eod. §. 2.*) semel tantum is Armamentum dixit. In cæteris enim ejusdem constitutionis locis, ubi Interpres *Armamentum* transtulit, Græce aliquando ὁπλοθήκη, aliquando ὁπλοφυλακή, ideſt armorum conditorium, & armorum custodia legitur. Sic videri poterit ab Armamentis deduci Armamentarium, quod sit Armamentorum repositorium. Hoc in omnibus regni Castris constitutum est, *d. Auth. de*
19 *armis*, *§. hanc igitur*, & in d. regiis instructionibus, *l. 2. §. 1. ff. ad leg. Rhod. de jact. l. quod quis ff. de bon. aut. jud. possess. l. interdum ff. qui pot. in pign. hab. l. qui in navem ff. de privileg. credit. l. scapham, ff. de evict.* Armarium vero, ut neque id omittamus, est locus ubi libri, & similia reconduntur, *d. l. 3. ff. de supellect. leg. l. 3. §. effracturæ ff. de offic. præfect. vigil. Inst. de rer. divis. §. si quis ex aliena*, & vulgo *Scriptorium* 20 appellant. Et in hoc Regno fuere armorum magistri, & artifices (*Fabricenses* à Justiniano dicuntur) qui ad multa tenentur, ut in Constit. *Magistros mechanicarum*; & præcipue ne privatis hominibus arma vendant. Nam illicita est armorum portatio, insscio Principe, *l. 1. C. ut armor. usus lib. 10.* & in *auth. de armis*, & in *Const. Regni*, *Intentionis*. Nec so- 21
la Principis scientia, & patientia sufficit, sed expressam etiam, & specialem intervenire licentiam oportet, *d. l. 1.* ubi Luc. de Pen. & ita Iser. in tit. *Hic finitur lex*, & per *l. 3. §. 1. ff. ad leg. Jul. Majest. ver. injussu Principis*, *l. fin. C. ubi senat. vel clar.* Jason in *l. si quis mihi bona §. jussum ff. de acqu. hæred.* & sequitur *Glos. Parisiens. tit. 1. de mat. feud. §. 1. glos. 6. num. 13.* Quo fit non esse paritum decretis S. C. ob quæ dicatur aliquid fieri, vel non fieri, eo inconsulto, sive causæ Commissario, nisi expressim de ejus consensu liqueat, *d. l. 1.* ob geminatas dictiones, *Nulli prorsus*, *& Nobis insciis*, *atque inconsultis*, non obstante; ut hoc anno in prælectione *d. Constitutionis*, *Intentionis*, diximus. Urbs nostra Armamenta- 22
rium habet in sacra Turri (vulgo

Cam-

Digitized by Google

Campanile vocatur) Divi Laurentii Martyris Hiſpani, de quo Joan. Ann. in *lib. de Reg. Hiſpaniæ c.*23. verba facit. Exuſtorium tamen pulverem, ad pericula vitanda, tenet in turri ad Mœnia infra Portam Conſtantinopolis, quæ dicitur, & *Horrea.* Comes Armamentarii, ideſt is qui Armamentario præeſt, *Munitionerius* communiter dicitur. Ejus munus eſt, inter alia, cum res exigit, tormenta muralia, aliaque bellica inſtrumenta, oportunis locis collocanda curare. Quod ut maturius fiat, Curator viarum & ædium, ſive *Magiſter Portulanus* qui dicitur, circumvicinis Villicis imperat, ut & ſui, & bovum & curruum copiam faciant. Eſt ingens, ac magnificum (Gallorum opus) hoc templum, ad præfatam Decuriam Montaneæ, quantum quis manu jaceret. Ac inter ipſum, & Divi Pauli, publica tantum intercedit via. Cum enim per cives, ad civiles tumultus ſedandos, Regio juſſu depoſita eſſent arma in Caſtro novo; Civitatis precibus fuerunt ei reſtituta bellica tormenta, quæ vulgo *Bombardæ* dicuntur, ut per Hieronymum Mag. *miſcell. lib.* 1. *c.* 1. & nos *alibi* ſcripſimus. Quod notorium factum Prag. 3. *in tit. de abolit.* declarat. In ea Turri, Comitia, ſive Colloquia generalia, *Parlamenta* quæ vocant, pro Donativis Regi faciendis, celebrantur. In quibus Civitas univerſa, Regni Barones, & Univerſitatum ipſius Procuratores pro eorum liberalitate, fidelitate, & intereſſe diverſimode præſto ſunt. Non ſolum autem ob dictam cauſam, verum & ob alias diverſas, ibi ſolemniter conveniunt, & ſervato ordine progrediuntur. Nam poſt Præfectum Prætorio, primum occupat locum Syndicus, qui ex uno de quinque Sedilibus tantum, alternatim rotæ ordine eligitur, & Cives omnes repræſentat, *l.* 1. §. 1. *ff. quod cujuſq; univerſ. no. l. muneris* §. *defenſores ff. de mun. & hono. l.* 2. §. 1. *ibi, Ei & in eum. ff. de orig. ju. Inſt. de jur. nat. gent. & Civil.* §. *ſed & quod Principi*, Speculat. in *titu. de ſynd.* Fret. *de ſuffeudis lib.* 3. *cap. de ord. ſeſſ.* Quod & apud Reges, qui pro tempore incolatum fecere Neapoli obtinuit. Illo enim in ejuſmodi ſollemnitatibus, Regis, Proregiſve lævam tenente, per Civitatem equitant, Proceribus omnibus & Nobilibus ac Titulatis, inſuper & Magiſtratibus ordinatim præeuntibus, innumeraque multitudine ſubſequente. Cujus ordinis progreſſum *altero capitulo* ſubnectemus. In *hoc ipſo* Campanili, Civitatis erecta ſunt Tribunalia, ad ipſius patrimonium cuſtodiendum deſtinata, ubi Deputati congregantur. Ad cujus maximæ Campanæ ſignum, à prima ad ſecundam uſque noctis horam tintinnatim pulſatæ, monentur Cives eouſque ipſis arma ferre licere: deinceps prohiberi. Qui quidem uſus, boni regiminis index eſt, dignuſque quem aliæ imitentur Civitates, juxta vulgatum illud.

A bove majore diſcat arare minor.

Ad vitandas enim nocturnas inſidias, quæ ob Civitatis magnitudinem facillime tendi poſſent, medio hoc meliore, Miniſtri Regii, uti non facile potuiſſent. Ac etiam deambulationes, quas lex exhorret; quia male agit qui odit lucem, *cap. conſuluit* §. 2. *junctaglof. extr. de off. delegat.* & notatur in *l. non exiſtimo ff. de*

ff. de adminiſt. tut. Imo levius quod palam fit delictum reputatur, clam vero gravius punitur, *l. fin. ff. de ritu nupt.* Iſern. in *cap.* 1. §. *ſi vero Caſtaldi, num.* 7. *de feudo guard. & Caſtal.* Tenebræ enim aptæ ſunt ad fabricandum malum, *l.* 1. §. *ſi mulier ff. de vent. inſpic.* Unde in legib. 12. tab. cautum erat, NEQUIS IN URBE COETUS NOCTURNOS AGITARET, ut annotavit Hottoman. ex *Declamatione Port. Latr. in Catilinam*. Clandeſtinas enim coitiones lex vetat, ut ait Criſp. in *eam legem*; quia facinoroſis hominibus facultatem præbent, ut aliquid contra Remp. audeant. Et Menander noctem, *omnium malorum ducem* appellavit. Qua de cauſa veteres Noctem, *intempeſtam* nominabant, ſi Varroni ſtatur; quod tempus agendi nullum erat. Inde etiam eiſdem legibus jubebatur, ut SOL OCCASUS SUPREMA TEMPESTAS ESSET, refert Gell. *lib.* 17. *cap.* 2. & Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* & Macrob. *lib. Saturn.* 1. *cap.* 3. SUPREMA TEMPESTAS, hoc eſt, diei noviſſimum tempus exponit. Senatus Conſultum etiam apud Romanos ante lucem vel poſt occaſum diei factum, irritum fuiſſe liquet, docet Gell. ex *Varr. lib.* 14. *cap.* 7. Alexan. ab Alex. *Gen. dier. lib.* 4. *cap.* 11. & *ibi.* Tiraqu. Quorſum referri & poſſunt & debent Regiæ hujus Regni ſanctiones, quibus jubentur Magiſtratus, ſummo mane in unum convenire. Quod tamen *orto jam Sole*, ſacræ interpretantur literæ. Areopagitæ tamen noctu lites dirimebant, ut procul ab omni affectu, qui animos in diverſum agit, tantummodo facta cognoſcerent, perſonas non viderent, Macrob. *lib.* 7. *cap.* 1. Lucian. in *Hermotimo*, Alex. ab Alex. *lib.* 3. *cap.* 5. & *ibi* Tiraq. Quemadmodum etiam Horarium Mag. Cur. Vic. pulſatur, cum quis ad capitis ducitur ſupplicium, licet impari modo. Quandoquidem hoc quidem flebile & mortiferum; illa vero monitorium quendam ſonum emittunt. Taliter autem ſonando authoritate pontificia fieri intelligitur, *cap. patentibus, de privileg.* Et non præter rationem; cum publica pulſatio, locum publicum ſacrumque denotet. Campana enim eſt ſignum quandoque congregandi capitulum, *cap. in cauſis, de elect.* quandoque congregandi homines ad parlamentum, ſecundum Abb. in *cap.* 1. *num.* 2. *de offic. cuſtod.* Et in actibus univerſitatis, abſentes non citantur niſi ad ſonum campanæ, ut per Gloſ. in *cap. præſentium, de teſtibus in* 6. & Bald. in *l.* 1. *num.* 42. *ff. de procurat.* & *ibid.* Paulus de Caſtro; aliiſque deſervit divinis & humanis miniſteriis, & actibus, de quibus per Speculat. in *tit. de elect.* §. 1. *ver. His igitur*, ac ante eum Gloſſ. in *cap. ſi capitulo, de conceſſ. præben. in* 6. & per Addentes ad *Abbat.* in *prænominato loco*. Jure etiam municipali Campana utuntur Principes ad Bannitorum perſecutionem. Ad ejus enim ſonum omnes concurrere tenentur, ut probat Det. in *d. cap. patentibus, num.* 2. *de privileg.* Et tunc quidem vice præconis fungitur: quod ad ampliorem notitiam videtur introductum; vox enim præconis paucis innoteſcere poteſt, §. *omnem, ver. vocem enim in Authe. de litigioſ. cum concordantibus*. Utebantur autem præcone Romani, ut & id obiter adjiciamus, ad Comitia convocanda, atque etiam ad ſilentium indicendum

Digitized by Google

dicendum (quod ad rem noſtram facit) Liv. *lib.* 7. *decad.* 3. Plaut. in Pœn. Appian. *lib. bell. civil.* 4. Alex. ab Alex. *lib.* 1. *cap.* 27. quemadmodum & Accenſo ad conciones congregandas. Sunt autem comitia generalia, quæ *parlamenta* dicuntur; conciones autem ſpecialis alicujus corporis hominum conventus, cujusmodi ſunt quas Nobiles in ſuis Sedilibus agunt, & *Plateas* appellant. Modum autem convocandorum comitiorum, uti non paſſim notum, hic ex Theophilo depromptum ſcribam. Is, *Inſtitut. de teſtam. ordin.* de hac re in hunc modum ſcriptum reliquit, καὶ τὸ μὲν, calatis comitiis (loquitur de modo faciendorum teſtamentorum) ἐγίνετο καιρῷ εἰρήνης δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου τρόπον. ὁ κῆρυξ ἐβόα πᾶσαν περιὼν τὴν πόλιν συγκαλῶν, καὶ πᾶς ὁ δῆμος συνέτρεχεν, καὶ ὁ βουλόμενος ἐπὶ μάρτυρας διέθετο τῷ δήμῳ. ἔρχεται ὁ calatis comitis ἐντεῦθεν. calare γὰρ ἐστι τὸ καλεῖν, comitia δὲ ἡ σύνοδος, ideſt: *Et teſtamentum quidem calatis comitiis fiebat tempore pacis bis in anno, hoc modo: Præco univerſam circuibat civitatem conclamando, & omnis populus concurrebat, & qui volebat teſtari, coram populo condebat teſtamentū, quod inde, calatis comitiis dictum eſt; calare enim eſt vocare, comitia vero concilium ſignificant.* Et is quidem Tinnitus (ad nos redeo) primum etiam ultra duas noctis horas contiⁿ nuabat. Quia vero ut plurimum fraus committi poterat, ex juſſu Dom. Ducis Alcalanorum tunc Proregis, ad dictam horam arctatus fuit: cum enim antea ad Tinnitoris ſive ut Plaut. in *Trucul.* appellat, *Tintinnaculi*, ideſt, qui campanam tintinnatim pulſat, arbitratum, tinnitus continuare poſſet abſque aliquo ſtato ſigno, qui aliquid perpetraturi eſſent facinoris, puta ſi eſſent luſuri, ſi mulierem aliquam rapturi, ſi quid effracturi, dubitantes ne à publica deprehenderentur Familia, corrupto forſan Tinnitore, curabant ut ultra ſolitam horam tinnitum continuaret, quo ſi deprehenderentur audito poſtea ipſo (eo enim tempore licebat armate incedere) non detinerentur. Quemadmodum & publica etiam Familia, ad componēdos quoscunque obviam inveniret, operari poterat ut tinnitus ante tempus finiretur, ut eo non audito, illos pœnæ reos eſſe, facile commonſtraret. Quod nunc neutrinque committi poteſt; cum ſtatim ac Horarium ejuſdem Eccleſiæ ſecundam ſignificat horam, Tinnitor *multiplicatis* tinnitibus, tinnire finiat. Itaque Horarii ſive Horologii ſonitus cum Campanæ hujus ſonitu ſimul & ſemel ob Tinnitoris diligentiam auditur, & ceſſat. Monacho vero qui Campanam ipſam eo modo tinnire facit, ex fiſcali pecunia ſtatuta eſt merces. Pulſatur hæc eadem Campana cum mulieres partum agunt, quo Chriſti fideles preces fundant ad opem tum pro ipſis, tum pro fœtu implorandam: tutiore ſane ac certiore ſpe quam antiqui facerent, dum in ejuſmodi neceſſitatibus Junonem Lucinam advocabant, quæ partui præeſſe credebatur, *Terent. in And.* Cicer. *lib.* 2. *de nat. Deor.* Plin. *lib.* 16. *cap.* 54. Ovid. *lib.* 2. *Faſt.* Campana ³⁵ autem eſt Dei tuba, & ſic dicitur à *Campania* noſtra Provincia, ubi primum inventa fuit, ut ait Abb. in *d. cap.* 1. *in fine de offic. cuſtod.* Gul. Durand. *lib.* 1. *cap.* 4. *de rat. divin. offic.*

Petr.

Digitized by Google

Petr. Mes. in *sua sylva var.* & Jo: Belethus in *explicat. divin. offic. cap.* 24.

36 Fuitque inventa ac in altum erecta ad agendum gratias Deo; secundum Franc. Petr. in *Hetruscis Lyricis par. prim.* Huic inveniendæ ansam præbuit latior tubæ pars unde flatus exit. Quod testatur tum forma ipsa, quæ utriusque est eadem, tum etiam nomen quo significatur apud Græcos, quod est κώδων. κώδον, enim Suida & Varino authoribus καλεῖται ἡ τὸ πλατὺ τῆς σάλπιγγος, idest, vocatur pars lata tubæ. Illud non potui non admirari quod Franc. Accurs. *Instit. de jur. nat. gent. & civil.* §. *constat autem*, dixit: nempe, solitum fuisse Populum Romanum cum lex fancienda esset, congregari ad sonum Campanæ; cum Campanæ usus quam longissimo postea temporum inter-

37 vallo inventus sit. Quippe cujus apud latinos antiquior mentio non inveniatur quam apud D. Hieronymum, qui diminuta quidem voce ea est usus, cum ad Eustach. scribens, dixit: *quousque Campanula in claustro pulsabitur.* Priore vero tempore præcones usui per omnia erant, ut paulo superius diximus. Ne cui autem sit mirum nos circa rem insensibilem longiuscule divagatos, & id subnectam, in res etiam inanimatas jura animadvertere. Domus enim aut locus, ubi falsa fabricata est moneta, Fisco vindicatur, *l.* 1. §. *domus Cod. de fals. mon.* Isern. in *c.* 1. *n.* 8. *de stat. & consuet. adverf. li. Eccleſiaſt.* Capyc. *decis.* 130. *in fine.* Sicuti & propter contumaciam, *l. si is, ff. communi divid.* Boer. in *quæst.* 230. Qua etiam suadente ratione totus Populus deleri potest, *l. certa forma Cod. de jur. fisc. lib.* 12. *l. si usus-fructus ff. quibus mod. usufr. amitt.* ubi de Carthagine in qua aratrum inductum fuit, agitur, & *ibi Gloſ.* hoc etiam adducit exemplum. Quibus quidem authoritatibus in pluribus locis Iserniam usum fuisse observavimus, & præcipue in *cap.* 1. *col.* 2. *tit. quæ sint regal.* Et nostra etiam tempestate ob tumultuariam seditionem & homicidium Tribuni plebis ab aliquibus ex vilioribus plebeis, colore defraudatæ rei frumentariæ, perpetratum, domus Pharmacopolæ cujusdam, tumultus authoris diruta fuit, anno M. D. LXXXV. in Platea *Sellariæ* quæ dicitur. Quod tamen novum non esse testantur cum innumeræ historiæ (quarum nonnullas *infra* cum *de Præf. prat.* agemus, coacervabimus) tum *l. in his ff. sol. matr.* ubi de Graccho occiso ob seditionem ejus culpa mentio sit. De quo meminit etiam Isern. in *cap.* 1. §. *argentariæ col.* 8. *num.* 16. *quæ sint regal.* Sicuti etiam irrationale animal in atrocioribus, mortis pœnam incurrit, exemplis à jure Mosaico & Pontificio traditis; scilicet, quando mulier quæ ad omne accesserit pecus, & ab eo ascendi vult, ambo mori debent, *can. mulier* 15. *q.* 1. Guid. Pap. *quæst.* 236. Par. de Put. in *tract. de Syndic. verb. Juramentum* §. 1. *num.* 18. Boer. *quæst.* 306. *num.* 4. Decurionum autem decretis etiam cautum est (ut ad Civitatis tribunal redeamus) si necessaria hujus tribunalis translatio foret, tenimenti Sedilis Montaneæ fines minime egressuram, prout ex Codice conclusionum dicti tribunalis Sancti Laurentii sub die 11. Februar. M. D. LXXIX. videre licet. In hujusmodi enim fundationibus honorifice jus moris &

Digitized by Google

consuetudinis, magnificere solent provinciales, *l. observare §. ingressurum ff. de off. Pr. cons.* Super ostium
38 hujus templi in interiori parte, ad memoriam usque nostram, pependit deauratus Currus, quo Alphonsus, Aragonum Rex invictiss. publica lætitia triumphantium more, per universam urbem vectus fuit, cum ipsius imperio fuit primum potitus; de quo etiam Antonius Panormita, qui triumphum illum descripsit, mentionem egit. Postea temporum injuria, & hominum incuria, corrosus in frustra decidit.
39 Arcus, qui transversam templi partem sustinet, licet ex nostrate lapide structus, tantæ est altitudinis, tantæque magnitudinis, ac tanta diligentia fabricatus (exactissimum enim semicirculum conficit, cujus diameter ad pedes plus minus sexaginta porrigitur) ut non insulse una ex memorabilibus hujus Civitatis rebus reputetur. Eoque magis quod in tanto temporum lapsu, ne rimula quidem, ingens illa machina minutisque compacta lapidibus, est il-
40 lisa. Ad dextram summi altaris in exteriori parte Ædiculæ, quæ *Regum* à Regibus in ea sepultis adhuc dicitur, videtur in deaurata tabula elegantissime depictus D. Ludovicus, manu Simeonis Senensis, celeberrimi tum apud Franciscum Petrarcham *Hetruscis lyricis*, tum etiam apud alios pictoris. Altare vero primum à dextris dicti primi altaris, D. Antonio Patavino est sacratum; in quo Sanctus iste ea civium frequentia, ea pietate, religione, & fide colitur & exoratur, ut nil nisi nomen desit quo Civitatis protector patronusve dicatur. Docent hoc innumeræ tum argenteæ, tum ligneæ votivæ pictæ tabellæ, quæ in testimonium impetratæ orationis, à fidelibus vota solventibus, in dies, circa sacram ejus imaginem appenduntur. Quorum quidem fidelium piæ in eum largitiones ad decem aureorum millia brevi crevere. Ex quorum fructibus sex in annos singulos egenæ puellæ nuptui dantur. aliaque pia exercentur opera, quæ Oeconomi ad id nominatim designati, tam ex Nobilibus dicti nostri Sedilis, quam ex popularibus, procurant. Conditur in ea Ecclesia corpus Innocentii summi Pontificis ejus nominis IV. qui primus Cardinales purpureo insignivit galero: quique cum sacros constituere atque sancire posset canones, explanare tamen à decessoribus *Pontificibus* jam sancitos maluit, quam suos posteris explanandos relinquere. Testimonium ejus sepulturæ perhibent Martin. Polon. Fr. Jacob. Philip. in *suis chroni.* & Bapt. Plati. in *ejus vita* his verbis: Accersitus deinde à proceribus Regni Siculi, Neapolim nuper instauratam statim proficiscitur, ibique moritur ac sepelitur in Ecclesia Sancti Laurentii, pontificatus sui an. 11. men. 6. die 12. Et præter cæteros Serenissimos, qui in d. Regum humantur sacello, Catharina filia Regis Alberti, & consors spectabilis Caroli primogeniti domini Principis domini Roberti, Dei gratia Hierusalem ac Siciliæ Regis, illustris Ducis Calabriæ ac Vicarii generalis, illustrissimo inspicitur sepulchro in ingressu Chori. Qui quidem Chorus, post majus altare situs est, eoque modo est locatus, quo nullus hujus Civitatis alius; pulcherrimo

Digitized by Google

chertimo enim cingitur ambulachro, illuſtrium Familiarum Ædiculis & monumentis miro artificio diſtincto. Nec mirum ſi templum hoc, Regum eſt ſepulchrum, quando Regum etiam eſt ædificium. Porro quidem à Carolo I. fuit extructum, vel ſaltem auguſtius factum: dein à Carolo II. primi fil. muneribus adauctum. Demum à Ladislao, & à Margaritha ejus matre, aliiſque Regibus, Regumque filiis beneficiis ampliatum. Quod tum ex hiſtoriis, tum ex Regiis diplomatibus, quæ in ejus Archivo ſervantur, tum tandem ex compluribus ibi inſcriptionibus liquet. Quapropter ad illorum animas expiandas annuatim à Cœnobitis, regali in medio templi ſtructo cenotaphio, ſolemnia ſa-
41 cra fiunt. Ibi cineres totius fere Neapolitanæ Nobilitatis conditi videntur, noſtrique Sedilis plerique omnes ut Carminiani, Standardi, Ruſſi, Puderici, Conſtantii, Rocchi, Oriliæ, Cicinelli, Capuæ, Pignoni, Ruſſi à Leone, Muſettulæ, noſtrique Surgentes. Et jam extinctorum nonnulli, ut Facellæ, Cecaleſii, Spiccicaſii, Bonifacii, Pappanſogni, Francones. Et hi quidem ibi quaſi in hereditaria ſedilitia humantur ſepultura. Præter quos & aliorum Sedilium innumeri ſubteguntur etiam illuſtrium Familiarum viri, ut ſunt Baltii, Sanſeverini, Aldemoriſci, Olerii, Capycii, Tomacelli, Caraccioli, Minutuli, Aprani, Piſcicelli, Galeotæ, Bonifacii, Guindacii, Barreſii, Marræ, Barrilii, Oriliæ, Vulcani, Capuæ, Pagani, & Titulares complures, complureſque ſeptem Regni Officiis authorati, aliique nobilis generis viri, ac Regum qui pro tempore regnaverunt, familiares. Qui quidem omni qua decuit majeſtate, & monumentorum ſplendore humati videntur: Il-
42 lius autem jure, Equites Sedilis Montaneæ, ſoli potiuntur. Nam in Capitulum ipſius, ad Sedilitias res pertractandas conveniunt, locique ſunt protectores, ita ut eorum tantummodo conſenſu, omnia quæ ad Cœnobii regimen ſpectant, una cum loci Cuſtodis, vel *Guardiani* quem dicunt, interventu, pie peragantur, ex ſummorum Pontificum, Regumque conceſſionibus & decretis. Quod intantum protrahitur, ut ne Ædicula quidem vel Altare in ea Eccleſia concedi poſſit, inſciis & inconſultis ſex Dominis à dicto noſtro Sedili deputatis, ut ex ipſius Capitulis videre licet. Et quamquam jam inveniantur conceſſæ Ædiculæ quædam aliquibus Civibus, Familiarum longe ab Equeſtribus diſparium, tamen id evenit Oeconomorum incuria & diſſimulatione. Abſque enim dictorum Equitum expreſſa licentia, fieri non poterat, etſi in Eccleſia perſonæ non excipiantur. Eam vero incuriam & diſſimulationem, juribus dicti Sedilis ita obfuiſſe non puto, ut conceſſiones ipſas ſcindere non poſſent quandocunque libuerit. Eam juriſdictionem & protectionem præfatis tantum Equitibus debitam, notam facit, præter publica documenta, marmorea inſcriptio ipſi Campanili affixa, & huc tranſcripta ut jacet.

Digitized by Google

QUOD CIVIBUS CONTRIBULIBUSQ; OMNIBUS UNIVERSAEQ; URBI FAUSTUM FORTUNATUM Q; SIT DEI OPT. MAX. AC DIVI LAURENTII MARTYRIS HONORI DICATUM OPUS ATQ; A PRIMIS COEPTUM FUNDAMENTIS AN. SAL. M.CCCCLXXXVII. VI. K. APRILIS INCLYTO REGE FERDINANDO ARAGONIO REGNUM OBTINENTE, JOANNES BOFARDI F. CICINELLUS, ET CAROLUS PETRI F. SERGENTIUS EX MONTANEA TRIBU NOBILES, VIRIQ; UNDEQUAQ; ORNATI, TEMPLI PROCUR. NULLA ALIUNDE QUAESITA OPE, SED EX TEMPLI IPSIUS BONIS ID SUMENTES FACIUNDUM CURARUNT.

Quæ quidem inſcriptio, inde Montanei Ordinis præſtantiam in-
43 dicat, quod ejus Equites, inſcriptos habet: quandoquidem ſi publicum eſſet campanile illud, inſcriptionem hanc abſq; Principis offenſione non adiniſſet: in opere enim publico, alterius nomen inſcribi quam Principis, aut cujus pecunia id opus factum ſit, non licet. Idque intantum eſt verum, ut ne Præſidis quidem nomen licebit ſuperſcribere, *l.2.3.4. & fin. ff.de operibus publ. l.ſi qui judices Cod. eod.* Et hic aperte dicitur, eos nulla aliunde quæſita ope, ſed ex templi ipſius bonis faciundum curaſſe. Adde quod communiter obſervatur, quod in rebus in quibus quis habet authoritatem, facit nomen ſuum ſcribi, & apponi, ſecundum Jacob. Rebuff. in *l.2. C. de frumen.* Caſſan. in *cathalogo gloriæ Mundi in 55. conſid.* Palliietiam haſtæ in majori hebdomada, cum ſacratiſſimum Chriſti Salvatoris Corpus ſolemniter conditur ſepulchro, vel quandocunque in ea Eccleſia id fieri contingerit, equitibus dicti ſedilis tantum, antiquo jure portandæ deferuntur: patronorum more, quibus ſemper prærogativa debetur; *can. piæ mentis, & can. Frigentius 16. quæſt.7.* Anchar. in *cap. nobis 2.col. de jure patr.* Abb. in *rubr.eod.* Quod ab ipſius Conventus fundatione obtinuit, lege à Regibus poſita, ut duo ſemper Equites Theatri Montaneæ, illius protectioni præeſſent, ita ut etiam expenſæ in rebus dictæ Eccleſiæ neceſſariis, fiant per dictos Equites & Guardianum qui pro tempore ibi erit. Quod Reginæ Margaritæ, Ladislai Regis matris, documenta, quæ in dicti Conventus Archivo ſervantur, adhuc indicant. Idque ju- 44
re fundationis optime factum fuit. Cuique enim licitum eſt in traditione rei ſuæ, legem quamcunque vult, apponere, etiam in ſpiritualibus, prout eſt text. in *cap. generali, de elect.in 6.* Gloſ.in *can. Eleuterius 18. q.2.* Abb. in *cap. quanto, extra de cenſib.* Innoc. in *cap. quoniam, ne prælati vices ſuas.* Domin.in *cap.cum ex eo, in ult. not ab. de elect. l. ob res ff. de pact. dotal.* & late Arnulf. Ruzeus in *tract. de regalib. num.6.* Et ex his *Regalem* vocat *fundationem* Joan. de Sel. *de benefic. quæſt.23.par.2. num.37.* Ubi hæc tuetur etiam ex textu in *cap. cum nobis, de jur.patr.* Gloſ. Pariſ. *de mat. feud. §.27. nu.9.*

Et

Digitized by Google

Et omnium latiſſime Dn. Mutius, meus major germanus in largis ſuis, quas circa hæc fecit lucubrationibus typo quam dignis & cum Fiſci patronum jam diu ageret, & cum ad D. Claræ Conſilium allectus eſſet, & nunc ubi Regiæ Cameræ Summariæ præſidens, Regium tuetur patri-
45 monium. Sed heu, heu Germani hujus recordatio, ac item & Dn. Fabii tertii ſuperſtitis abſentia, (militaris enim copiæ Tribunus, Cypro inſulæ à Turcis obſeſſæ ſuppetias it, & equeſtris jam copiæ deſignatus præfectus, longiorem protrahet abſentiam) aliorum quatuor amiſſorum memoriam fricuit. A quo eo plus urgeor, quo in eorum amiſſione plus eſt nobis amiſſum. Joannis enim Franciſci primogeniti miram in civilibus peragendis negotiis dexteritatem, dexteram diligentiam, diligentem celeritatem, celerem promptitudinem teſtantur tum Philippus Hiſpan. Rex ac dominus noſter, cum etiam noſtra Civitas. Hæc quidem dum ad Siculos, ille vero dum ad Venetos, ardua ob negotia, ipſum Legatum mittunt. Aloyſius pariter & Bernardinus Hieroſolymitani Equites, licet adhuc per gloriam vivere cenſeantur, *Inſtit. de excuſat. tut.* §. 2. cum pro Rep. & pro Chriſtiana Religione in Melita à Teucris circundata an. M. D. L X V. ſtrenue occubuerint, adhuc tamen homines ſumus, & quos oculis frui non poſſumus, corde lugere cogimur. Marius tandem Jureconſ. ſummis Magiſtratibus integerrime functus, & Provinciarum Principatus citra, & Baſilicatæ, ſeu Picentinorum & Lucaniæ præſes, & ad ſublimia negotia per univerſum Regnum à Principe delegatus, & Regis à conſiliis jam deſignatus, qui in primo juventutis aditu (octavum enim & vigeſimum ætatis annum nondum compleverat) morte præreptus, ingentem omnium de ſe conceptam ſpem, miſere eſt fruſtratus, relictis innumeris ad diverſas cauſas Reſponſis, *Conſilia* quæ vocant, præclara ſui ingenii monumenta: quæ etiam & ad communem ſtudioſorum utilitatem, & ad fratris memoriam à temporis injuria vindicandam, edenda cum primum curabuntur. Sed quidni Philippum ex patruele nepotem etiam lugeam? qui jam nuper in Cercina cum compluribus aliis Neapolitanis equitibus annum vix XVIII. attingens, miſere à barbaris transfoſſus interiit. Eſt autem Cercina, inſula maris mediterranei cum urbe ejuſdem nominis ex adverſo Aphricæ, ad promontorium minoris Syrtis ſita. Plin. *lib. nat. hiſt. 5. cap. 7.* Pompon. Mela *de ſitu Orbis*. Hanc Ptolemæus *lib. Geographiæ 4. tab. 2.* CERAUNAM etiam dici ait. At ſatis eſt meruiſſe lugeri. Id tamen dixiſſe liceat, nos tantum tres, ex vetuſtiſſima noſtrorum ſerie, juri operam dediſſe, cæteros omnes militiæ. Idque nemini mirum 46
videri debuerit, cum temporum varietate, ſtatum mutari perſæpe contingat, *cap. non debet de conſanguin. & affin. can. ſciendum*, 22. *diſt.* 34. *quæſt. 4. can. quis ignoret* 3. *diſtinct. can. erit autem*, & *ibi Gloſ.* Eoque 47
minus quod inter arma, & leges ea eſt affinitas, ut non ab re diu diſceptatum fuerit inter Doctores quibuſnam primas deferre debeamus. Quæſtio agitatur ut plurimum in *prob. Inſtit. in principio* ubi perbelle & ſuccincte Jaſon, & Paulus Fuſcus in

ſuis

ſuis *ſingularibus*. Non parum eſt igitur decoris quod Milites dictæ Montaneæ Tribus præter aliorum morem, qui in loco in ipſis Sedilibus apparente, id agunt, in prænotato Divi Laurentii capitulo concionem celebrent. Quando vota atque ſuffragia publica, in eccleſiis ferre, non omnibus, nec paſſim licet, prout eſt tex. in *l. denunciamus Cod. de iis qui ad eccl. confug.* ubi vide *Gloſ.* Senatores etiam in loco profano ad conſultandum non conveniebant, ſed in auguſto & ſacro, & ubi Deorum templa eſſent, Gell. *lib.*14. *cap.*7. Alex. ab Alex. *lib.*4. *cap.*11. & *ibi* Tiraq. nec immerito, cum Senatus *ſanctus*, & *ſanctior* dicatur, quemadmodum & *ſanctius conſilium*, idem Alex. *lib.*4.*cap.*11. & Decuriones qui ordinis ſunt ad inſtar ſunt Senatorum, *l.ſenatores Cod.de decur. lib.*10. & quælibet Civitas habet Senatum ſuum, *Auth. de nat. lib. in cur. deput. in princ.* Luc. de Penn. in *rubr.* & in *l. omnes*, *la prima*, *Cod. de decuri.* Caſſan. in *Catal. glor. mun. par.*7. *conſid.*12. Ad quod illud etiam addi poteſt, quod oculata fide inſpicitur, nempe affinitas quæ ipſi ſedili eſt cum Eccleſia *Divi Archangeli* qui *ad ſignum* dicitur (ut interim taceam Ædiculam aliam quæ alio ex latere eſt ipſi contermina) quæ eo eſt ipſi contigua, ut unus & idem paries hinc ſedile, inde Templum ſuſtineat, in unum quaſi corpus ambo redigendo, ut ipſum etiam ſedi-
48 le quodammodo religioſum dici poſſit; cum quæ ſacris & religioſis inhærent ſint religioſa, *l. quæ religioſis ff. de rei vendic. l. inter ſtipulantem* 9. *ſacram ff. de verb. obligat.* Quod quidem non parum eſt ipſi decoris & privilegii, cum quæ eccleſiis inhærent per xl. paſſus ſi majores fuerint, per xxx. vero ſi minores, vel cappellæ circum, ſacra cenſeantur, *can. ſicut antiquitus*, & *can. quiſquis* 17. *q.*4. & facit *cap. ad hæc*, *de relig. domibus*, *l.ſi quis ſepulchrum*, *ff. de relig. & ſumpt. funer.* ſicuti & palatia Principum non ſunt parietibus & ædificiis privatorum coarctanda, *l. quicunque Cod. de oper. publ.* facit *can. nulla & ibi gl.*12. *q.*1. Caſſan. in 49
Catal. gl. mun. in auth. princ. 150. Cujus rationis cauſa, ac item ne veneranda illius vetuſtas aboliretur, ipſum Sedile ejus Milites nunquam immutare voluerunt. Eoque minus quod quanto quid eſt antiquius, tanto cenſetur dignius, & plus decoris & majeſtatis habet: ideo nec vetuſtate conſumpta reficiebantur, nec effracta reſarciebantur. Alex. ab Alex. *lib.*5. *cap.*14. Plut. *cap.*36. *Inſtit. de rer. diviſ.* §. *ſingulorum*, *l. ſemper*, *ff. de jur. immunit.* Et ut Sedilis fines intacti remaneant, juxta *univer. tit. ff. & Cod. fin. regund. & de termin. moto.* Dicitur autem *D. Archangelus* 50
ad ſignum (ut id interim non omittamus) Eccleſia illa, ob cubitale quadratum marmor, æreo clavo in medio infixum, ac ad ipſius ſcalas in via infoſſum. Quod poſitum fuit ſignum ad futuram memoriam vindicatæ Neapolis à Sarracenorum injuria & incurſibus, ingentiſque illorum ſtragis eo loco factæ. Res ita ſe habet. 51
Angentibus Sarracenis noſtram hanc, ultra modum, Civitatem, D. Anellus ejuſdem Sedilis Eques, & notioris ſanctitatis, quam ut noſtro indigeat elogio, qui tunc inter mortales agebat (evenit hoc circa Sal. an. DL.) à D. Archangelo monitus fuit, Neapolitanos

Digitized by Google

politanos dubio procul victuros si ibi in illos vim impeterent. Quod exequati fuerunt adeo strenue, ut sanguis ex interemptis Sarracenis effluxus, ad mare usque decurrerit. Est autem spatium illud ad duo stadia. Victoria itaque potiti Cives, locum illum D. Archangelo consecravere, templum erexere, præfatum signum affixere, & D. Anellum in patronum
52 suscepere. Indeque factum est ut huic Sancto vexillum Neapolis insignibus pictum tribuatur; quod omnes, qui ea de re scripserunt, una voce testantur. Ne autem temere id factum videatur, idest æreum clavum in marmorea tabella infixum, operæ pretium erit scire, quod usus æris ait Plin. *lib. nat. hist.* 34. *cap.* 9. ad perpetuitatem monumentorum jampridem translatus est. Ob quam causam leges XII. tab. in æreis tabulis inciſæ fuere, secundum Dionys. *lib.* 10. Diod. Sicul. *lib.* 14. Liv. *lib.* 3. Plin, *loco citato*, & alios. Quorum authoritate, Pomponii sententia *l.* 2. §. *exactis deinde Regibus*, facile refellitur, qui eboreas fuisse dicit. Et Cic. ubicunque de incidendis legibus comminiscitur, in *ære incisas* ait: quod videri poterit in *Philipp.* non semel, in *Catilin. de Divinat.* & *alibi*. Qui quidem mos incidendarum in ære constitutionum & legum, ex Græcis ad Romanos translatus fuit. Minos enim Cretæ Rex ter singulis annis leges æneis tabulis inciſas, per populos circumferendas curabat, ut sanctius adservarentur. Plato in *Minoe*, & refert Bud. in *l. unica ff. de off. præf. prætor.* Postmodum vero ad usque posteriorum Cæsarum tempora deductus fuit; Theodosius enim & Valentinianus in tabulis æneis jubent incidi legem, quam de frumento urbis Constantinopolitanæ scisserunt, *l.* 2. *Cod. de frum. urb. Constant. lib.* 11. Et Moses, leges ab Deo ipsi datas, in lapideis tabulis insculpsit: innumeraque hujusmodi adducuntur exempla. Illud autem non omittendum & huc valde confert, quicunque ejusmodi tabulas refixerit sive revulserit, in pœnam legis Juliæ peculatus incurrit, *l. qui tabulam ff. ad leg Jul. pecul.* Hunc pertinere posset, quod Livius *lib.* 7. 8. 9. & *alibi* memoriæ prodidit; solitos, scilicet, fuisse antiquos ad pestem sedandam figere clavum ad januam alicujus templi, prout ad dextrum latus ædis Jovis opt. max. aliquando fixum. Ad quam rem solemnius peragendam, Dictatorem creabant: at ne cum vera nostra religione, fallacem antiquorum superstitionem commiscere videamur, lubens pertranseo. Id tamen non subticebo, antiquæ & ridiculæ superstitionis illius, adhuc vestigia quædam apud plebeculam alicubi inveniri. Ad tonitrus enim pellendos, solent rusticuli quidam, aut clavum, aut gladium, aut quid simile ferreum æneumve humi figere: ita credentes altissimi Dei, ad quem in necessitatibus est recurrendum, fulgura avertere. Porro autem multiplicem æris usum apud antiquos recenset Ludov. Rhodig. *lect. antiq. lib.* 16. *cap.* 6. Omnino siquidem ad rem divinam, pleraque ænea adhiberi solita dicit: & in iis maxime sacris, quibus delinire aliquos, aut devovere, aut morbos expellere volebant. Inde Thuscos æneo vomere in designandis urbibus usos. Et Sabini æneis cultris tondebant sacerdotes. Et in Lunæ defectu silenti nocte

æris

æris ſonitum adhibebant, authoribus Liv. *lib.*26. Ovid. *Metamorph.lib.*4. & 7. Plutar. in *Æmilio.*Id etiam ſcitu non indignum refert Rhodig. moris fuiſſe venatoribus ſicubi aliquod animal mortuum reponerent, ne computreſceret, clavum æneum illi infigere; veluti ad avertendam putrefactionem efficaciſſimum remédium. Unde natum adagium ait, ut cum aliquis ſignificari velit, qui tutus ſit à periculo, *clavum æneum habere*, vel *clavo æneo infixus* dicatur. Statuæ quoque ex ære potiſſimum conflari conſuevere ad diuturniorem memoriam protelandam, quod annotavit Raviſ. in *ſua offic.* & Caſſan. in *Catal. glor. mundi par.*1. *conſid.*34. D.Joann.in *apocal.* Eman. Moſchop.in *ſelect.voc.act.* Phavor. in *comment. ling.grac.* Ex quo cum vario, tum antiquiſſimo æris uſu, & apud Romanos, & apud alias nationes frequenti, ac à Neapolitanis in re tam celebri mutuato, Sedilis Montaneæ antiquitas innoteſcit. Cujus 53
gloriæ vetuſtiſſima memoria loco ubi jacet, præſervata & defenſa fuit; cum in alienam meſſem falcem immittere nemini liceat, *cap.dudum, de reb.eccl. non alien. in* 6. *c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, extra de conſtit.* Iſern. in *cap. imperialis* §. *inter duos num.*31. *de probib. feudi alienat. per Frider.* Et quæ certam habuerunt interpretationem, minime ſunt mutanda, *l. minime, cum notatis ibi per Gloſſ. ff. de legib.* Quod tamen nedum marmor illud, verum & Regni *capitula*, & innumera publica monumenta teſtantur.

ADNOTATIONES

Ad *num.*1. *Licet carcer, non carceres dixiſſe debuit.*

Germanus meus in eorum inclinat ſententiam, qui cuſtodias reorum, in numero unius tantum, *carcer* appellari volunt: & certe ſi ad Ciceronem cæteroſque primæ claſſis authores reſpiciamus, haud dubie id affirmandum cenſebimus: alioqui tamen apud Jureconſultos *carceres* in numero multitudinis pro cuſtodia non ſemel leguntur: nunc autem id mihi ſuppetit Pauli in *l.ne quis, ff. de cuſtod. reor. Si quos*, inquit, *ex his qui in carceribus ſunt, &c.* ut *Cod.* interim rubricam *de privatis carceribus* penitus diſſimulem, tanquam quæ ad hanc rem nullius ſit authoritatis: imo & Plautus in *Aſinar. Qui adverſum ſtimulos*, ait, *laminas, cruceſque compedeſque nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, bojas, tortoreſque acerrimos*, &c. quamvis hoc loco carceres pro funibus quibus alligantur criminoſi, poſuiſſe videatur. Id ex animo ſubnotarim, quod etiam advertit Sigon. de *jud. lib.*2. *cap.*3.nempe facinoroſos apud Romanos non ſtatim quam comprehenſi eſſent, conjici ſoluiſſe in publica vincula, ſed tradi in liberas cuſtodias uſque dum confiterentur, inde in vincula coercebantur: *liberas* autem *cuſtodias* dicebant, cum domi alicujus magiſtratus, aut etiam alicujus privati nobilis, ponebantur cuſtodiendi: & huc reſpexit Venulejus in *l.ſi confeſſus ff. de cuſtod. reor.* cum dixit; *Reus confeſſus donec de eo pronunciaretur, in publica vinculo*

cula conjiciendus, & Scævola item *alibi*, *Reus confessus ob solam confessionem conjici in vincula consuevit*. Ejus autem rei cognitio, an scilicet in liberas custodias, an in publica vincula mittendi essent, sub Cæsaribus Proconsuli tributa fuit, *l.1. d. tit.* Sed & Magistratus etiam ob leviſſimam ſuſpicionem in carcerem conjicere poteſt, Bald. in *l.nullus*, *Cod.de exhib.reis.*

Num.13. Armamentarium P. R.

Prope templum Pacis alii fuiſſe tradunt, quod eodem tendit.

Num.47. Inter arma & leges ea eſt affinitas.

De hoc vide ad ſaturitatem Caſſan. in *Catal. par.9. conſid.11.*

SUMMARIUM

CAP. XII.

1 *Chronicis fides adhibetur, & ſecundū ea in dubiis judicatur.*
2 *Rerum cuſtodia ad eos ſpectat qui jus habent in illis.*
3 *Digniores in concurrenti numero præferuntur.*
4 *Sigillum caſtri, & Civit. regimen apud Nobiles manere debent.*
5 *Scripturæ paternæ apud primigenium conſervantur.*
6 *Patrimonium Civit. Neap. quare in tribunali D. Laurentii ſervetur.*
7 *Præſumptio poteſt fieri ex præſenti de præterito.*
8 *Ocularis inſpectio omnem ſuperat probationem.*
9 *Marmoribus & ari ab antiquo literis inciſis præſtatur fides.*
10 *Summa platea ubi fuerit Neap. & in ea Equites Sedil. Mont. conveniebant.*
11 *Summa platea cur ita dicta. Summates ſive ſummani, qui ſint,* & num.ſequ.
12 *Pluto Sūmanus dicitur, & quare.*
13 *Summi dicuntur divites & potentes.*
14 *Summi Magiſtratus eminentiores ſunt, & qui cæteris præſunt.*
15 *Nomen rei conſequens eſſe debet.*
16 *Archon ſive Archos Princeps eſt, & quare locus Sedil. Montaneæ Archo dicatur.*
17 *Archon ſummus Magiſtratus Athenienſium, à cujus nomine, faſti ſcribebantur.*
18 *Civitatis Princeps, Magiſtratus eſt.*
19 *Alciatus carpitur in declaratione l. pars literarum ff. de judic.*
20 *Andegavenſium Reg. habitatio Neap. ad Sedile Mont. fuit.*
21 *Oliernus Cutonus eques Sedil. Mont. Neapolis Dux, ideſt Archon fuit. Et omnibus de Ducatu Amalfiæ privilegium immunitatis Neapolitanorum conceſſit, quo adhuc Amalfitani utuntur.*
22 *Archiater ſummus medicus, qui vulgo protomedicus dicitur.*
23 *Archigerontes ſunt ſeniores & principes.*

Digitized by Google

24 *Judex curare debet ut capite damnati peccata confiteantur.*

25 *Clericis non est expediens in ultimo puncto supplicii, animam damnatis commendare, quia videntur mortem illis accelerare; ex summi tamen Pont. indulgentia id agunt.*

26. *Patriarcha summus patrum; Archiepiscopus summus Episcopus.*

27 *Archidiaconus praest archipresbytero; acchipresbyter autem praest presbyteris.*

28 *Archigubernus, primus classis gubernator. Archimimus, mimorum primus.*

29 *Archimandrita praefectus est Cœnobii, idest Abbas, vel Guardianus, vel Prior, vel* Præpositus.

30 *Archipirata piratarum primus, idest eorum qui in mari praedantur.*

31 *Piratarum bona, tempore quo piraticam exercent, praedari possunt.*

32 *Piratæ ter in anno à Papa excommunicantur.*

33 *Dictiones incipientes ab Archo; vel in eam terminantes, eminentiam & superioritatem significant.*

34 *Archion Magistratuum ædes, palatium, Regiam, prætorium significat.*

35 *Christiana religio in regione Sedilis Montan. & in uno ex equitibus ipsius, ortum habuit in hac Civitate.*

36 *Porta Nolana in regione est Sedilis Mont. & quare sic dicatur.*

37 *D. Asprenus Sicula eques Sedil. Furcillæ primus Christianus Neapol.*

38 *Neapolis ad Christianam fidem per Divum Petrum convertitur.*

Missæ Sacrificium Neapoli à D. Petro celebratum, eod.

39 *D. Petrus ad aram Neapoli quare dicatur.*

Jubileum Neapoli ad D. Petrum ad aram celebratur, eod.

40 *Neapolis Christianam fidem quasi ante omnes gentes amplexata est.*

41 *Janua dicitur caput ædis, & ubi est caput, totum corpus esse censetur.*

42 *D. Severus de Familia Carminiana: D. Anellus de Puderica, nobiles Sedil. Mont. D. Arpinus de Sedili Furcillæ.*

43 *Sedile Furcillæ quare sic dicebatur.*

44 *Y, cur Pythagoræ litera dicatur.*

Literas Græcas Palamedes primus invenit, eod.

45 *Vita humana unum habet initium, duplicem finem; virtutum scilicet, & vitiorum.*

46 *Equites Sedilis Furcillæ quare y in insignia sibi elegerunt.*

Juventus Neapolit. cursu exercebatur propositis præmiis, eod.

47 *Sedili Montaneæ, quod unitum habeat Sedile Furcillæ, duos facit decuriones.*

48 *Præmia vincentibus proposita ponebantur in ulmo ad templum Cast. & Pollucis, & quare.*

49 *Capuana & Nidus quare utuntur equo pro insignibus.*

50 *Magistratus omnes & Primores Civitatis, ad Tribunal. D. Laurent. in regione Sedil. Mont. ad res decernendas publicas accedere*

Digitized by Google

dere debent.

51 *Juramentum de bene administrando in tribunali D. Laur. à Magistratibus præstatur.*

52 *Juramentum in templo Jovis Fetretrii fiebat à Rom. & in juramento addebant sceptrum.*

53 *Æquales dignitate in proprio territorio sunt majores.*

54 *Decuriones in proprio oppido omnes præcedunt.*

Civis mediocris civitatis in propria patria præcedit civem majoris Civitatis, eod.

55 *Homo locum nobilitat.*

56 *Exilio damnatus exulare debet tam à loco ubi damnatur, quam ubi Princeps residet.*

57 *Delinquentes ad Principem accedere prohibentur.*

58 *Locus illustratur ex Principis præsentia.*

Civitate divisa per quarteria, quodlibet quarterium dicitur una Civitas.

59 *Civitas absque Principis indulgentia dividi in quarteria sive Sedilia non potest.*

60 *Civitate divisa per quarteria, illicitæ oriri possent conventiones, monopolia & dissensio, & seditiones.*

61 *Nobilitas divisa in sedilia, ad huc una censetur.*

Collegium unum censetur, licet diversæ sint sectæ collegiatorum.

62 *Tutela, una dicitur, licet à pluribus administretur.*

Officiales diversi, diversas non faciunt curias.

Regnum una censetur provincia.

63 *Sedilis furcillæ cum Montaneæ unionis causa.*

64 *Sedile Montaneæ cur duos eligat decuriones: cur latiùs tenimentum quam alia: cur duas regat Civitatis portas.*

65 *Portis Civitatis Capitanei ad guerram ex Equitibus præficiuntur.*

Capitaneorum ad guerram munus & authoritas.

66 *Civitas divisa est in sedilia ut melius regatur.*

67 *Sedilia instaurantur communi collatione omnium, qui in eorum regione habitant, vel prædium habent.*

68 *Montaneæ sedile decem sedilia habebat, & quæ fuerint, connumerantur.*

69 *Sedilis Montaneæ cum Roman. porticibus collatio.*

70 *Sedile Montaneæ in salubriori Civitatis regione situm.*

Hujus etiam Sedilis vetustatem, ut hanc rem absolvamus, innumeri testantur Authores, ex quibus tres tantum, & ipsos quidem sedilitios, in medium afferam. Panormita igitur Nidi ordinis eques, in *triumpho Alphonsi*, ubi omnia commemorat sedilia, hoc, *vetustissimum* appellavit, quod de nullo reliquorum dixit; & superlativum non mutat gradum, sed majorem infert qualitatem; nam accidentia denominant subjectum, Bald. in *cap. ult.* §. *cæteri, quis dicatur dux*, Cassan. in *Catal. glor. mund. par.* 7. *consid.* 2. Idipsum fatentur Sarnus & Pappansugna in suis, quæ de sedilibus conscripserunt *chronicis*; quibus in judicando sacer Senat. Neapolit. eam fidem adhibuit, ut secundum ea sententiam

Digitized by Google

dixerit, teste Afflict. in *decis.245.& Fset. de subfeu.tit. de orig feud.n.68. & tit. de sum.reg. num.70.* Et id quidem nedum Senatoribus & causarum patronis, verum & cæteris etiam curialibus notorium est: chronicis standum esse notat Bald. in *l.un. ff. de off. quæst.* Gloss.in *cap.inter dilectos, ver. magis, de fide instrum.* & in *cap. venerabilem de elect. & can. in nomine domini dist.23.* Bart. & communiter DD. in *l.1. ff. si cert. pet.* Isern. in *præl. feud. in fine.* Verum ante omnes conclamant hoc ipsum literæ in marmorea basi, quæ ipsum Sedile sustinet, annis ab hinc plus minus mille tercentum inscriptæ hunc in ordinem.

PIISSIMAE AC VENERABILI DOMINAE
NRÆ. HELENAE AUGUSTAE MA
TRI DNI. NRI. VICTORIS SEM
PER AUGUSTI CONSTANTINI ET
AVIAE DOMINORUM NOSTRORUM BEA
TISSIMORUM CAESARUM
ORDO ET POPULUS NEAPOLITANUS.

Et non multis ab hinc diebus, aliud marmor inventum fuit, ac in collegium societatis Jesu importatum, his literis insculptum.

PIISSIMAE AC CLEMENTISSIMAE
DOMINAE NOSTRAE AUGUSTAE
HELENAE MATRI
DNI. NRI. VICTORIS
SEMP. AUGUSTI CONSTANTINI, ET AVIAE
DOMINORUM NOSTRORUM
CAESARUM BEATORUM
UXORI DIVI CONSTANTINI
ORDO NEAPOLITANUS
ET POPULUS.

Quæ quidem inscriptio etsi totius urbis antiquissimæ nobilitati maximam afferat gloriam, alibi enim hucusque visum non observavimus, ipsi tamen sedili particularem præbere asseverare possumus, cum ejus a memoria apud ipsum servetur. Rerum enim custodia ad eos spectare notum est, qui jus habent in illis, *l.fin.* 3 *ff. de fid. instr.* ac in concurrenti numero digniores præferendos, *l. si quæ ff. famil. erciscund. l.semper ff. de jur. immun. l. si plures ff. depos. l.1. ff. de privil. credit. l.in finalibus ff. fin. regund.* Angel. in §.*actio, Instit. de act.* Cassan. in *catal. glor. mundi part.1. consid.38. arg.50. & 51.* sicuti & castri sigillum, & Civitatis regimen, quo ad statum, apud Nobiles tanquam digniores, & paternas scripturas ad primogenitum conservandas 5 tradi, Bald.in *cap.fin. de fratr.de nov. benef. invest.* Andr. in *cap.1. de pace & jur.firm.* refert Capyc. in *decis.27.*

Ex

6 Ex quibus eisdem juris rationibus, civitatis hujus patrimonium ex antiquis & novis documentis cautum in Tribunali D. Laurentii in ejusdem sedilis, ut diximus, regione fundato, conservandum patet: & ex eisdem, Nobiles ipsius, in ipso, jure quodam patronatus potiri ut *supra* diximus. Nec intelligi potest populares hujusmodi habere custodiam: tum quia una platea non potest esse totus populus; tum etiam, quia cum novissimo loco Nobilitas sit regimen totius universitatis, medio
7 etiam tempore præsumi necessario debet hoc ipsum fuisse, quia ex præsenti præsumitur in præteritum, *l. si hi, Cod. de adult.* Et cum oculari inspectione appareat, omnem aliam
8 superat probationem, *l. si in ruptio-*
9 *ne §. 1. ff. fin. regund. l. eandem, in fin. ff. de fer.* & in dubio, antiquis marmoribus vel æri, literis incisis non modica præstatur fides, *l. vel qua*, & *ibi* Bald. *ff. de relig. & sumpt. funer.* post *glos. ordinar. in l. monumentorum Cod. eod.* Glos. in *cap. quanto, de jurejur.* Mayn. in *l. 1.* & *ibi*
10 DD. *ff. si cert. pet.* Quibus consequens est summam Plateam non ab eventu in eadem fuisse regione nominatam, quum cuncti nostrates Historiographi primam conditam fuisse asseverant, & in ea Nobiles sedilis Montaneæ conveniebant ad publica gerenda negotia. Quod ultra quamplurimas alias authoritates ex antiquissimis documentis in rerum commercio commemoratis, indicat Reginæ Joannæ I. scriptura, in qua asseritur locum fuisse, qui *summa Platea* dicebatur, ubi Nobiles sedilis Montaneæ congregari consueverunt, & postea ab ea venditus fuit in *Registro Reg. Joannæ secundæ fol.* 1432. *fol.* 293. nonnullasque hujus Theatri columnas præteritis annis inventas fuisse scimus, & impræsentiarum Notarii, aliique memoriarum scriptores in contractibus & testamentis quæ in ea regione conficiuntur, & potissimum ad Theatrum hujus Civitatis, cujus adhuc ingentia videntur vestigia, & ab antiquitate quam præseferunt vulgo *Antiqualia* appellantur, in *summa Platea* factum esse proclamant: meorumque majorum incolatum ibidem antiquissime fuisse, scripturæ penes nos existentes etiã testantur. Quod quidem epithetum circumspectiorẽ efficere locum illum ex pluribus comprobari poterit: *Sum-* 11
ma enim vocabatur, quod Summates sive Summani, ideſt Civitatis optimates & Principes, sive Primates in ea habitabant, juxta expositionem Ambros. ad quod adducitur textus in *l. quinque summates Cod. de decur. lib.* 10. ubi Glos. *summates*, inquit, *primi ordinis Alexandrini corporalibus injuriis immunes esse censemus*: & vocabantur *summates*, quasi summi, qui præerant decurionibus Curiæ, & *summanus* dicitur Pluto quasi summus 12
deorum inferorum, Martian. in *nupt. philolog.* Et *summates*, ideſt, principes in civitate, Plau. in *Pseud.*

Nec ego loquor delitiæ summatum virum.

inde *summatus* substantive, ideſt dominatus. Lucan. *lib.* 3.

Imperium sibi, eum ac summatum quisque petebat.

Connan. *lib.* 2. *jur. civil. cap.* 9. *n.* 6. dicit. *Neque enim consentaneum fuerit prædium inferius meliore jure esse quam superius cui servit*: facit Bart. in *l.* 2. *ff. de furt.* & Aul. Gell.

lib.

Digitized by Google

lib. noct. attic. 2. cap. 1. dicit, *supremum esse cæteris provinciis Italiam*, ideſt ſummam & maximam. Val. Max. *lib. 2. cap. de modo comed. antiq. Inſtit. de jur. perſ. in princ.* & *ibi* Gl. & *de publ. jud. §. fin. l. tria ff. de ſervit. ruſt. præd. l. 1. cum gloſſ. Cod. de quib. muner. vel præſtat. nem. lic.* 13 *ſe excuſ. in verſ. ſummis*. Summi etiam dicuntur divites & potentes Tiraq. *de nobilit. cap. 2.* ubi *ſummo loco nati*, prout eſt videre, & facit text. in *l. 1. §. denique ff. de aq. pluv. arcen.* His enim locis eminentioribus etiam circa dominium *Conſuetudo Neapolitana* quæ incipit *Si duorum*, in *rub. de ripa & efrico*: & idem jure communi vocatur *ſummitas riparum* ſecundum Napod. & cedit habentibus terram ipſius ſummatis *ff. de* 14 *flumin.* Hinc etiam *ſummi Magiſtratus* dicuntur, ideſt, eminentiores, & qui cæteris præſunt, *l. pars literarum ff. de jud.* & quæ in *rubr. Cod. de ſumma trinit. & fide cath.* & in *l. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſumpt. funer.* cum quamplurimis correlariis ſive ſimilibus. Oſtendit præterea dicti ſedilis vetuſtiſſimam nobilitatem, nomen quo ubi ſitum eſt ſignificatur; vulgo enim *Archo* dicitur, quod non- 15 niſi ex adæquata dignitate impoſitum fuit; nomen enim rei conſequens eſſe debet, *l. decernimus, in fin. & ibi* Gloſſ. *Cod. de epiſc. & cler. l. 1. in fin. ff. de offic. præf. urb. l. defenſores Cod. de defenſ. civ. Inſtit. de donat. §. ſed primus*, & *ibi* Gloſſ. & DD. Plato in *Cratylo*. Nam *Archon* ſive *Archos* 16 princeps interpretatur. Et quanquam vulgus ignarum inde *Archo* appellari exiſtimet, quod longus parietum tractus juxta ipſum ſedile ad templum uſque Caſtoris olim & Pollucis, nunc DD. Petri & Pauli arcuatim ſit ſtructus, prout hodie magna ex parte videtur: (quæ quidem opinio aures demulcere videtur ob loci factum & à communiter accidentibus) tamen qui humanas profitentur literas, non ad ædificii ſtructuram, ſed ad nominis vim referunt, ideſt, ubi *Archon*, ideſt Reipublicæ Neapolit. Princeps incolatum faciebat. In cujus rei fidem adducitur vetuſtiſſimum marmor, paucis ab hinc menſibus inventum, & his inſcriptum literis.

D. M.
MARTIAE MELISSAE
CONJUGI INCOMPARABILI
FOELIX ARK.
REIP. NEAPOLITAN.

17 Hoc eſt, *Archon Reipublicæ Neapolitanorum*. Eſt enim, ut diximus Archon, Princeps, & eſt ſummus Magiſtratus apud Athenienſes, à cujus nomine faſti præſcribebantur, quemadmodum à Conſulum Romæ, quod clare colligitur ex Cic. *de Fato*, ubi, *Morietur*, ait, *Epicurus cum duos & ſeptuaginta annos vixerit, archonte Pytharato*. Præerat etiam Judicibus, judiciorumque moderator erat, & ea fere munera gerebat, quæ Romæ Prætor, ut ex Demoſthene, & Iſæo oſtendit Bud. Unde *ff. de judic.* ſcribitur ea lex *Pars literarum Divi Adriani*, inde græcæ 18 li-

Digitized by Google

literæ sequuntur, ideſt Archontas, ideſt Athenienſium ſummos Magiſtratus; nam Civitatis Princeps Magiſtratus eſt, *l. ſpadonem §. ſi civitatis princeps, ff. de excuſ. tut.* In qua *l. pars literarum*, duo quæ ad hujus Inſcriptionis declarationem conferunt, optime faciunt: unum quod de Adriano loquitur qui in hac Civitate Demarchus fuit, ut ait Ælius Spart. in ejus *vita*, & Alexand. ab Alex. *lib. 3. cap. 23.* Alterum quod de Athenienſium Magiſtratibus loquitur, à quibus Neapolitani genus ducunt, ut diximus in principio hujus libri, ſecundum Dionyſ. *lib. 5. in fine.* Alexand. ab Alex. *lib. 3. c. 23.* & ibi Tiraqu. Quo fit, ut Alc. haud ſane ſenſiſſe dicamus, qui *d. l. pars literarum* localem fuiſſe dixit, ideſt quod tantum Athenis habuiſſet effectum: 19 fuit enim ubique locorum ſervata, ſecundum Anton. Auguſt. *lib. ſing. ſubtit. de tut. excuſ.* & ita antequam ipſum viderem naturaliter ſenſi. Noſtra vero concluſio de Archo, inde etiam probatur, quod ibi Andega- 20 venſ. Reg. habitatio fuit, prout eorum inſignia, ad parietes domorum contra ipſum Sedile ſitarum affixa, adhuc indicant; quæ ad præſens ſunt D. Fabii Cicinelli ejuſdem Sedilis equitis. Is, Neapolit. Reip. Princeps, qui antiquitus, ut diximus *Archon* græce dicebatur, temporibus poſtea 21 non adeo antiquis, latina voce *Dux* dictus fuit, ut de Olierno Cutono, dicti Sedilis milite, ac Neapolitanorum Duce, documenta legimus, quæ opportuniori loco referemus, in privilegio, ſcilicet, à Civitate Neapolis omnibus de Ducatu Amalfiæ conceſſo, inter *Ritus Reg. Cam.* quibus impræſentiarum, etiam non denegatur, certis ſub circumſtantiis, prout *ſuo loco* latius dicemus, & à Fretia non ſuo ordine recitato. Eodem tendit, quod de *Archiatro* ſcribitur, ut 22 princeps ſit medicorum, vel ſummus medicus, ut aliis placet, de quo in *rub. de comit. & archiat. Cod. lib. 12. l. medicos*, & *l. ſi quis*, *Cod. de profeſſ. & med. lib. 10. l. archiatros*, *Cod. de met. & epidemet. lib. 12. §. jubemus igitur*, *in auth. de ſanctiſſ. epiſc.* per Alciat. in *d. rubr. de comit. & archiatr.* Tiraq. *de nobil. cap. 31. num. 18.* adde text. in *l. final. §. 1. Cod. de inoff. teſtam. l. 2. Cod. quibus non objic. long. temp. præſcr.* Caſſan. in *catal. gl. mun. par. 1. conſid. 13.* tenet fuiſſe Oſtiarium principis, quod confutatur per prædicta per Tiraq. & per ejus *formulam*, quæ legitur apud Caſſiodor. Boer. in *tract. de auth. magni Conſil. num. 150.* ex Bart. in *l. de comit. & archiat. C. lib. 12. Archigerontes* eodem ſen- 23 ſu intelliguntur ut ſint ſeniores & principes, *l. archigerontes Cod. de epiſc. aud.* Qua *l.* proviſum fuit ut ipſi archipresbyteri, pœnitentialem confeſſionem *Ergaſiotarum*, hoc eſt chriſtianorum damnatorum in metallum, intelligerent, ut Accurſ. Bald. Salic. & aliis placuit. Unde præter ipſos Parjs de Put. in *tract. de Syndic. verſ. Judex qui aliquam*, *car. 92.* per eam *l.* notabat, Judicem debere curam condemnatorum, ut confiterentur habere. Sed Alciat. *lib. diſpunct. 3.* 24 *cap. 88.* aliter declarat, dum ibi de dioceta ergaſti eorum mentio fit, & ſuperiori expoſitioni aſſenſit. Tamen 25 non ſine dubio fuit evitatum clericos confratres non eſſe condecens in furcarum pedibus, ad mortem damnatis, ut moris eſt, animam commendare, quia videntur illis mortem

ac-

Digitized by Google

accelerare ; quod eis non est permissum. Sed hodie sublata per Suam Majestatem confraternitate prædicta, aliquibus ex causis suam rectissimam mentem moventibus, ut *alibi* fusius scribam, tantum clerici confratres ad damnatos associandos relicti fuere, quibus & à Summo Pontifice dispen-
26 satum fuit. Hinc etiam, ut eo redeam, *Patriarcha*, Summus Patrum interpretatur, *Archiepiscopus* Summus Episcopus, ideſt primus, contra Alciatum, *can. cleros* 21. *distinct.* hinc *flamines*, *archiflamines*, *proto-*
27 *flamines*, *can.* 1. 21. *distinct.* Idem de Archidiacono & Archipresbytero, qui Archidiacono subest, presbyteris præest *cap.* 1. *de off. Archidiacon.* & *cap.* 1. *de off. Archipresb.* Hinc *Ar-*
28 *chigubernus*, classis præfectus, sive primus gubernatorum classis, *l. Sejus ff. ad Senatusc. Trebell. Archimimus*, mimorum primarius, *l. patronus ff. de*
29 *ope. lib. Archimandrita*, præfectus cœnobii, ideſt Abbas, vel ut alibi dicunt *Guardianus*, vel ut alibi *Prior*, vel ut alibi *Præpositus* & similes, *l. nos reddentes Cod. de Sum.*
30 *trin. & fid. cath.* Inde etiam *archipiratæ*; nam sunt piratæ qui in mari prædantur, de quorum insidiis legitur in *l. in rebus ff. commod.* & de eorum pravitate, in *auth. navig. Cod. de furt.* Alciat. in *cap.* 1. §. *navigia*, *de stat. & conf. con. lib. eccl.*
31 Quorum bona, tempore quo piraticam exercent prædari possunt, alias secus, Soccin. in *cons.* 262. *col.* 3. An-
32 gel. *cons.* 190. incipiente, *Thema tale est*: *sacr. cons.* 170. *lib.* 2. Et ter in anno à Papa excommunicantur, Host. in *Sum. de sent. excomm.* Abb. in *cap. excommunicationi*, *de rapt.* Cic. *lib.* 2. *de offic.* Archipirata nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut occidetur à sociis, aut relinquetur. Mare infestum habent; nam cum quidam pirata ab Alex. Magno ad eum adductus interrogaretur, cur infestum mare haberet? *Quid tibi*, inquit, *qui orbem terrarum habes infestum? sed quia id ego exiguo navigio facio, latro vocor, tu quia magna classe, imperator*. D. Augustin. in *lib. de civit. Dei*. Alciat. in *l. bona, in fin. ff. de verb. signif.* Et ut ge- 33
neratim dicam, omnes dictiones quæ ex hac particula *Archos* incipiunt, vel in eam finiunt, præstantiam & præeminentiam significant. Prout in Dictatore, apud veteres *populi magister* vocato, & in eo sæpe Respubl. & imperium stetit, & apud Græcos *Æsymetes*, apud Lacedemonios *Armostes*, apud Thessalos *Archos* dicebantur qui parem Regiæ dignitatem potestatem habent. Thebani vero *Archinum* dicebant. Æl. autem Spart. quem *supra* retulimus, Neapoli *Demarchum* appellatū fuisse dicit: vide Alexand. ab Alex. in *prænotato loco*, & Tiraq. Vel dicitur *Archo* ab ἀρχὴ, ideſt, *principio*: ibi enim primum ædificata fuit civitas, quæ postea ad differentiam novæ civitatis conditæ, *Palæpolis*, ideſt, *vetus civitas* dicta fuit, ibique adhuc sunt indicia: vetustiora enim ædificia quam ibi, in hac civitate non videntur. Poterunt etiam 34
literæ illæ *supra* memoratæ Inscriptionis ARK. licet parum apte, interprætari *Archion*, quod, ut alias diximus, Magistratuum Ædem significat, & Regiam sive Prætorium, & Palatium, & judiciale Forum, ex Bud. in *l. moris* §. *non inquam ff. de pœn.* Non solum autem gentilium 35

tem-

Digitized by Google

tempore regio hujus Sedilis, imo ipsum Sedile illustrioribus fuit exornatum ædificiis, quorum adhuc superbissimæ supersunt reliquiæ; & vestigia, ut templum Cast. & Pollucis in DD. Petri, & Pauli, ut diximus commutatum. Huic affine Theatrum, & Prætorium sive Archeum, ideſt ubi civitatis Archon vel Dux residebat, & hujusmodi alia, quæ suis enumeravimus præcedentibus locis; verum & nostra, ideſt christianorum religio, in ea primum fundamenta jecit, ac in cor unius ex equitibus ipsius, Dei verbum seminavit. Rem cunctis notissimam brevi attingam. Petrus Apostolorum princeps, post Christi Salvatoris ad cœlos ascensum, Romam petiturus per nostram hanc civitatem iter agebat:
36 prope Portam regionis tunc Furcillæ & nunc Montanæ, quæ propterea quod Nolam versus vergit, *Nolana* dicitur, spectatæ honestatis mulieri obviam factus, de civitatis religione, de civium vita & moribus percontatus, singulatim responsum accepit; hominem autem præ cæteris justum, nomine *Aſprenum Siculam*, Sedilis Furcillæ equitem, membrorum ariditate in lecto laborare intellexit, & proinde mulierem discessum accelerare; erat enim Aſpreni soror. Apostolus, mirabile facturus opus, baculum suæ senectutis comitem, ad illum misit, jussitque ut ei innixus ad ipsum veniret. Fidens mulier acceptum baculum ad Aſpre-
37 num attulit, rem nunciavit. Is sancto afflatus spiritu, misterium statim sentiit, credidit, baculum accepit, quo vix tacto (mirabile) sanus factus est & ad Petrum accessit.
38 Ille eum de Christiana fide instruxit, Episcopumque civitatis instituit: miraculum evulgatur, confluunt undique cives, Apostolique verba audiunt, Christianam amplectuntur fidem, aram Deo Optimo Max. erigunt, Petrus sacra facit Aſpreni ministerio usus, Ibi postea Christi fide-
39 les Templum construunt, D. Petro dicant, ab *Ara*, ubi ipse celebrarat sacra, nomen imponunt & adhuc retinet: *Divi* enim *Petri ad Aram* vel hodie appellatur. Ibi sanctissimum celebratur Jubileum ubi anni celebritas advenit. Vita demum functo Aſpreno, inter sanctos refertur, ejusque caput adhuc cum cæteris Civitatis patronis religiose in theca argentea servatur, pieque colitur in ædicula Majoris Ecclesiæ *Thesaurus* nominata; ubi & baculum præfati miraculi instrumentum custoditur: ejusque natalitia die Augusti tertia colimus. Illius vero familiam, ideſt Siculorum annis ab hinc plus centum extinctam novimus, jam muneribus & honoribus dicti Sedilis Furcillæ sive Montanæ usque dum floruit functam. Ex quibus perspi-
40 cuum est Neapolitanos veram religionem quasi ante omnes gentes, & in ipso religionis initio amplexatos esse, ac nunquam defeciſſe, ut fusius in epitheto, *Christiana*, dicemus. Major item Ecclesia hujus civitatis in eadem regione constructa fuit, quæ nunc dicitur, ut & à sui constructione dicebatur, *Divus Georgius Major*: quod præter antiquissima & frequentissima documenta à nobis *supra* relata, vestigia non parvipendenda etiam in præsenti demonstrant. Sedes enim marmorea in qua Præsul pontificalibus indutus vestimentis, in sacris peragendis assidere solebat, ad-

Digitized by Google

huc integra & immota ſuo loco videtur: quemadmodum & Tribunal Magnæ Cur. Vic. item & Tribunal Siclæ in eadem regione ſita erant, ut *ſupra* diximus. Ædes etiam monetæ, ideſt ubi moneta publice cuditur, ejuſdem eſt tenimenti; licet enim in confinio ſit regionis Furcillæ & Portæ Novæ, quia tamen janua eſt in regione Furcillæ, tota ædes in ea regione eſſe intelligitur; cum janua ſit caput ædis, & ubi eſt caput totum corpus eſſe cenſetur, *l. quod conclave ff. de damno inf. l. ſi cui ædes ff. de leg. 3. l. prædiis §. balneum eod. tit.* & Bart. in *d. l. quod conclave*, per text. in *l. cum in diverſis ff. de relig. & ſumpt. funer. §. religioſum Inſt. de rer. diviſ.* Cujus quidem Aſpreni exemplum imitati cæteri ejuſdem Sedilis equites, in eam devenerunt, cooperante Deo, ſanctitatem, ut adhuc tres alii ex eis, & in ſanctos referri, & in civitatis patronos item ſuſcipi, unanimi omnium Chriſtianorum cul-
41 tu & veneratione meruerint. Divus enim Severus de Familia Carminiana, Divus Anellus de Puderica fuit,
42 Montaneæ Sedilis ambæ. Divus Arpinus, etſi cujus fuerit Familiæ ignoretur, inſignia tamen quibus notatur, Furcillæ fuiſſe equitem probant, cum ea ſint propria illius Sedilis quæ ſunt Y. Eaque videntur tum in propria ipſius Eccleſia ſtructa ubi erat dictum Sedile, & ubi adhuc nomen retinetur *Furcillæ*, tum etiam in ſupranominato Archiepiſcopatus Theſauro, ubi cum cæteris Civit. patronis conditur. Dicebatur autem Sedile illud *Furcillæ*, à ſimilitudine furcæ, quam dicta inſignia
43 præſe ferunt. Non enim re ipſa eſt furca ut vulgus inſulſum ſentit, ſed *Ypſilon* litera græca, quam Virg. in *epigramm.* PYTHAGORÆ LITERAM appellat. Diciturque *Pythagoræ*, non quod Pythagoras illam invenerit 44 (inventio enim Palamedi refertur, qui primus Græcis ſexdecim adinvenit literas, cum antea Phœnicium caracteribus uterentur, teſte Plin. Varino, & aliis) ſed quod Pythagoras, humanam vitam dixerit unum quidem habere principium, duplicem 45 vero finem, virtutum, ſcilicet, & vitiorum; quemadmodum litera y ab uno incipit ſtipite, & in duos poſtea dividitur. Ubi puto, ut Pythagoræ ſimilitudo conferatur, hanc literam non rectis utrisque cornibus delignatam fuiſſe, ſed ſiniſtro ad terram declinante, dextero ad cœlum tendente, hoc modo, y, ut recte dixerit viam vitiorum lævam eſſe ac ad terram proclivem, virtutum autem, dexteram, ac ſuperiora ſpectare, & proinde difficilem aditu. Elegerunt autem equites 46 dicti Sedilis eam ſibi in inſignia, quod ad exercendam juventutem, curſum inde inſtituerant ſurſum verſus ad templum uſque Caſtoris, & Pollucis, ubi præmia proponebantur illi reddenda, qui prius metam attigiſſet, & inſimul arduam eſſe oſtenderent virtutis viam. Ponebanturque præmia in ulmo in montanea, quia erat via difficilis quæ depingitur ad virtutem, ubi congeries Deorum deſcendebat ad danda præmia. Ex qua mutua inter hæc Sedilia rela- 47
tione, jure in unum tandem cõviſſe affirmari poterit. Ex qua unione duo decuriones in Sedili Montaneæ eliguntur & adminiſtrant, & ob id ejus tenimentum ſeu quarterium, reliquorum tenimentis eſt latius. Et opti-

Digitized by Google

48 optima quidem ratione præmia ad templum Cast. & Pollucis proponebantur. Hos enim cursibus, & colluctationibus præesse diximus; & etiam quia ibi Theatrum erat, cujus adhuc vestigia supersunt; eisdem dicatum, quo universa multitudo,
49 ad spectacula concurrebat. Eratque prout adhuc esse videtur, locus ille equestri etiam cursui aptus. Fuitque templum Cast. & Polluci factum ut non immerito Capuana, & Nidus, Sedilia Montaneæ Sedili collateralia & cõtermina (hinc enim Capuana illinc Nido existente Montanea sedet media) equos pro insignibus faciunt, quia hi Dei curam equorum habebant. Imitati sunt igitur exercitium quod in ipso Sedili Montaneæ fiebat, atque ut fortuna Deorum essent adjuti. Nec parvipendendæ est consideratio quare in Sarracenorum incursibus, ut *supra* commemoravimus, in hoc sedili moniti fuere Cives convenire debere, ibique unanimiter hostem impetere, quando locus is sub equitum erat protectione.
50 Augetur etiam non parum ejus gloria, quod Reges, Proreges, omnium reliquorum Sedilium Equites, Civitatis proceres, Officiales, Decurionesque ad regiminis res decernendas; ad ejus tribunal ideſt D. Laurentii etiam ex Reg. Feder. Aragon. sententiis, accedere debent, & neutiquam alias, in quo Equites ipsius Sedilis jus habent, ad patronorum instar, ut *supra* diximus, & ut late Cassan. differit in *Catal. glor. mun. 4. par. 81. consid.* & quæ de rectore idem *par. ead.* Et Syndici aliorum Sedilium cum res exigit, cum Decurionibus, eodem se conferre tenentur, alioque non possunt. Prætor insuper, qui *Regens Mag. Cur. Vic.* dicitur, Judicesque Civiles, & Criminales, & 51 Consiliarii qui ex delegatione Proregis cum duobus temporalibus Judicibus singulis duobus annis, in auditorio criminali interveniunt, & omnes coram eisdem Decurionibus sindicantur, ex juris dispositione *tot. tit. ut omnes judi. tam civil. quam crim.* & ex innumeris Regni *Capit.* sanctionibusque demandatum, ibidem de bene administrando juramenta præstant, quemadmodum Romani in Templo Jovis Feretrii faciebant: & si alibi contingisset juramentum fieri, inde saltem sceptrum sumebant per quod jurarent. 52
Neque id quidem dignitatis est contemnendæ; cum vera conclusio juris 53
sit, quod inter æquales dignitate, qui est in suo territorio aliis major est, *glos. ult.* in *l. apud eum ff. de manumiss.* & in *l. nihil, Cod. de palat. lib.* 12. & *ibi* Jo: de Plat. Luc. de Pen. *ibid. col.* 1. *per tex.* in §. *jusjurandum, in fin. Auth. de defens. civit. coll.* 3. & in *Auth. ut jud. sine quoquo suffr.* §. *illud videlicet, vers. non sinimus collat.* 2. & *can. qui se scit* 2. *q.* 6. & *can. quanquam* 23. *dist.* Et in his terminis in congregatione statuũ atque civitatum etiam Cassan. his juribus usum esse in *Catal. glor. mun. par.* 4. *consid.* 22. & *par.* 10. *consid.* 13.
Idemq; in Decurionibus, ut in proprio 54
oppido omnes præcedãt, & in cive primariæ civitatis, quem civis mediocris civitatis, in propria patria præcedet, ut per Bartol. quem refert Det. in *c. si clericis, extra de judic.* & per Cagnol. in *l.* 2. §. *si quinque consules col. fin. ff. de orig. jur.* secundum Fret. in *quæst.* 2. *parlam. lib.* 1. *num.* 16. licet multa alia ad id, loci prærogativa parit ut *ibi* per eos. Sed hic, per-

Digitized by Google

ſonarum illuſtrium cum Vicerege ac-
ceſſus ad parlamentum, prout *infra*
latius dicemus, in eod. D. Laurent.
55 Templo. Et eo magis hic locus di-
gnus redditur, quod homo locum
nobilitat, *can. nos qui*, & *can. mul-
tum*, & *per tot.* 40. *diſtinct.* Tiraqu.
56 *de nobilit. cap.* 3. Hinc curialis praxis
illa in decretis exilii hic aſſueti ponitur, ut à loco tribunalis jubeatur
exulare, & à loco ubi Princeps reſi-
det, ex tex. in *l.* 3. §. *ignominia*, *le*
57 2. *ff. de his qui not. infam.* Et demum
ex novis *pragmaticis*, delinquenti-
bus acceſſus ad Principem denega-
tur. Etſi perſonæ, honori attribui-
tur prope Dominum aſſidere, Gl. in §.
aliam, *Inſtit. de bonor. poſſeſſ. l.* 1.
Cod. de conſul. lib. 10. & Tiraqu. in
tract. primogen. in princ. & nos *infra*
58 fuſius dicemus. Eademque ratio mi-
litat in loco, qui Principis præſentia
illuſtratur, ut eſt hoc Montan. Sedi-
le. Civitate etiam diviſa per quar-
teria, quodlibet quarterium dicitur
una civitas, *l.* 3. *ff. de off. aſſeſſ.* Bar.
in *l.* 1. *Cod. ubi decur. & cohort.* Aret.
conſ. 29. *col.* 1. Anchar. *conſil.* 414. *in
fine*, Anna in *fing.* 82. Bart. in *l. om-
nes populi*, *num.* 3. *ff. de juſt. & jure.*
Ad quod dubitatur an unum quarte-
rium dicatur civitas, ut in contro-
verſiam ducatur an ſtatutum factum
per unum quarterium liget alia, li-
59 cet una ſit civitas; quæ abſque Prin-
cipis indulgentia minime dividi in
quinque Sedilia potuiſſet, *cap. cum
tempora*, *extra de arbit.* Felin. in
cap. dilecti, *de major. & obed.* Jaſ.
in *l. debitorem* §. *pactionibus*, *Cod. de*
60 *pact.* Ex eo enim poſſent de facili il-
licitæ fieri conventiones, Bart. in *l.
actor ff. rem rat. hab.* Ex quibus prom-
pta eſſent monopolia & ſeditiones,
regnique ſectio, & diviſio, Caſſan.
in *Catal. gl. mun. par.* 5. *conſid.* 24. *ar-
tic.* 196. qui ſeipſum allegat in *con-
ſuet. Burgund. tit. ultimo*, *art.* 6. *in-
cipiente*, *gens de poete.* Licet una ea- 61
demque ſit nobilitas atque Civitas,
exemplo Collegii quod unum cenſe-
tur quamvis diverſæ ſint ſectæ colle-
giatorũ, Bart. in *l. fin. ff. de colleg. illic.*
Et tutela una eſt, licet à pluribus ad-
miniſtretur, *l. tres tutores ff. de ad-* 62
min. tut. diverſique officiales, diverſas
non faciunt curias, Andr. de Iſern. in
Conſt. reg. Humanitatis; ſicuti totum
Regnum una eſt provincia, aliiſque
modis Fret. ponit in *tit. de ſuffeud.
num.* 30. Unionis autem Sedilis Fur- 63
cillæ cum Montanea, præter præ-
dictam relationem, cauſam fuiſſe
novimus extinctionem nobilium Fa-
miliarum illius *Sedilis*. Cum enim
Equitum penuria laborare cæpiſ-
ſet, nobilitatis propagatione indi-
guiſſe in conſequenti venit. Cujus
rei legimus documenta Caroli I. *anno
M. CCLXIX. indict.* 13. *lit. A*,
fol. 35. Quæ huc inſerenda ad verbum
curavimus, & ſunt talia. Ex parte „
militum plateæ Furcillæ de Neap. fi- „
delium noſtrorum, noſtræ Majeſtati „
fuit expoſitum, quod cum inter ipſos „
ex una parte, & milites aliarum pla- „
tearũ ex altera, quæſtio verteretur de „
quantitate Collectæ ſolvendæ ab ipſis „
Militibus plateæ Furcillæ: & Milites „
aliarum platearum contenderent ip- „
ſam Collectã debere ſolvere ſicut ſol- „
vebant tempore quond. Federici olim „
Rom. Imperat. Dictique Milites Fur- „
cillæ aſſererent ex adverſo ſe nullo „
modo ſic poſſe ſolvere vel debere, cum „
tempore dicti Imperat. reperirentur „
in dicta platea furcillæ novem Caſa- „
tæ Militum, & tempore dictæ con- „

tentionis

Digitized by Google

„ tentionis tres Casatæ Militum tan-
„ tummodo inveniri. Tandem pari voto
„ & communi voluntate ad hanc inter
„ se concordiam venerunt, videlicet;
„ quod Milites dictæ plateæ Furcillæ
„ de duodecim unciis quas olim solve-
„ bant, solverent septem tantum;
„ & alias quinque solverent Milites
„ aliarum platearum; Nos ergo præsta-
„ mus assensum in eadem. Ex qua qui-
64 dem unione, Sedili huic Montaneæ duos eligendi Decuriones, potestatem factam fuisse liquet. Hinc multo la-tius tenimentum quam aliis, ei con-tigit; hinc authoritas & custodia dua-rum urbis Portarum, *Nolanæ* scili-cet & *Januariæ*, seu D. Januarii ut dicunt cum reliqua Sedilia, singula singulas tantum habeant. Quæ qui-dem Portæ etsi semper in eorum sint protectione & custodia; tempore ta-men belli, aliisque exigentibus pu-blicis necessitatibus, talis authoritas majorem educit effectum, & valde confert ad omnes in dicto tenimento
65 habitantes. Militaribus enim regu-lis & mandatis, singulis Portis singu-li Duces belli, sive Comites rei mi-litaris, vulgo *Capitanei ad guerram* dicti, præficiuntur. Luc. de Pen. in *l. tam collatores 2. col. Cod. de re mi-lit.* Cassan. in *catal. gl. mun. par. 6. consid. 14.* Pyrrus in *tract. de Magi-strat. Roman.* Alias *Magistri militum* dicuntur; quorum ea est dignitas, ut an illustres vel spectabiles sint ambi-gatur, & adest scribentium magna perplexio, ut in *l. 1. & 2. Cod. de off. mag. mil.* Specul. in *l. 3. Cod. de co-mitib. rei milit. lib. 12.* Cassan. in *catal. gl. mun. par. 7. consider. 4.* Quo-rum præcipua cura est Portarum cla-ves servare, vigilias caute faciendas curare, regionem sibi commissam circuire & regere, ut dicit Claud. *de re milit. lib. 2. cap. 5.* & meminit Fret. in *tract. de off. Magni Comestab. n. 16.* Quibus eo tempore magna datur au-thoritas more militari; prout annis præteritis in Dn. Prospero Pignono, Marchionis Orioli germano & patruo meo vidimus; qui cum id munus pro Sedili Montaneæ, in Porta D. Janua-rii, & Nolana iniisset, civi cuidam notæ strenuitatis & nominis, quod suis jussis stare nollet, vulnus infli-xit, eo mortale, ut mors inde sit illum sequuta. Et hi quidem anno quolibet innovantur ad futuris ne-cessitatibus occurrendum; & à quo-libet ex quinque sedilibus tantum eliciuntur: qua quidem authoritate 66 ex Regum benignitate, & subdito-rum fidelitate concessa, tolerata, atque permissa, omnia Sedilia potiuntur, & gaudent. Et proinde Sedilia ista, ut præsidia, stante civitatis magnitu-dine, pro illius defensione, & per quinque quarteria instituta, & me-lius regendi, confutata opinione il-lorum, qui animo imperandi divi-sionem nobilium factam, ajunt, ut in *tit. de Sedilibus* dicemus. Id non 67 tacuerim, ad refectionem, & instau-rationem Sedilium conferre, & con-tribuere debere, nedum Nobiles ipsius Sedilis reficiendi, sed & omnes in ea regione habitantes, vel sint ex aliis Sedilibus, vel populares; imo omnes qui habent prædia in eo tenimento, *arg. text.* in *l. 2. §. viarum ff. ne quid in lo. publ.* & pro hoc est *tex.* in §. *ad hoc scimus Auth. de eccles. tit. coll. 1x.* Ex publicis enim colloquiis, quæ in ipsis Sedilibus celebrantur, ad bella aliaque rerum discrimina occurren-dum, urbis propugnacula, & in-columitates esse videntur. Eas autem

con-

Digitized by Google

contributiones, & collationes *Taxas* vulgo appellant: ac ad Sedilliarias causas in Sac. Cons. exhibitæ, aliquando fuere: idque ex juris dispositione factum est; publica enim ad vicinos pertinent, *argum. text. l. ædiles curules*, §. *construant ff. de via publ. l. si locus ff. quem. servit. am.* ad instar murorum, *l. per bithiniam Cod. de immun. nem. conced. l. turres Cod. de oper. publ.* & late per Guliel. de Cun. in *l. neminem col. 4. Cod. de sacros. Eccl.*

68 Ad commodiorem autem deambulationem subdialem, Romanis porticibus familiarem, ut fuit illa Claudiæ, de qua per Alex. ab Alex. *lib. 3. cap. 23.* decem, & plura Sedilia habuere equites Sedilis Montaneæ, & ab ipsis postea partim vendita. Quorum quinque quidem vendiderunt D. Fabio Russo ejusdem Sedilis equiti anno 1552. ut per instrumenta novimus Not. Scipionis Fogliæ, & sunt hæc, ut à dicto Not. describuntur: videlicet; Unum ex eis in platea Portæ S. Januarii subtus domum magnifici Hieronymi Granati tabularii neap. juxta duas vias publicas. Item alium consistentem ad modum supporticalis aperti in medio cujusdam viæ publicæ, prope plateam Fori veteris, juxta quandam parrochiam sub vocabulo *Sancti Georgitelli*. Item alium in platea dicta *la Vicaria vecchia*, subtus domum magnifici Jacobi Antonii de Palma Ul. J. D. juxta duas vias publicas. Item & alium in platea Forcellæ prope Ecclesiam Sanctæ Mariæ *ad Chiazza*, juxta viam publicam, &c. Habebant præterea aliud ad superiorem Theatri partem, ubi *Antiqualia* appellamus, ab iisdem postea venditum Domino Jo: Baptistæ de Letteriis Ul. J. D. & id quidem, *ad Salitum* dicebatur, juxta templum Monialium Divi Potiti, & magnificam domum illustris. Principis Avellini. Item & aliud in Summa platea, quod à Reg. Joan. venditum fuisse *supra* diximus & aliud ad D. Georgium majorem, quod prius *ad cimbrum* dictum fuisse, *superioribus capitulis* memoravimus. Nonum erat ipsum *Sedile Furcillæ*. Decimum, hoc *Montaneæ*. Quæ quidem Notarii prædicti verba eo religiose transcripsimus, ut ejus etiam barbarismos admiserimus. Eaque quidem omnia in ædificiorum angulis posita erant, ita ut hinc inde à publica circundarentur via, ut præfata documenta testantur. Ex quibus quidem tot porticibus, & ex ipsius quoque Sedilis facie, nullum aliud porticibus Romanis *magis* comparari posse quam ipsum, patet, & signanter Portic. Octaviæ, quæ erat juxta Ædem Junonis, hæc autem juxta templum olim Cast. & Poll. nunc Divi Pauli, & D. Archangeli: *ibi* insignia militaria, olim à Dalmatis Domitio adepta, mox ab Augusto restituta diu remansere; hic vero sunt insignia victoriæ contra Sarracenos, ut diximus, habitæ. Et ad Circum Flaminium Porticus altera, fuit duplex, structa à Cn. Octavio, qui de Perseo navalem triumphum egit. Et Philippi Porticus, Herculis, & Helenæ imagine Xeuxidis manupicta fuit; nostra vero de Helena mentionem facit in inscriptione *supra* relata; quo autem ad Herculem, D. Archangelum, & D. Constantinum recolit. Et Athenis Porticus erat pœcile, & altera varia, ubi pugna Marathonia depicta erat, & altera ubi Pythiana actia; & pœcile in Helide, 69

Digitized by Google

lide, quam *Echum* vocabant. Ut videri possit memorabiles victorias semper in publicis locis, frequentioribus, ac dignioribus depictas fuisse. Quo conferri potest, & Angiportus Patricia juxta Ædem Dianæ, ad quam ingredi viros religio non sinebat. Ad cujus instar, duo Monialium monasteria propinquiora huic Sedili commemorare possumus. Unū Divi Gregorii, sive *Ligorii*, ut proferunt: alterum Virginum templum, nuper in regione Sedilis Montaneæ erectum, & sub ejusdem Equitum protectione distinatum; & proinde ejus insignibus ad fores signatum, ære quidem & sumptibus Dominæ Joannæ Scortiatæ exemplarissimæ mulieris, & cui nullam aliam sui ævi, aut vitæ integritate, aut morum sanctitate præferres. Monasterium item monialium *Divæ Patriciæ* in eadem est regione, haud multum ab ipso Sedili distans. De porticibus supra memoratis diffuse loquitur Alex. ab Alex. *lib.3.cap.25.* Situs etiam dicti Sedilis & regio, vel 70 aeris salubritatem, vel aquarum nobilitatem spectes, cæteris omnibus eminet, ut nil sit mirum si Civitatis Archon, ideſt Dux, & Reges, & Summates, ideſt, optimates, & Primores, eam sibi incolendam elegerint. Imo, & quæcunque Civitatem, & Remp. exornare possunt in ea videntur, ut nil aliunde desideres; ut Theatra, Stadia, Deorum templa, Prætoria, Tribunalia, & id genus cætera.

ADNOTATIONES

Ad *num.4. Quæ de sedilibus conscripserunt chronicis.*

De authoritate chronicorum & fide, consule Cassan. in *Catal. par.10. consid.46. & par.5. consid.28.* ubi de iis late.

Num.2. Rerum custodia ad eos spectat, &c.

Adde quod Castri claves apud primigenium custodiuntur, & insignia exercitus apud majorem, *l. quæ sunt cautiones, ff. famil. erciſc.* Cassan. in *Catal. par.1. consid.38. concl.50.*

Num.11. Summates, ideſt Civitatis Principes.

Summates majoris dignitatis esse videbantur quam Consules & Prætores, secundum Calliod. *var. lib.6. cap.15.* Erantque summates, nobiliores decuriones, ideſt, qui honoribus functi fuerant; ut admonuit Guid. Pancirol. *de Magiſtrat. municipal. cap.1.*

Num.35. Non solum autem gentilium tempore.

Antequam veri Dei lumine illustraretur orbis, nostra Urbs, atque adeo ip-

Digitized by Google

ipsa regio sedilis Montan. ea colebat numina, quæ sanctiora tunc habebantur: & proinde Castor & Pollux venerationi potissimum ipsi erant, qui vel ex lege 12. tab. inter eos Divos relati fuerant, qui ascensum ad cœlum mortalibus præbebant. Cic. 2. *de leg.*

Num. 42. *D. Anellus de Puderica.*

Variæ circunferuntur opiniones cujus fuerit familiæ D. Anellus: sunt qui Marogano illi cognomento fuisse tradant, sunt qui Puderico, vel Suderico, quod idem puto ac per μεθαγραμματισμὸν ideſt transliterationem, ut sic dicam, factum reor: etsi Sudericam familiam Venetiis illustrissimam æque ac vetustissimam haberi velint: omnes tamen eum ex Montanea tribu nobilem fatentur; Marogana enim una est ex quamplurimis iisque vetustiosibus ejus sedilis familiis jamdiu extinctis.

Num. 53. *Qui est in suo territorio aliis major est.*

Accessus ad negotia in alieno territorio pertractanda majorem infert dignitatem iis qui ibi existunt, probat text. *juncta glos. fin. ff. de condit. & demonstr.* Cassan. in *Catal. par.* 8. *consid.* 38.

Num. 54. *Homo locum nobilitat.*

Personæ nobiles & insignes, locum faciunt nobilem & insignem, *cap. statutum*, §. 1. *de rescript. in* 6. locusque ab actu denominationem capit, *l. pen. §. alia ff. de just. & jure*. Unde viculi, & solitaria municipia, & obscura loca non merentur habere sacerdotale fastigium, ideſt episcopatum, nec illustres dignitates, ideſt titulares, *can. illud* 85. *dist.* Luc. de Penna in *l. nullus, Cod. de agent. in reb. lib.* 12. Præsentia enim Principis id facit, *l.* 1. *Cod. de præpos. lab. lib.* 12. Cep. & Bon. de Curt. & alii per Cassan. adducti *ubi supra*.

SUMMARIUM

CAP. XIII.

1 *Theatrum Neapol. in regione Sedil. Montan. ea fictum fuit.*
Nero *in Theatro Neapolitano cecinit*, eod.

2 *Theatrum ad ornatum Civitatis pertinet, & cujus sit figura: & sunt Universitates*, num. 3. & 13.

3 *Specus, locus est in quo despiciatur. Spectacula à specu dicuntur.*

4 *Manumissio solet fieri à prætore, & à proconsule, etiam cum in Theatrum eunt.*
Ludi theatrales prohibentur fieri in Ecclesiis, eod.

5 *Theatrum, Amphitheatrum, & Scena inter se differunt.*

6 *In theatro musica, & similia exercebantur.*

Am-

Digitized by Google

Amphitheatrum unde dicatur, eod.

7 *Theatrum quid sit, & ab Athenienſibus primum in Civitates introductum, & unde originem habuerit.*

8 *Theatra ex ligno primum facta.*

9 *Theatrum M. Scauri lignenm mirabile.*

Theatra Curionis bina, verſatilia, eod.

10 *Theatrum lapideum à Gn. Pompejo, primo factum.*

11 *Theatrum in ſalubriori urbis parte eſt conſtituendum.*

12 *Theatrum tres præcipuas partes habere debet.*

Scena, Pulpitum, & Orcheſtra, quid ſint, eod.

13 *Senatores præcipuum locum in ſpectaculis, & theatris habere debent.*

Porticus ſunt conſtituendæ prope theatrum, & quare, eod.

14 *Stadium, centum vigintiquinque paſſuum ſpatium eſt, & locus ubi homines equive certatim currunt.*

15 *Hercules uno anhelitu ſtadium cucurrit.*

Stadium à ſtando dictum, eod.

Stadiodromus, quid ſit, eod.

16 *Paleſtra quid ſit, & unde dicatur.*

17 *Pales quare paſtorum dea ſit habita.*

Palilia, feſta pali ſacra, eod.

18 *Neapolitani ludos quinquennales jubente oraculo celebrabant.*

19 *Paleſtra à Pelluce inventa.*

20 *Ludi gymnici quinque modis celebrabantur.*

21 *Ludi gymnici, ſacri dicebantur, quia in Deorum honorem inſtituti erant.*

22 *Ludi gymnici in Arcadia à Licaone inventi, & quare ſic dicantur.*

Athletæ unde dicantur, eod.

23 *Ludi illuſtriores apud Græcos quatuor, Pythii, Olympici, Nemei, & Iſthmii: & quibus ſacri: & victorum præmium.*

24 *Panionia, & Panathenaica feſtivitates Græciæ quomodo celebrarentur.*

25 *Ludi Romæ primum à Romulo inſtituti.*

Ludi compitalitii Romæ primo celebrati; & quare ſic dicerentur, eod.

Conſualia à Romulo inſtituta ad raptum Sabinarum memoriam, & unde dicta, eod.

26 *Ludi Romæ celebres.*

Ludi Megalenſes à Junio Bruto in honorem Rheæ inſtituti, & quare ſic dicti, eod.

27 *Ludi Megalenſes in memoriam vindicatæ Romæ à Regio jugo, celebrati; & proinde ſervi in iis intereſſe non poterant.*

Ludi Apollinares quando celebrabantur, & quare ita dicti, eod.

28 *Ludi Liberales, ſive Bacchanalia Baccho dicati, & quare ita dicerentur, quove tempore, & quo ritu celebrarentur.*

Bacchanalia à Poſthumio Conſ. ſublata, eod.

29 *Ludi Circenſes quibus dicati, à quo inſtituti, quare ſic dicti, & quæ ll. de eis mentionem faciant.*

Saturnalia Saturno ſacra, quo ritu celebrarentur, eod.

Saturnaliorum tempore bellum ſumere, aut noxios punire, nefas

Digitized by Google

fas erat, eodem.
In Saturnalibus servi epulabantur cum dominis, eodem.

30 *Cereales, Cereri dicati, à solis matronis celebrabãtur, & quo ritu.*
Candidus color, olim lugubris erat, eodem.

31 *Lampadis cursus in memoriam Cereris singulis annis Neapoli fiebat.*
Lampades Vulcano & Cereri sacra, eod.

32 *Lampadis cursus ritus.*
Lampada cursu tradere proverbium, quid significet, eodem.

33 *Ludi Quirinales, Capitolini, Tauri, quibus dicati, & quando instituti.*

34 *Ludi funebres ab Achille capti.*
Gladiatores erant servi, eodem.
Gladiatores à Jun. Bruto Roma prius dati, eodem.
Ludi funebres publice fieri interdicti; privatis autem hominibus moderati, tandem penitus prohibiti, eod.

35 *Ad gladium damnari dicebantur, qui ad ludum gladiatorium damnati erant.*
Servi fugitivi destinabantur ludo gladiatorio, eodem.

36 *Servi pœna dicebantur liberi homines, qui ob delictum damnabantur ad ludum gladiatorium.*
Ludus gladiatorius, & ludus venatorius, quid differant, eod.

37 *Ludus gladiatorius Neapoli jamdiu in usu fuit.*

38 *Ludi votivi, tribus ex causis celebrabantur, & in iis epulum populo dabatur ab Ædilibus.*
Ludi Scenici, quorum actores mercenarii sunt infames, unde dicti, & quare instituti, eod.
Ludi Plebei unde ortum habuerint, eod.

39 *Ludi seculares, à pueris puellisque celebrabantur, & centesimo quoque anno fiebant.*
Seculum, spatium est centum annorum, eod.

40 *Ludi Juvenales à juvenibus fiebant, & quare.*

41 *Fl. Artemidorus Megalenses ludos primo factos, vicit.*

42 *Neapolis, antiquissimum nomen est nostræ Urbi.*

43 *Disci ludus qui fuerit.*

44 *Pentathlon, & Pentathli: item Quinquertium, & Quinquertiones, quid fuerint, & unde dicti.*

45 *Pancratium, & Pancratiasta quid, & unde dicantur.*

46 *Pancratii, & Pentathli: item Pancratiasta, & Pentathli differentia.*

47 *Periodi victores, qui fuerint.*

48 *Ludi ad præsentem diem Neapoli usitati.*

49 *Tornæum Neapolitanorum, cum Juvenalib. Romanor. æquiparari potest.*

50 *Juvenales ludi etiam Matronas ad ludendum recipiebant.*

51 *Tornai origo, secundum aliquos à Troja devenit.*

52 *Troja Ludus, ab Ascanio Æneæ filio institutus.*

53 *Ludus Arundinum, & Caruselorum quo ritu fiant.*

54 *Qui occiditur in publicis ludis à casu, impune occiditur.*

55 *Tauri ludus tempore D. Joannis Austriaci Neapoli celebratus.*
Jostra ad campum apertum, quæ sit, eod.

56 *Pugnantes cum bestiis, vel agentes*

Digitized by Google

tum in Scena ob mercedem, sunt infames.
57 *Equorum Tripudium à Sybaritis inventum.*
Sybaritæ populi qui, & eorum delitiæ, eod.
58 *Expugnationis oppidorum in ludendo ritus.*
Ludi omnes ex Romanis ad nos devenerunt, eod.
Majuma ludus apud Romanos quis fuerit, eod.
59 *Maji ludus apud Neapolitanos, quomodo fiat.*
60 *Ludi Piscatorii, & Navales Romæ, & Neapoli celebres.*

1 THeatrum, quod supra proximè memoravimus, ad tergus templi Cast. & Polluc. (quibus theatra dicari diximus) situm erat: ejus vestigia semidirutâ adhuc videmus; erat enim ex lateritiis parietibus confectum, de quo Sveton. in *Neronem* „ *cap.* 10. ita alloquitur: Et prodiit „ Neap. primum, ac inconcusso quidem „ repente motu terræ theatro, „ non ante cantare destitit quam inchoatū absolveret; *& ibidem*: Sæpius „ & per plures cantavit dies, sumpto „ etiam ad reficiendam vocem brevi „ tempore, impatiens secreti, à balneis in theatrum transiit; mediaque „ in orchestra frequente populo epulatus, si paulum subbibisset aliquid „ se sufferri tinniturum græco sermone promisit. Captus autem modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de novo commeatu Neapolim confluxerant, plures Alexan-
2 dria evocavit. Corn. Tacit. etiam *lib.* 15. Ad ornatum Civitatis instruendum Theatrum pertinet, *l. civitatibus, ff. de legat.* 1. Est theatrum in mediæ lunæ forma, ex quo ridiculum, quod nostri Auctores canent recludere, cum in amphitheatri potius formam incidant. Theatrum Athenienses *Visorium* nominaverunt, agreste principium in urbanum spectaculum collegere. Cassiod. *var. lib.* 4. Li. in-
3 simile specus est, locus in quo despicitur, unde *spectacula* sunt, *d. l.* 4. § *specus ff. de rivis*. Universitatis sunt, *l. in tantum.* §. 1. *ff. de rer. divis.* ac *Inst. eod.* usui populi perpetuo expositum, 4
§. 2. *Instit. de inutil. stipul.* Præsides & Proconsules in theatrum euntes manumittere solent, §. *servi*, *Instit. de libertin.* Prohibentur ludi theatrales in ecclesia fieri, etiam prætextu consuetudinis, *cap. cum decorem, de vit. & honest. cler.* Nec in tragædorum modum guttura & fauces dulci medicamine illiniendas, ut in ecclesia theatrales moduli audiantur, & alia, ut in *c.* 2. 52. *dist.* Faber ele- 5
ganter in *d. §.* 2. *Instit. de inut. stipul.* multum interesse inter theatrum, amphitheatrum, & scenam, existimat. Declarat scenam etiam, & Theatrum optime Luc. de Pen. in *l. si qua C. de spectac. & scenic. & lenon. lib.* xi. & ante declaravit Ulpianus, secundum allegant, in *l.* 2. §. *ult. & pen.* & etiam in *l.* 1. *ff. de his qui not. infam.* & Bud. 6
in *l. athletas eod. tit.* In eo musicam, & similia exercebant, ut ex Sveto, liquet. De amphitheatro in *l.* 3. *ff. de operib. publ.* in ovi forma; cum theatrum, quod est hemisphærium græce dictum *amphitheatrum*, quasi in unum juncta duo visoria, recte constat esse nominatum, Cassiod. *variar. lib.* 5. *epist.* 42. Est autem *Theatrum*, locus 7
in Civitate, ubi publici aguntur ludi. Et hoc Athenienses primum in Ci-

Digitized by Google

vitates introduxerunt, rusticos æmulati, qui festis diebus una convenire solebant, & sacra diversa ludosque faciebant. Id in tantum placuit Athenienſibus, ut quod rustici in silvis, ipsi in Civitate facere cœperint, & locum ubi id celebrabant, *Theatrum* appellavere: Vide Scaliger. *lib. primo poetic. cap.* 21. Postea Romani iisdem delectati moribus, constituerunt & ipsi in urbe Theatra. Hæc primum ex lignis arborumque ramis compingebant, sessoriaque ex cespitibus componebant. Ovid. 8

Primus sollicitos fecisti Romule ludos,
Cum vidit vidnos rapta Sabina viros.
Tum neque marmoreo pendebant vela Theatro,
Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.
Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes,
Simpliciter positæ, scena sine arte fuit.
In gradibus sedit populus de cespite factis, &c.

Postea crescente populo, ac imperii finibus dilatatis, majorem in illa sumptum impendebant; licet adhuc lignea, & temporalia forent, quemadmodum de M. Scauro ædile legitur, qui theatrum ad mensem fecit octuaginta millium hominum capax. Quod cum cæteris quæcunque jam facta fuissent, majus esset, æmulationem suscitavit Curioni. Qui cum ejus magnificentiam imitari non posset, ad patris funus jam ludos instituturus, ad industriam se se volvit. Duo igitur Theatra lignea, quæ axibus sustinerentur ædificavit, ea arte fabricata, ut sedente, & spectante populo, versari & circumvolvi possent. Itaque aliquando bina Theatra videbantur, aliquando in unum concurrebant, ut amphitheatrum efficerent, cum res exigebat. Res mira profecto, sed omnium periculosissima, cum populus Rom. universus, velut duobus navigiis impositus, binis cardinibus sustineretur, ut ait Plin. *lib.* 36. De hoc theatro versatili putat Spiegell. loquutum fuisse Ulpianum in *l.* 2. §. *ult. ff. de his qui not. inf.* cum ait: *Scena est, ut Labeo definit, quæ ludorum faciendorum causa, quolibet loco, ubi quis consistat moveaturque, spectaculum sui præbiturus.* Sed longe fallitur, una cum Nebriss. quem citat autho- 10
rem; quandoquidem de persona, quæ movetur in scena, loquitur, non de ipsa scena. Postea vero Gn. Pompejus Theatrum lapideum fecit, omni qua Pompejo decebat magnificentia, & ornatu: Deinde Cornel. Balbus Augusti suasu, aliud constituit. Demum Vespasianus Aug. ædificavit Amphitheatrum eo mirabile, quippe cujus adhuc ruinæ admirationem inducunt, ut Martialis septem Orbis mirabilibus rebus, quæ tunc existebant, præponere non dubitarit. Fuerunt & in aliis Italiæ, & Galliæ urbibus structa Theatra, tum lignea, tum lapidea, & lateritia, ut erat hoc nostrum, quæ ex historiis petas. Pro- 11
fecto autem in salubriori urbis parte constituendum est theatrum, ut hoc nostrum constitutum fuisse videmus. Cujus rei Vitruv. *lib.* 5. *cap.* 3. rationem afferens, ita scribit: Cum „
forum constitutum fuerit, tum „
Deorum immortalium, diebus festis „
ludorum spectationibus eligendus est „
locus theatro, quam saluberrimus. „

Per

Digitized by Google

„ per ludos enim, cum conjugibus,
„ & liberis persedentes, delectationibus
„ detinentur, & corpora propter vo-
„ luptatem immota patentes habent ve-
„ nas, in quas insidunt aurarum flatus,
„ qui si à regionibus palustribus, aut
„ aliis regionibus vitiosis advenient,
„ nocentes spiritus corporibus infun-
„ dent.

Porro autem Theatri tres erant præcipuæ partes, Scena, Pulpitum,
12 & Orchestra. Scena est frons Theatri, sive tota illa structura actoribus destinata, proprieque umbraculum significat, ex frondibus, culmis, arborum ramis, & similibus, compactum. Cum enim ex rusticis ludis, ut jam diximus, originem sumpserit theatrum; & rustici, hujusmodi scenas, idest umbracula, vel tabernacula, & tuguria faciebant, remansit nomen adhuc, mutata materia, & artificio. Non tamen antiquissimæ rusticalis actionis vestigia penitus evanuerunt; quandoquidem, vel hodie in Satyricis actionibus, quas nostri *Eglogas* vocant, ejusmodi Scenæ fiunt, ac aliter fieri non possent, si actionis decorum servari vellet. Altera pars est Pulpitum, quod alias proscenium dicitur, & est locus ille editior in scena, ubi actores recitant. Tertia est Orche-
13 stra, idest, locus ille planus in medio Theatri, ante Pulpitum constitutus: & in hoc loco Senatorum subsellia collocabantur, Authore Vitru. *dict. lib. 5. cap. 6.* Hinc est, quod Zas. in *l. 2. ff. de orig. jur.* Orchestram, primum spectandi locum in theatro esse dixit. Dicta *Orchestra* ἀπὸ τοῦ ὀρχεῖσθαι, idest, à saltando, quod ibi actores saltus agerent, secundum Bud. in *l. athletas, ff. de his qui not. infam.* Post *scenam*, inquit Vitruv. *cap. 9. ejusdem lib. porticus sunt constituendæ, uti cum imbres repentini ludos interpellaverint, habeat populus quo se recipiat ex theatro.* Et hinc patet, quare longus ille porticuum tractus ad Sedile Montaneæ fuerit constitutus; nempe, ut qui in theatrum ibant, haberent ubi deambularent, vel priusquam ludi inciperentur, vel jam finitis.

Profecto autem Civitatis ornatum respiciunt, nedum Theatra, verum 14
& Stadia, *l. in tantum ff. de rer. divis. §. universitatis, Instit. eod. & publica balnea, & porticus, & his similia*, inquit Theoph. *d. §. universitatis.* Est autẽ *stadiũ* (ut hic præteream balnea publica, & porticus, de quibus ultimis, jam aliqua tetigimus) *proprie mensura centum viginti quinque passuum*, inquit Plin. *lib. 2. cap. 23.* idest, octava pars milliaris. Et quia tantundem longitudinis efficiebatur locus, in quo equi hominesve certatim currunt, evenit, ut is locus *stadium* diceretur, quem etiam latini *Curriculum* dixere. Horatius carmin. *lib. 1. Ode 1.*

Sunt quos Curriculo pulverem olympicum
Collegisse juvat.

Quod quidem spatium Hercules uno anhelitu cucurrisse fertur, deinde stetisse, & ex ea statione *stadium* nominatum ajunt. Qui vero 15
in stadio currebant, *Stadiodromi*, idest, stadii cursores dicebantur.

Est etiam stadiodromus, nedum cursor, verum & in quo ludi, & cursus exercentur, Plin. *lib. 34.* quemadmodum & *Hippodromus*, locus equorum cursibus constitutus, de quo alias. Stadium vero in nostra hac

hac Urbe, cum Theatro conjunctum fuisse crediderim; ac duos illos parallelos muros lateritios, quos *Antiqualia* nuncupari diximus, Stadii reliquias esse: Theatrum autem, templum ipsum contigisse. Est etiam & *Palestra* ad Civitatis ornatum facta, eaque proprie Græcorum est; de cujus constitutione vide Vitruv. *lib.5. cap.11.* Nedum autem pro loco exercitationis, verum & pro ipso exercitio capitur, & est proprie *colluctatio*, dicta ἀπὸ τῆς πάλης, idest à motu urnæ; inquit, Bud. nam antiqui ducta sorte luctabantur. Ea dictione utitur Ulp. in *l. sed & si quid ff. de usufr.* Et quia hæc pastorum fuit inventum & exercitium, evenit ut *Pales*, quæ idem est, quod lucta, Pastorum Dea crederetur. Cujus sacra, quæ 11. Kal. Maji celebrabantur, quod à Pastoribus in agris hujusmodi exercitio fiebant, *Palilia* dicta fuere. Alii *Parilia*, à pariendo, nominant; eo quod pecudum partibus præesse crederetur. Solinus autem *Parilia* à partu Iliæ dicta putat, quod ea die Ilia Romulum, & Remum peperisset. At de ludis pauca dicamus. Neapolitanos gymnicum agonem, quinquennalesque ludos, jubente oraculo celebrasse, scribit Strabo *de sit. Orbi lib.5.* ut non immerito templum Castori, & Polluci, à Tiberio Augusti Liberto fuerit dicatum in regione Sedilis Montaneæ, postea in D. Pauli commutatum, ut dictum est: nam cum uterque ex eodem ovo esset prognatus, ut gemelli videantur, quod pugili esset, alter equis, quorum insignia fuere, delectaretur. Horat. *lib.2. sermon. Satyra 1.*

Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem
Pugnis.

Et Stat. Sil. *lib.2.* dum de Amyclea matre commemorat, de Polluce, palestræ inventore in Amyclea cum Castore nato intelligit.

Cive catenatis curvatus membra palestris,
Staret Amyclea conceptum matre putares.

Idem *lib.3.* expressim de hac Civitate.

-------ridetque benigna
Parthenope gentile sacrum undosque virorum
Certatus.

Et *lib.2.*

Huc me post patris lathum, quinquatria lustri,
Cum stadio jam pigra quies canusque sederet,
Pulvis ad Ambracias conversus gymnade frondes.

Is enim quinquennales ludos, & maxime luctam, spectavit. Gymnici enim ludi, quinque exercebantur modis, disco, scilicet, cursu, saltu, palestra, & jaculatione: de quibus Jul. Poll. in *Onomast. Philostr. in imagin.* Alex. ab Alex. *lib.3.cap.31.* & *lib.4.cap.13.* & *lib.5.cap.8.* & *lib.6. cap.9.* & ubique Tiraqu. & omnium fusissime Hieronym. Mercurial. in *lib. de re gymnast.* Hi, *sacri* dicebantur, quia in Deorum honorem instituti erant, & sacra corona victori dabatur. & alios hujus generis, *l.2. §.1. ff. de aleæ lusu, l. Septicia, ff. de pollicit.* adde textum *l. comœdis, ff. de re jud. l.1. C. de athlet. lib.10. l.1. C. de expens. lud. lib.11. l. athletas*, & *ibi* Bud. *ff. qui not. infam. d. l.1. C. de athl.* Coras. *Miscellan. lib.4. cap.24.* Athletæ species, & alii, ut præallegati scribunt, inven-

tor

22 tor Hercules Olymp. Plin. *natur. hist. lib. 7. cap. 56.* & gymnicos in Arcadia, Lycaonem, idem Plin. & gymnicos agones declarat Bud. quia nudi athletæ in ludis exercebantur. Hinc *gymnasia* exercitationis loca, & *agon* pro exercitatione, & vide in *l. 1. C. de expens. lud.* agonis voluptas. Dicti sunt autem *athletæ*, quod *athlon*, ideſt, præmium portabant, teſte
23 Moſchop. Ludorum vero celeberrimi quatuor fuere apud Græcos, Pythia, ſcilicet, Apollini dicata in honorem cæſi ab ipſo draconis, qui *Python* dicebatur; eorum victor pomis donabatur. Olympia Jovi ſacra, ab Hercule quinto quoque anno celebranda inſtituta, ex quo *Olympias*, ideſt, ſpatium quinque annorum dinumerari cœpit, cujus victor oleaſtri coronam præmium ferebat. Nemea in honorem Archemori, Eurydices & Lycurgi filii in regione Nemea, ab dracone interempti, ab Argivis inſtituta: in eo, qui vincebat, pinea honorabatur corona. Iſthmia tandem Palæmoni ſacrata, ad Iſthmum celebrari cœpta ob peſtilentiam ab eo ſedatam: victor, apio coronabatur. Hos omnes, præter nota Pindari opera, mire complexus eſt Archias in percelebri illo tetraſticho:

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί
Οἱ δὲ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνὸς, Ἀπολλῶνος, Παλαίμονος θ', Ἀρχεμόροιο,
Ἆθλα ἴτεα, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Quod quia certatim noſtri transferre conati ſunt, & nobis de certamine ſermo eſt, multipliciter latine translatum ſubnectam, cui vero corona debeatur, alteri judicandum relinquo. Hunc igitur in modum tranſtulit.

RAPHAEL VOLATERRANUS.

Græcia concelebrat duo bis certamina ſacra.
Quorum hominum duo ſunt, cætera cœlicolum.
Sacra Jovis, Phœbique Palæmonis, Archemorique.
Dona oleaſter erunt, mala, ſelina, pinus.

IO: BAPT. PIUS.

Quatuor inſignis certamina conficit Hellas,
Sunt duo quippe hominum, ſunt ſuperumque duo.
Archemori, Jovis, & Phœbi, atque Palæmonis ipſa.
Pinus, olivaſter, præmia, poma, apium.

ANDREAS ALCIATUS.

Sacra per Argivas certamina quatuor urbes
Sunt, duo facta viris, & duo cœlitibus,
Ut Jovis, & Phœbi, Melicertaque Archemorique.
Præmia olivaſter, poma, apium, picea.

INCERTUS EX Calep.

Quatuor Argivis certamina ſacra feruntur.
Bina hominum natis, binaque cœlitibus.
Phœbo, ipſique Jovi, puero Archemoro,

Digitized by Google

chemoro, & Melicertæ.
Poma, oleastra, apium, præmia, pinus erant.

Innominandus.

Bis geminos celebrat divinos Græcia agones.
Sunt hominum gemini, sunt superum gemini.
Ammonis, Phœbi, atque Palæmonis, Archemrique
Præmia sunt pomum, pinus, oliva, apium.

MAR. ANT. PITSILLIUS.

Græcia bis geminis, duo bis certamina sacrat.
Sunt duo sacra Diis, sunt duo sacra viris,
Dii, Sol cum Jove, virque Palæmon Archemorusque
Poma oleaster iis, dona, apium pytis his.

IDEM aliter.

Bisbinos celebrat, bis binis Græcia ludos
Calicolisque duos, terrigenisque duos.
Juppiter; & Phœbus, sacri, Archemorusque, Palæmon;
Dona, apium, pinus, poma, oleaster, erant.

Angelus Politianus cum latinis versoribus concurrere forsan dedignatus, cum Archia certamen græce inire maluit, ac in eandem rem suum lusit tetrastichon: quod, quia ad Archiæ epigramma est quasi scholion, cum & nomina ludorum sive certaminum, & præmia, quæ quibusque dabantur, adnotet, huc affigere non pigebit.

Ζηνὸς ὀλυμπιάδα γυμνῆτες φέρον ἀγριέλαιαν,
Μῆλα δ' Ἀπόλλωνος πυθιὰς ἦεν ἀγών.
Ἰσθμιακὴν δ' πίτυν πῆρεν Ἰνοῦς Μελικέρτας.
Σὺ δ' σέλιν' ἐν θῆκας Ἀρχέμορ' ἐν νεμέᾳ.

Quod ad verbum, sic latine sonat,

Qui Jovis Olympia vincebant, accipiebant agrestem oleam,
Poma autem Apollinis Pythii ferebat certamen.
Isthmiacam vero pinum præbuit Inoi Melicertæ,
Tu vero apium posuisti Archemore in Nemea.

Non autem prætermiserim Alciatum lapsum esse, cum pro *pinu*, piceam verterit, cum diversæ sint arbores, ut ex Theophr. *lib.*3. *cap.*10. Plin. *lib.*16. *cap.*10. Dioscor. *lib.*1. *cap.*86. Barba in *Vitruv. lib.*2. *cap.*9. *prope finem* nosse licet. Nisi dicere mavis, quod erroris vitandi gratia in quem impigit Volaterr. ubi *pinus*, primam syllabam, natura longam, corripuit, alteram pro altera sumpsit. Tiraq. autem in Alex. ab Alex. *lib.*5. *cap.*8. ubi de his ludis agitur, & utrunque refert epigramma; Archiæ scilicet, & hanc Alciati versionem, ubi timum versum, non quomodo nos retulimus, ac ab aliis relatum legimus, sed hoc refert modo.

Præmia sunt pinus, poma, apium, atque olea.

Qui quidem an fuerit ab Alciato immutatus, nescio; nam præterquam quod non debuit poni olea pro oleastro, satis est confusus præmiorum or-

Digitized by Google

ordo, ut ex eo cognosci non possit, quid cui detur, quod in primo est perspicuum. Erant & alii apud Græcos non tam illustres ludi, in quibus præmia proponebantur agninæ pelles,
24 in aliis lebetes. Erant, & certorum populorum festivitates, ut Panionia, & Panathenaica, in quibus utriusque sexus pulchriores adolescentes, mutuis nexibus sese manibus complicantes, saltabant. Multo autem plura apud Romanos ludorum genera fuere, partim & ipsis Diis, partim hominibus dicati. Primos autem Romæ lu-
25 dos Romulus instituit. Ovid. in *Fast.* quem nuper citavimus.

Primus sollicitos fecisti Romule ludos,
Cum vidit viduos rapta Sabina viros.

Omnium autem primi, quos noverim, *Compitalitii* fuere. Hi ante urbem designatam celebrabantur, itaque dicebantur, quod à Compitis, idest à vicorum viis, ubi tunc vitam agebant agrestem, undique concurrebant *ad illos celebrandos*: designata vero urbe Romulus indixit Consualia ad raptarum Sabinarum, ut Ovid. in memoratis versibus innuit, memoriam: dictaque sunt *Consualia* à Conso, quem consiliorum Deum credebant, ipsique dicavere; propterea quod eo consilio uti, rapiendi, scilicet, Sabinas, ipsum commonstrasse existimabant: Liv. *lib.*1. Fuerunt & alii postea instituti,
26 ut Megalenses, Apollinares, Liberales, Circenses, Saturnalia, Cereales, Quirinales, Capitolini, Taurii, Funebres, Scenici, Plebei, Votivi, Seculares, Juvenales, & id genus alii, quos videri poteris apud Gyrald. Lyl. Megalenses Junius Brutus, in honorem magnæ matris Deum, idest Rheæ, instituit, ut inquit Liv. *lib.*2. unde græca voce, *Magni* sunt dicti. In iis, ea permissa erat ludendi licentia, ut juvenibus personatis, Magistratuum privatorumque personas, insignia, officia, & dicta: item ætatum atque ordinum mores, gesta ac orationem imitari liceret. Idque, nedum vulgares homines, verum & honestissimi Rom. vultu dissimulato, ut nosci non possent, agebant: licentiosissime per urbem vagabantur, nullis verbis factisque fœdis parcentes, ut author est Herodian. in *Commodo*, & Alex. ab Alex. & Tiraqu. *lib.*6. *cap.*19. Quem morem & in Juvenalibus etiam sibi mutuarunt; qua de re in hunc sensum scripsit Dion in *Nerone*, ut refert Tiraqu. eodem loco. Quod si quis non posset aliter „
spectaculum præbere, ad choreas „
ibat. Cumque multi pudore adducti, „
ea facerent personati, Nero, petente populo, ab eis personas auferebat, eosque patefaciebat hominibus, „
apud quos ipsi paulo ante magistratum gesserant. Cujusmodi bacchanaliorum tempore, nostri juvenes faciunt, cum personati incedunt, ac facerent profecto licentius, nisi eorum luxuries à superiorum prudentia coarctaretur. Fuerunt autem 27
Megalenses instituti in memoriam vindicatæ Romæ à Regum jugo; & proinde servos in iis interesse nefas erat. Celebrabantur autem die V. Aprilis. Apollinares die IV. Jul. celebrabantur, populo laureato spectante, unde *Apollinares* dicti: laurus enim Apollini sacra est, Festus. Liberales iidem, quæ & Bacchanalia, Libero patri, idest Baccho

Digitized by Google

28 dicati. *Liberalia*, inquit Varro, *dicta, quod per totum oppidum, eo die sederent Sacerdotes liberi*: eorum celebritas mense Martii fiebat. Dicti *Bacchanalia*, tum à Baccho, cui sacri erant, tum à bacchando, idest, furendo, ut est in *l.* 1. *§. idem Vivianus, ff. de ædil. edic. Inst. de succes. sublat. §. fin. Auth. quibus mod. nat. eff. legit. §. novimus*. Hi noctu celebrabantur, fœminæ faces ardentes præferebant; quæ, magia quadam, eum in modum accensæ erant, ut nec in aquam demissæ extinguerentur. Inde permixti viri fœminis turpiter admiscebantur, nullumque libidinis genus missum faciebant: tandem & virorum inter se, & fœminarum passim concubitus fiebant: postea ob dedecus à Posthumio Consule, re ab Ebutia, ac Hispala ejus liberta indicata, sublati sunt. Liv.
29 *lib.* 9. *decad.* 4. Circenses Castori & Polluci dicati, ac à Tarqu. Prisco instituti, in Circo max. fiebant, unde *Circenses* dicebantur. Isid. *Etymol. lib.* 18. Liv. *lib.* 1. Cic. *verr.* 7. Mentio de his habetur in *l.* 12. *§. equitii, ff. de usu & habit. l.* 1. *ff. de mun. & honor. l.* 122. *ff. de legat.* 1. Hi etiam *magni* dicebantur; propterea quod *magnis impensis*, inquit Asconius, *fiebant*. *Saturnalia*, quod Saturno fuerint sacra sic appellabantur: in eorum celebritate epulis & lætitiæ tantum indulgebant, ita, ut nefas esset bellum sumere, aut noxios punire: qui mos ex Græcis, & præcipue ex Athenienſibus, ad Romanos manavit, quod testatur L. Accius in *Annalibus* à Greg. Gyral. citatus his versibus.

Maxima pars Grajum Saturno, & maxime Athenæ.
Conficiunt sacra, quæ Cronia esse
iterantur ab illis,
Cumque diem celebrant, per
agros urbesque fere omnes
Exercent epulis læti, famulosque procurant.
Quisque suos, nostrique itidem;
& mos traditus illinc
Iste, ut cum dominis famuli
tum epulentur ibidem.

De his satis abunde Macrob. Luc. & alii. *Cereales* & ipsi in Circo fie- 30
bant ad memoriam Cereris peregrinantis dum filiam quæritabat accensa face: à solis matronis celebrabantur, eæque candido induebantur colore, qui tunc lugubris habebatur, ut inquit Scalig. in *poet. lib.* 1. *cap.* 27. Ceres summa veneratione colebatur, & apud Argeum campum in Libia, unde & dicta *Libyssa*, auct. Festo. Hujus sacris noctu theda accendebatur in memoriam earum lampadum, quas dum filiam quæreret apud Ætnam accendit, de qua re dixerat Ovid.

------accendit geminas pro lampade pinus
Hinc Cereris sacris nunc quoque theda datur.

Huc tendit illud Claudiani:

-----templumque remugit
Cecropium, sanctasque faces extollit Eleusis.

Inde *votivam lampadem* Statius appellat. Lampades Cereri & Vulcano sacræ, reperti primum ignis ratione. Unde Neapoli quotannis in 31
horum memoriam agebantur lampadum cursus; quos primus Diotimus Athenienſium classis præfectus instituit, & Parthenope rem divinam fecit, editis ludis Cerealibus; in quibus discurrentes cum facibus operabantur,

Digitized by Google

bantur, ut auctor est Timæus, & memorat Jan. Parrhas. Hujus ludi reliquiæ adhuc videntur in hac Civitate: Prope enim Sedile Nidi, Portam Nolanam versus, in angulo quodam parietum publicæ viæ, ara marmorea videtur eo antiqua, ut inscriptio intra umbonem penitus legi non possit, extra autem umbonem his literis incisa.

FIGULI.

In altero vero ex lateribus, fascem accensarum facium insculptum habet. Hujus ludi modus quis fuerit, quisve victor, varium est. Ambros. in *verbo*, *Lampas*; Lucius Scoppa in *Collectan.* expressim utrunque de-
32 scribunt. Hoc notum est, cursu celebrari consuetum. Cursurus accensam facem manu ferebat, quæ si ad metam usque accensa perduraſſet, is vincebat, sin minus, ubi extinguebatur cursum sistebat, & facem alio dabat. Unde ortum adagium, *Lampada cursu tradere*; quod idem est ac sese dedere, & victum confiteri. Ejus usus similitudo adhuc privatim apud nos est. Tripudium enim cum cuique libuerit noctu agitur à viris fœminisque, ac accensam facem invicem sibi porrigunt, unde *Tripudium facis* nominatur, & vulgo *Ballo della torcia*: ut missum interim faciam Tripudium quod in aliquibus solemnitatibus à duodenis equitibus duodenisque nobilibus fœminis, singulis facem manu gestanti-
33 bus, fieri solet. *Quirinales* in honorem Dei Quirini, ideſt Romuli instituti, mense Aprili agebantur. *Capitolini* à Domitiano Jovi Capitolino sacrati, triplici fiebant modo, musica, equis, gymnico agone. *Taurii* sub Tarquinio Superbo inferis diis dicati fuere: eo modo dicti, quod taurina carne in illis vescebantur. Scalig. 34
Funebres, sic dicti quod in funeribus & exequiis fiebant, antiquissima sunt origine, quippe quos Achilles ad Patrocli mortem, & Æneas ad Pallantis celebravit; ad quorum celebritatem gladiatores constituebantur, ideſt servi, qui sese mutuo interficerent, horribili sane spectaculo. Primus gladiatores Romæ dedisse fertur Jun. Brutus in defuncti patris honorem; alij Appium Claud. & M. Fulv. Conſ. authores ejus rei faciunt. Hos postea Claud. Cæſ. eam immanitatem exosus, publice quidem fieri prohibuit, privatis autem jus remansit. Verum cum multi, ob eam rem ad inopiam redacti essent, sub Tiberio S.C. cautum fuit, ne eos facere auderet, qui minus quatringentis millibus census esset. Tandem à Theodorico Gothorum Rege is usus penitus sublatus est. Nicephor. *hist. lib. 7. cap. 46. l. un. Cod. de gladiat. lib. 11.* Et qui ad hunc ludum 35
damnabantur, ad gladium damnati dicti erant, *l. 25. §. si quis plane ff. de acq. hered. l. 6. §. irritum ff. de injust. rupt.* Paul. *lib. 5. sent. tit. 17.* Ii vero servi ad hunc ludum damnabantur, qui à dominis aufugerant. Capitol. in *Macrino*. Servos qui à dominis fugissent, repertos ad gladii ludum deputabat. Hujus meminit Theodosian. in *l. 1. Juo Cod. ad leg. falcid.* Isid. *lib. etymol. 18. cap. 52.* Et qui in eum damnabantur intra annum consumendi erant. Paulus *lib. 5. sent. cap 17.* Nec servi solum, 36
verum & cives Romani delinquentes, ad id damnabantur. Et eo modo dam-

Digitized by Google

nati, *servi pœnæ* dicebantur, de quibus loquitur Justin. *fusſit. quib.mod. jus patr.pot.ſol.* Eaque damnatio duplicis erat generis; aut enim ſe ſe mutuo ſervi interficiebant, & dicebatur *ludus gladiatorius*, aut cum beſtiis pugnaturi conſtituebantur, & dicebantur *damnari ad beſtias*, & ludus
37 is, *ludus venatorius*, de quo in *l.8. §.ult. & pen. ff. de pœn.* Licet autem, ut diximus, ſublati fuerint, in noſtra tamen hac civitate vel tempore Franciſci Petrarcæ celebrati ſunt; quibus celebrandis ipſe aliquando interfuiſſe fatetur, ac abominabilem deteſtatur morem: locus eſt in *Epiſt. famil. lib. 5. epiſt. 37. ad Joann. Columnam*. Et Nero vetuit ne Præſides provinciarum gladiatorum munus ederent. Corn. Tacitus *lib. 13.* Svet. in *vita illius*, Alex. ab Alex. *lib.4.*
38 *cap.6.* Votivi ludi aliquando Sybillinis verſibus, aliquando Augurum præceptis, aliquando Imperatorum promiſſis & votis celebrabantur, vel ante bellum, vel poſt devictos hoſtes: in quibus populo epulum ab ædilibus dabatur. *Scenici* pro bona populi valetudine fiebant: ſic dicti quod ſcenici, ideſt ludiones ſive hiſtriones, quæſtus cauſa, eos repræſentabant, prout & hodie in hac civitate repræſentari videmus: quorum repræſentatores ſive actores infamia notari cautum eſt, dum tamen pretio ducti id agant; *l.2. ff. de bis qui not. infam.* Vide *tit. de ſpectacul. & ſcen. & len. lib.11. Plebei*, ob memoriam integratæ plebis cum patribus concordiæ, poſt ſeceſſum in montem ſacrum, inſtituti fuere, in quibus etiam populus ab Ædilibus epulo donabatur. *Seculares* à P. Valerio Publicola primum 39
conſtituti fuere, ac centeſimo quoquo anno celebrabantur in honorem Apolliñis & Dianæ; ex quo ſpatio nomen fuit illis inditum. Seculum enim ſpatio centum annorum terminari voluerunt antiqui. In iis hymnum concinebant pueri puellæque, patrini & matrini; ac etiam pro incolumitate Pop. agebantur: cujusmodi eſt videre in Horat. *Carmine ſeculari*, & in *hymno* Catulli ejuſdem 40
ſpeciei. *Juvenales* à juvenibus celebrari cœpere, unde ſibi nomen retinuerunt, animi recreandi, exercendique cauſa: dein vero etiam viri in ipſis admiſſi fuerunt. Ludos autem & in hac civitate actos fuiſſe teſtis eſt antiquiſſimus lapis, paucis ab hinc annis in erutis veterum ædificiorum ruderibus effoſſus, græciſque inſculptus literis: quarum eas quæ legi potuerunt, ad ſtrenuiſſimi Pancratiaſtis à temporis voragine memoriam vindicandam, huc non tranſcribere, piaculare fuiſſet, & ſunt hæ.

Digitized by Google

Τ. ΦΛΑΟΥΙΟΣ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ
ΤΙΟΣΚ. ΤΡΕΙΝΑ. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ
ΑΔΑΝΕΥΣΟ ΚΑΙ ΑΝΤΙΟΧΕΥΣ ΑΠΟ
ΑΛΦΗΝΣ ΝΕΙΚΗΣΑΣ ΤΟΝ ΑΓΩΝΑ ΤΩΝ
ΜΕΓΑΛΩΝ ΚΑΠΙΤΩΛΕΙΩΝ ΤΟΝ ΠΡΩΤΩΣ ΑΧΘΕΝΤΑ,
ΑΝΔΡΩΝ ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ ΟΛΥΜΠΙΑ Β, ΠΥΘΙΑ Β, ΝΕΜΕΙΑ Β,
ΑΝΤΙΑ ΝΕΑΝΠΟΛΙΝ ΑΝΔΡΩΝ ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ, ΙΣΘΜΙΑ ΑΓΕ
ΝΕΙΩΝ ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ, ΚΟΙΝΟΝ ΑΣΙΑΣ, ΕΝ ΣΜΥΡΝΗ ΑΓΕΝΕΙ
ΩΝ ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ, ΚΑΙ ΤΗ ΕΞΗΣ ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΔΙ ΑΝΔΡΩΝ
ΠΑΛΗΝ ΚΑΙ ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ, ΚΑΙ ΠΑΛΙ ΑΝΔΡΩΝ ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ
ΠΡΩΤΟΣ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΚΟΙΝΟΝΑΣ ΕΝ ΠΕΡΓΑΜΩ
ΑΝΔΡΩΝ ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ ΕΝ ΕΦΕΣΩ, ΒΑΛΒΙΛΛΗΠΑΙΔΩ
..... ΠΑΝ ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΞΗΣ ΑΝΔΡΩΝ ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ,
.....ΕΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ ΤΟΝ ΙΕΡΟΝ ΠΕΝΤΑΕΤΗ
...ΚΟΙΝΟΝ ΣΥΡΙΑΣ, ΚΙΛΙΚΙΑΣ ΦΟΙΝΕΙΚΙΑΣ, ΕΝ ΑΝ
ΤΙΟΧΕΙΑ Β ΑΝΔΡΩΝ ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ, ΕΝ ΕΦΕΣΙ.....
.....ΔΙΣ ΛΙΔΕΙΣ Ε, ΜΥΣΙΚΕΙΑΝ Β .....
.....Ν ΕΣΑΡΓΟΥΣ ΑΣΠΙΔΑ, ΚΑΙ ΑΛΛΩΣ ΕΝ
.....ΗΡΩΥΣ ΑΓΩΝΑΣ Ρ Ζ Υ...Σ .....
.....ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΝ ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΥ....,
.....ΗΘΕΝΤΟΣ ΑΘΗΝΟΔΩ.....

Quæ quidem monumenta, ordinatim latine reddere non curavimus; tum quia integre reddere non potuimus; quando post medium, literæ aliquæ semirosæ ut vix dignosci potuerint, aliquæ penitus abolitæ videbantur; tum etiam, quia eorum sensus eo est facilis, ut etiam græcarum literarum elementariis pateat; quando notissimorum tantum locorum, & certaminum in eis mentio habeatur. Summa vero eorum est, positam fuisse eam memoriam
41 T. Flavio Artemidoro Adaneo Antiochensi, qui vicit certamen Magnorum Capitolinorum primo actum, virorum Pancratium Olympia bis, Pythia bis, Nemea bis. Neapoli virorum Pancratium. Isthmia adolescentum Pancratium. Commune Asiæ. Smyrnæ, adolescentum Pancratium & sequenti quinquennio virorum Luctam, & Pancratium, & iterum virorum Pancratium. Primus (vicit) commune Pergami, virorum Pancratium Ephesi, & iterum virorum Pancratium. Alexandriæ sacrum quinquennale. Commune Syriæ, Ciliciæ, Phœniciæ. Antiochiæ bis virorum Pancratium. Et hæc sunt quæ aperte intelligi potuere, quæ autem sequuntur, alia ejus viri egregie alibi gesta continuisse, & demum, certaminum ab ipso victorum, in summam redigere liquet, id enim innuere notæ illæ ΦΖΥ videntur, cum immediate sint positæ post dictionem ΑΓΩΝΑΣ, idest Agones; at quia cum nullo Græcorum numerandi modo, congruunt, ut ex Hadriano Amerotio videri potest, aliis interpretandum relinquo. Quod vero ad universam inscriptionem attinet, & id lectores commonere volumus, esse in ip-

Digitized by Google

ipso lapide perpetuo ordine inciſas literas, ita ut dictio è dictione ſejuncta non videatur (qui uſus antiquis perpetuus fuit in majuſculis literis, quemadmodum in Græca conſtitutione majoribus notata elementis, ac Florentinis præfixa Pandectis obſervatum ait Ant. Contius) imo, ſicubi aliquid cernitur ſpatii, id dividit aliquam dictionem, eum in modum, ut principium videatur dictionis ubi non eſt dum finita præcedens. Id admonere volui ut ſi qua dictio originem agnoſcere non videatur, videat qui velit, ſi ipſe eam ad viam reducere poſſit, dum tamen credat, literas fideliter è lapide tranſumptas. Utcunque tamen ſit, duo ex eo in primis notanda veniunt.

42 Unum quod de Neapoli mentionem facit; ad refellendam eorum opinionem, qui ab Auguſto Cæſare, huic Urbi, Neapolis nomen inditum fuiſſe dicunt, cum hæc inſcriptio facta ſit annis plus minus quingentis antequam Cæſar eſſet: quippe quæ tempore primorum Ludorum Capitolinorum inſcripta fuit; quos à Junio Bruto inſtitutos fuiſſe diximus, qui ejiciendorum ab Urbe Regum Pop. Rom. auctor extitit. Alterum quod notandum duximus ad rem grammaticam ſpectat, & eſt, quod regula, quam Græci Grammatici de orthographia tradunt, & communiter recipitur nempe ante K ſcribendum Γ loco N, neotericorum eſt commentum; quandoquidem hic non παγκρατιον cum γ, ſed παυκρατιον cum υ, ſcriptum perpetuo videtur. At de Pancratio, cujus in hac Inſcriptione ſubinde repetitur mentio, pauca dicamus, utque recto progrediamur ordine, pugnandi artium genera, quæ ſupra tetigimus, huc repetenda veniunt. Quinque igitur artes gymnaſticæ in ludis exercebantur, ſcilicet Diſcus, Curſus, Pugilatus, Palæſtra, & Jaculatio. Quæ 43
omnia dilucide complexus eſt Virgil. *lib. Æneid.* 5. cum ait.

Quique pedum curſu valet, & qui viribus audax;
Aut jaculo incedit melior, levibuſve ſagitti-
Seu crudo fidit pugnam committere cæſtu,
Cuncti adſint meritæque expectent præmia palmæ.

Diſcus, præter notam ſignificationem rotundi vaſis, eſt moles rotunda, ſaxea, ferrea, vel plumbea, cujus jactu juvenes inter ſe certabant; & is fortior dijudicabatur qui aut altius, ſi in altum certabatur, aut longius, ſi in tractum, quam cæteri projeciſſet. Curſus, Pugilatus, Paleſtra, & Jaculatio quæ ſint ex ſe patent. Exercitatio itaque horum 44
ludorum, apud Græcos dicebatur *Pentathlon*; & luſores *Pentathli*; dum tamen in omnibus pugnaſſent, dictum à πέντε, ideſt, *quinque*, & ἆθλον ideſt, *præmium*; quod in iis dabantur quinque præmia: apud Latinos vero dicebatur *Quinquertium*, quaſi quinque artium: & luſores, *Quinquertiones*. Qui igitur in his quinque pugnandi generibus pugnabant, & in omnibus vincebant, dicebantur *Pancratiaſtæ*, & eorum victoria, *Pancratium*. Sic dicti à πᾶν, ideſt, 45
omne, & κράτος, ideſt *vinco*; quod, ſcilicet, omnia illa certamina viciſſet. Ita optime exponit Hermolaus Barbarus in *Plin. lib.* 34. *cap.* 8. licet Bud. in *Annot. prioribus* ἀπ' τῶν παντῶν κρατῶν, ideſt ab omnibus viribus, de-

deducere malit; quod, scilicet, certatores, advocatis omnibus corporis viribus, omniumque nervorum con-
46 tentione certarent. Differt igitur *Pentathlum* à *Pancratio*, quod Pentathlum dicitur ratione quinque dictorum certaminum; Pancratium vero, ratione illius qui in omnibus iis victor extitit. Sic differt *Pentathlus* à *Pancratiaste*, quod Pentathlus erat qui in quinque illis ludis certabat, vel viciſſet, vel ſuccubuiſſet; Pancratiaſtes autem erat, qui in omnibus
47 victoriam ferebat. Erant & *Periodi victores* teſte Feſto, qui quatuor ſupra memorata Græciæ certamina, Olympia ſcilicet, Pythia, Iſthmia, & Nemea circum eundo, in omnibus victoria potiebantur. Ex quibus perſpicuum eſt, Flav. hunc Artemidorum fuiſſe non ſolum Pentathlum, ſed & Pancratiaſtem, atque adeo Periodi victorem, quando hæc omnia non ſemel viciſſe, præfata Inſcriptio indicat.

48 Sunt & hodie in noſtra Civitate complura ludorum genera in uſu, ut eſt Certamen haſtarum, quod non niſi ab equitibus agitur & vulgo *Joſtram* appellant; Haſtarum fractio, quæ vel ad parietem vel ad armatum plebeum ad id conſulto deſtinatum, franguntur, & ludus *Facchini* dicitur. Tornæum ſive tornamentum. Ludus arundinum. Ludus teſtaceorum vaſculorum, qui *caruſelli* nominantur. Venatio tauri. Tripudium equorum. Expugnatio oppidorum. Ludi maritimi ſive piſcatorii. Curſus ad anulum, ſive Quintanæ, vel Sorticis. Curſus ad metam ad auferendum bravium pedeſtris. Aſcenſus ad arborem, ſive Majum, & ſimiles. Horum, equeſtres quidem & haſtati, equitum ſunt proprii: in quibus eam operam ſemper dedere, ut eorum valor complures nedum Italos, verum & exterarum gentium equites, periculum de eo facturos traxerit, qui famam à valore ſuperari in ſeipſis ut plurimum ſentiere. Cujus rei, ex multis quæ adducere poſſem, exemplis, unum tantum ex *Chronicis* Petri Gajetæ excerptum, & ab Ant. Terminio in Apologiam Sedilium relatum, adducam: id tale eſt. Arnaldus Burgundus prodigioſæ fortitudinis eques, peragratis innumeris Europæ partibus, tandem ſe Neapolim contulit, ut & hic ſuam oſtenderet ſtrenuitatem. An. ſal. MCCCCXII. Ladiſlao Rege. Ubi propoſito provocationis libello, altera die, paratis carceribus, ſive Tela, ut nuncupant, ad S. Laurentium, Bartholomæus Ruſſus ex Montan. Tribu eques, tres exhibuit filios cum Burgundo equite certaturos, illoſque inſtruxit quomodo haſtam dirigere, ac in adverſarium impetum facere, quomodove ſe ſuper equum celerem quo pugnaturi erant, regere deberent: ſic enim dicere poſſumus equum *Sella raſa* ut dicunt, inſtratum, cujuſmodi equis præcipue ad prælium uti omnes ultra montes nationes, & maxime Germanos, Gallos, Burgundiones, ex Cæſ. *lib.* 4. didicimus. Dato igitur ſigno, concitatoque curſu, parum abfuit quin primus filius ad primam haſtam à Burgundo proſterneretur; ad ſecundam autem maximo impetu proſtratus fuit. Bartholomæus ira percitus quod ideo filium proſtratum vidiſſet, quod ejus monita neglexerat, aliis filiis certamen vetuit, armaque ſibi ferri juſ-

ſit

ſit, eaque allata, ita ærugine commanducata ut erant, (multis enim antea annis ea poſteris ceſſerat, agebatque jam tum is ætatis ſuæ ſecundum & ſexageſimum) ſibi induit, ac prima haſta Burgundum eo impetu proſtravit, ut plus tribus horis ſubmortuus remaneret. Qui in ſe tandem reverſus, gallico idiomate loquens, *Domine, in amicum te compello*, dixit. Unde victor Eques eum ſibi hoſpitem domi adhibuit, atque quam maximo potuit honore affecit: ſequente vero die Burgundus pudore ſuffuſus, *inſalutato*, quod ajunt, *hoſpite*, diſceſſit. Rex autem qui cuncta ſpectaverat ex throno quod eam ad rem ſpectandam, ad ſcalas D. Pauli ipſi paraverant, in tantum in eo ſibi complacuit, ut Bartholomæo, tercentum aureos annuæ penſionis ex regalibus functionibus ſtatuerit; ordinario hujuſmodi certaminum Judice, ipſo conſtituto. Huc pertinere poſſet nominis, Tribus hujus compendioſa ratio, quare, ſcilicet, *Montanea* dicatur; prout in Campanili D. Laurentii legi alias diximus, & quare Montem ſibi in inſignia uſurparit; ſed congruentiori loco fuſius ſcribemus. Certe enim non inde *Montanea* dicitur, quod in ea montanea aliqua, ſive mons fuiſſet, prout nec eſſe videtur; alioquin equorum curſibus, atque militaribus diſciplinis, item & omnis generis ſpectaculis quæ ibi agebantur, ob loci difficultatem regio apta non fuiſſet; ſed fuit illi hoc nomen inditum, ut oſtenderetur hanc regionem, primam reliquarum urbis regionum eſſe, ad imitationem Romanæ diſtributionis. Quemadmodum enim Romæ, Urbanæ Tribus quatuor fuere, quarum prima erat Suburbana, in cujus regionis parte princeps erat Cœlius mons, & dicebatur *ſuburbana*, quod eſſet ſub antiqua urbe, ut ait Varro in libris *de lingua lat.* & refert Sigon. *de antiquo jur. civ. Rom. lib. 1. cap. 3.* ita & noſtræ urbis diſtributores, primam Tribum ſub antiqua urbe collocarunt, quam in hac regione conditam fuiſſe diximus, & *Montaneam* appellaverunt, Montemque ei in arma addiderunt: quod alibi pluribus proſequemur. Qui quidem ludi, ut ad inſtitutum revertamur, licet ordinata temporum ſerie ab antiquis ad nos deveniſſe, non temere crederentur; temere tamen quis ex noſtris, cui ex illis comparari poſſit, aliquis affirmabit: cum ob temporum varietatem, & nomina & ritus immutata eſſe, vel in toto, vel ſaltem ex parte contingerit. Quandoquidem 49
qui noſtrum, quem *Tornæum* nominari diximus, perpendet, cum Juvenalibus Romanorum, vel poſito pignore conferre audebit, cum eædem prorſus actiones in hoc fieri videantur, quæ in illo fieri ſolitas, deſcribit Virg. *lib. 5. Æneid.* cum inquit.

Olli diſcurrere pares, atque agmina terni.
Diductis ſolvere choris; rurſuſque vocati
Convertere vias, infeſtaque tela tulere.
Inde alios ineunt curſus, alioſque recurſus.
Adverſis ſpatiis, alternoſque orbibus orbes
Impediunt, pugnæque cient ſimulachra ſub armis
Et nunc terga fugæ nudant, nunc

Digitized by Google

nunc spicula vertunt,
Infensi, facta pariter nunc pace feruntur.

50 Verum contra, nescio quomodo dici poterunt iidem, cum in Tornæo non nisi equites admittantur; in Juvenalibus autem etiam anus & grandævas natu matres, senesque ingravescenti ætate admissos comperimus, Alex. ab Alex. *lib.6. cap.19.* Sveton. in *Neronem cap.11.* Corn. Tacit.
51 *lib.14.* aliique per Tiraqu. congesti in dicto loco Alex. Sunt qui Tornæum, sive Torneamentum ex Ludo, *Troja* nuncupato, factum esse velint; & sic dici quasi *Trojamentum*, auctore Pardul. Pratt. in *Thes. jur.*
52 *utr. lib.15. in fine.* Qui quidem ab Ascanio Æneæ filio institutus fuit, ex quo ad Romanos fluxisse, ait Virg. *lib.* quem supra memoravimus, his verbis:

Hunc morem cursus, atque hæc certamina primus
Ascanius, longam muris cum cingeret Albam,
Retulit, & priscos docuit celebrare latinos.
Quo pater ipse modo secum quo Troja pubes
Albani docuere suos. Hinc maxima porro
Accepit Roma: & patrium servavit honorem;
Trojaque nunc, pueri Trojanum dicitur agmen.

Et hoc quidem facit ad Neapolitanorum originem, quam à Trojanis ducere aliquos sentire alias diximus; ut scilicet, suorum majorum ritus & mores jure quodam hæreditario, adhuc servent. Utcunque sit, is ludus ab ingenuis pueris tantum celebrabatur, ut ex ultimo versuum supra relatorum liquet; & refert Svet. Tranq. in *Cæs. cap.39.* & in *Aug. cap.43.* & alibi sæpe, Corn. Tac. *lib.11.* Dion Nicæus *lib.43.48.* & 51. Tiraq. in *Alex. cap.19. lib.6.* Et ex hoc quidem, nedum *Torneamentum*, verum & plures alii ex supra relatis fluxisse videntur, ut Certamina hastarum, Arundinum in adventu Imp. Caroli V. celebratum, Testaceorum vasculorum, & Jostra: omnes enim ut inter se invicem, ita cum Troja similitudinem quandam habent. Est au- 53
tem ludus Arundinum, & Caruscllorum prorsus idem ritu; tantum differunt, quod in lusu Arundinum, arundineis spiculis; in Caruscllorum vero, testaceis vasculis, quos *carusellos* appellari diximus, alii alios impetunt. Equester uterque, ut videri possit is iste ludus, à Marone expressus in ultimis versibus, quos de Juvenalibus tulimus, & huc referimus.

Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula vertunt,
Infensi pariter, nunc facta pace feruntur.

In quo quidem ludo, prout & in cæ- 54
teris omnibus, siquis ludendo alium occiderit, impune occidet, dum tamen dolo malo id non fiat, *l. item si obstetrix §. fin. ff. ad leg. Aquil.* & *§.2. Instit. eod.* in quibus locis, de ludo jaculatorio, ut est hic Arundinum, nominatim mentio fit. Alex. ab Alex. & Tiraq. Trojam cum Pyrrhicha confundunt, at quam apte alii judicent, cum Troja, equestris sit; Pyrrhicha vero pedestris: quod & admonuit Strabo *lib.10.* Plin. *lib.7. cap.56.* & idem Tiraq. non negat, & nos de Pyrrhica aliquid *supra* diximus. Venatio tauri ad instar antiquæ venationis cum bestiis fit, cujus-

Digitized by Google

modi immaniſſimas venationi tradi-
dit Philippus Imperator, ut Elephan-
tos, Leones, Tigres, Alces, Hyenas,
Hippopotamum, Rhinocerotem, & ſi-
miles, ut ait Capitolinus in *Gordia*.
55 Oroſ. *lib.7.cap.13.* Alex. & Tiraq. ubi
ſupra. Noſtra vero tempeſtate ludus
hic celebratus eſt in adventu Don
Joannis Auſtriaci in hanc Civitatem,
poſt devictam Turcarum Claſſem ad
Naupactum: in quo quidem & ipſe-
met in arenam deſcendit, ac ſtre-
nuiſſime cum Neapolitanis Nobilibus
pugnavit: quemadmodum in Joſtra
quam etiam ſuſtinuit contra quoſ-
cunque obviam ſibi fierent ſolus ſte-
tit: quæ, eo quod omnibus facta erat
poteſtas pugnandi, *ad campum aper-*
56 *tum* dicta fuit. Porro autem qui cum
beſtiis pacta mercede pugnant, vel
ſi operas ſuas ad pugnandum cum be-
ſtiis locant, etiam ſi non pugnave-
rint, infamia notari cautum eſt, *l.1.*
§. removet ff. de poſtul. quemadmo-
dum & qui artis ludicræ pronuntian-
dive cauſa in ſcenam prodierit etiam
notatur, *l.1. 2. & 3. ff. de his qui*
57 *not. infam.* ubi vide Bud. Equorum
tripudii ludum, antiquiſſimum eſſe
nemo eſt qui ignoret: plane quidem
à Sybaritis inventus fuit. Erant au-
tem Sybaritæ populi Magnæ Græciæ,
qui eo delitiis indulgebant, ut præter
alias libidinum illecebras, equos com-
poſito ſaltatu ad Symphoniæ cantum
ſeſe moventes, introduxerint & in-
ſtituerint, quod poſtea ultimam eis
attulit perniciem. Nam cum bellum
gererent cum Crotoniatis, exercitum
tercentorum hominum millium con-
tra eos eduxerunt, qui, quod eorum
equorum diſciplinam ſcirent, com-
miſſo prælio ſymphoniam pſallere cœ-
perunt: qua audita equi tripudio ſe-
ſe, de more, dederunt; unde Cro-
toniatæ citra pulverem, quod ajunt,
Sybaritas profligarunt, auct. Æliano
de var. hiſt. lib.6. cap.23. Suida, Athe-
næo *lib.12. cap.6.* Tiraq. in Alex. 58
lib.5. cap.21. Expugnatio oppido-
rum, quæ fit ſtructo ex tabulis oppi-
do ad inſtar veræ obſidionis obſeſſo,
ex Romanis, ut alii ludi omnes, ad
nos devenit. Ii enim ad Oſtiam eum
ludum faciebant, de quo ſic ſcribit
Suidas: Παιάγυεσ ἐγίνετο ἐν τῇ Ῥώμῃ
ἐν τῷ Μαΐῳ μῆνι. τὴν παράλιον χῆ-
λαμ. βάντες πάλιν τὴν λεγομένην Ὀσίαν.
οἱ τὰ πρῶτα τῆς πόλεως ἱστοῦντες ἰδιω-
τεῦν ἐνείχοντο ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδα-
σιν, ἀλλήλους ἐμβάλλοντες. ὅθεν καὶ
μαϊουμᾶς, ὁ τῆς παντὸς ἑορτῆς καιρὸς
ὠνομάζετο, ideſt: Solennitas
fiebat Romæ menſe Majo, hoc mo-
do: Maritimam obſidendo Civita-
tem quæ Oſtia dicitur, qui pri-
mas civitatis partes pertingebant,
oblectabantur in marinis aquis invi-
cem ſeſe invadentes: unde & ejus ſo-
lennitatis tempus, *Majuma* nomen
eſt ſortitum. Suidæ ſi credatur, mi-
rum videri poterit cur Ovid. in *Faſtis*
nullam hujus ludi mentionem fece-
rit, ſi tamen non fuerit inſtitutus poſt
ipſum. Omitto etiam quod Arcad.
& Honor. Impp. non ſe civibus Rom.
à quibus Suid. fieri ſolitum ait, ſed
provincialibus, ejus ludi faciendi po-
teſtatem reddere reſcripſerunt, *l.un.*
C. de Maju. lib. 11. qui antea in-
terdictus fuerat ab Anaſtaſio, ut ait
Alciatus, quod parum honeſte cele-
braretur, ut ex *d. l.* percipitur. An
autem idem ſit, ac is quem à Suida
retulimus, non ſatis affirmare poſſu-
mus, vide Alciat. in *d.l.* Ex hac *Ma-* 59
juma ortum habuiſſe dicerem, quem
nos *Majum* nuncupamus, ſi in alio

quam

Digitized by Google

quam in tempore cum illa conveniret, cum menſe Majo fieri ſoleat, quemadmodum & Majuma à Romanis. Plane ritus celebritatis longe eſt ab illius, diverſus: figunt enim humi altiſſimam rectiſſimamque trabem abiegnam, quam ex triremum malis eligunt, ſæboque illiniunt & impinguant, quo lubrica reddatur: in cujus ſummitate præmiis appenſis, qui eouſque aſcendere audebit, ea ſibi capit. Ludi piſcatorii olim Romæ ex quæſtu piſcantium fiebant quotannis trans Tyberim menſe Junio, teſte Pomp. Feſto *lib.* 14. Alex. ab Alex: & in eum Tiraq. *lib. Gen. dier. 6. cap.* 19. quemadmodum eodem menſe, in celebritate ſcilicet D. Mariæ Gratiarum matris, quæ ſecunda die ejus menſis ſit, ſingulis etiam annis apud nos celebrantur à piſcatoribus in mari. Quibus non temere fortaſſe conferri poterunt & ludi navales, qui in Circo maximo immiſſo euripo, navibus fiebant, authore Svet. in *Cæſarem cap.* 39. Plin. *lib.* 8. *cap.* 7. Alex. ab Alex. *lib.* 5. *cap.* 8. *prope finem*. Quos quidem ludos, Heliogabalus, euripis vino plenis exhibuit, auth. Spart. Eſt autem *Euripus*, ductus aquæ & foſſa, in quam, aquam immittebant, ubi navales ludos erant acturi. Et id quidem nedum publicæ lætitiæ cauſa (ob quam omnes ludi exhibentur, *tot. tit. Cod. ut publ. lætit.*) ſed & ad juvenes in re navali exercendos fiebat, ut cum opus exigeret, in ea re experti haberentur. Certe à Scipione Africano poſt devictam Carthaginem, in modum juſtæ pugnæ ordinato exercitu & terreſtri & maritimo, milites exerceri juſſos, ait Liv. *lib.* 26. *in fine*. Quod quidem cunctis Principibus Rebuſque publ. curæ eſſe deberet, quando omne artificium per continuum exercitium recipit incrementum, *l. legatis §. ornatricibus, ff. de legat.* 3. Et proinde Imper. Leo ſanxit ut milites nulli alio ſeſe immiſcerent negotio, niſi ſolius rei bellicæ inſtructioni, *ut armorum quotidiano exercitio*, ait ipſe, *ad bella ſe præparent*, *l. milites*, *Cod. de re milit. lib.* 12. Quam ob cauſam Romani, ut tyrones inſtituerentur, curabant, authore Veget. Quo in loco mihi ſubvenit quod alias ſcripſi, miratus Caroli Sigon. viri alioqui diſertiſſimi, incuriam quandam, qui dicit Neapolitanos circa T. Livii tempora rei navalis curam geſſiſſe; cum Polybius, author longe primus Livio, dicat, Romanos in prima pugna navali quam unquam egiſſent, Neapolitanorum, Tarentinorum, & Locrenſium navibus uſos fuiſſe. Quod ſi eo tempore Neapolitani naves triremeſque habebant, rei navalis expertos fuiſſe, neceſſe eſt affirmare. Sed redeamus unde divertimus?

ADNOTATIONES

Circa Ludorum materiam & Theatrorum, vide Caſſan. in *Catal. par.* 11. *conſid.* 42. & Alexand. ab Alex. *lib.* 5. *cap.* 26.

Digitized by Google

Num.24. Multo autem plura apud Romanos ludorum genera fuere.

In eum luxum processum erat in ludis celebrandis Romæ, ut ad illum reprimendum lege fuisset opus; itaque *lege Fannia* statutum fuit ut in solennibus ludis centena tantum æra consumerentur in singulos dies: imposuit, & generatim profuso sumptui metam ea lex.

Num.39. Ludi seculares.

Hos Romæ spatio trium ætatum jam prætermissos se celebrari vidisse narrat Herodianus in *Severo*, ac nedum urbe tota, verum & per Italiam ibant præcones convocatum omnes ad ludos, quos nec eatenus vidissent, nec visuri deinceps forent.

Num.57. Equorum tripudii, &c.

Equorum tripudio in orbem composito, motuque Pyrrhichio utebantur equites Romani in consecrandis mortuis Imperatoribus, cujus rei ritum ut describitur ab Herodiano nos *infra* referemus. Verum & diebus nostris celebravit hunc ludum Don Petrus Toletus junior; nepos videlicet illius D. Petri, qui Regni hujus gubernacula glorioſissime diu sustinuit, cujusque frequens habetur mentio in hoc mei Germani libro: eumque tam efficacem edidit, quæ sua est in omnibus magnitudo & dexteritas, ut equi ipsi magna cum spectantium admiratione, sese innumeros moverent obliquasque gesticulationes contexerent, nil secius quam si homines, ejus artis optime instructi, fuissent: quod non leve fuit præsagium in quem virum evasurus erat, qui jampridem in classis Præfecturam ascitus fuit, nuper autem equestris militiæ ad bellum Flandrum Imperator electus est, majoraque belli publicique status munera ipsum morantur.

Num.60. Romani ut tyrones instituerentur, curabant.

Imper. Justinian. in *l.2. §.hæc autem, Cod. de offic.præf.præt.Afr.* arctius præcipit tribunis ducibusque militum, ut semper in armorum exercitatione teneant milites: & ante eum Leo in *Cod. de locato. Milites*, inquit, *conductores, procuratores, fidejussores, mandatores fieri prohibentur, ne omittant armorum usum, in quo semper occupati esse debent.* Et Princeps militiæ probare debet tyrones, ac in milites non assumere nisi fortes & habiles, *l.si militiæ, in fin. ff. de castr. pec.* cum aliis adductis per Cassan. in *Catal. par.1. consid.24. num.36.* Quam ob rem præter pedestria exercitia, erant Romæ constituti euripi, qui erant factitii lacus, ubi naumachiam sive pugnam navalem exercebant: quos Heliogabalus, ut auctor est Spart. in *Circensibus ludis*, vino implevit, & naumachiam exhibuit. Quo autem tempore tyrones præliis operam darent cujusve conditionis & qualitatis esse debe-

rent,

Digitized by Google

rent, habes ex Veget. *de re milit.* & Alexand. ab Alex. *lib.* 1. *cap.* 20. & *lib.* 4. *cap.* 7. Habentque & tyrones sua privilegia, inter quæ illud non est minimum, quippe ut facilius illis parcatur quam cæteris, etiam in iis quæ desertioni comparantur, *l. qui commeatus, ff. de re milit.*

Jam passim compertum habemus, quod olim probi milites atque adeo ipsi Duces licet pagani, detestati aleæ lusum bellicis tantum exercitiis præliique similitudini vacabant. Proinde legimus Hadriani quotidie ad viginti milliaria incessisse armatum atque instructum variis modis, pro futuris hostium victoriis, prout quisque, studendo lucubrationibus pro reip. utilitate adjuvanda. Et apud Vegetium hoc singulariter profertur, in pugna usum amplius prodesse quam vires: in Regno autem Siam certus agebatur ludus in civitate Udiæ in rivo Menun, ubi tria millia Paraì (sic enim ibi vocantur naves) militariter invicem prælliabantur. Et quanti conferat militum strenuitati bellicarum rerum regulis exercitium militare, habes ex Jo: Bot. *de rat. stat. lib.* 9. *in rubr. de disciplina.*

Ibid. Carolus Sigonius.

Locus est in *lib.* 5. *de Regno Ital.* sed non satis teneo an id expressim dicat.

SUMMARIUM

CAP. XIV.

1 *Equitatus solennis Proregis Neap. ordo.*

2 *Magistratuum antiquorum cum hodiernis difficillima comparatio.*

3 *Vicerex Magistratuum omnium dignissimus, Præfecto Prat. assimilatur.*

4 *Simile non est idem.*

5 *Præfectura duo significat, regionis tractum, & dignitatem Præfecti.*

6 *Provinciæ, in quas est divisum Regnum Neap. Præfecturis Rom. assimilantur.*

7 *Præfectus, nomen est generale, & omnes comprehendit, qui cuicunque rei præficiuntur.*

8 *Præfectus Prætorio est qui præficitur Prætorio.*

Prætorium diversimode sumitur in libris Digestorum, ac in libris Cod. eod.

Prætorium in libris Dig. significat quodvis ædificium urbanum ubicunque constructum: in libris autem Codicis, est Palatium Prætoris, & cujuscunque Magistratus, qui jus reddit, eod.

9 *Viceregi quare dicatur Tua Excellentia.*

Vicerex in ambiguitatibus Regem consulit, quemadmodum olim Præfectus Prat. Imperatorem, eod.

10 *Præfecti Prætor. origo à Pharaone Ægypti Rege manavit.*

Nomophylax apud Græcos idem erat qui apud Latinos, Præfectus Prætorio, eod.

Minos Rex Cretens. ter in anno circunferendas curabat leges

per

per ſuam ditionem ut aſſervarentur, eod.

11 *Præfectus Prætor. ab Imperatoribus excogitatus, ad inſtar Magiſtri militum ſub Dictatorib. & Tribuni Celerum ſub Regib.*

12 *Cancellarius Franciæ Præfecto Prætor. comparatur.*

13 *Præfectus Prætor. tempore Romuli quis eſſet.*

14 *Præfectus Prætor. ab Auguſto primum inſtitutus.*

Præfectura Prætorii Equitibus Rom. tantum dabatur, eod.

15 *Præfectus Prætorio ex fidelitatis experientia, ab Aula Principis ad Provincias regendas mitti cœpit*, eod.

Familiaritas parit contemptum inter ruſticos, non autem inter prudentes, eod.

16 *Familiaris quis dicatur, & multis impertitur privilegiis.*

17 *Præfecti Prætor. deſignandi ritus.*

18 *Præfecti Prætor. quatuor tantum erant per Imperium Roman. Juſtinianus autem addidit quintum.*

19 *Africæ Præfectura, Italiæ ſubjecta erat tempore Juſtiniani.*

20 *Præfectus prætor. Principis perſonam repræſentat, & quare in provincias mitti cœperit.*

Regis intereſt locupletes habere ſubditos, eod.

21 *Rex in Regno non minorem habet poteſtatem, quam Imperator in Imperio.*

1 QUia ſolennem Proregis equitatum, ſervato ordine fieri dixi, illum quam breviter recenſere, ab re non eſſe putavi. Omnium igitur primi, Continui apparent, tum Barones ſive Titulati, tertio loco Civitatis Electi, quarto ſeptem Regni majores Officiales, ideſt magnus Cancellarius, magnus Conteſtabilis, magnus Siniſcallus, magnus Camerarius, magnus Juſtitiarius, magnus Admiratus, magnus Prothon. deinde Vicerex cum Syndico ad lævam, undique ſatellitibus ſtipatus, Sceptriferis præeuntibus. Et hi quidem armatam repræſentant militiam. Sequitur deinde Togatorum ordo, & immediate poſt Proregem incedunt Regentes Cancellariæ cum Conſiliariis ſtatus, qui hoc jure inter ſe utuntur, ut Conſiliarii titulo inſigniti, Regentes præcedant; titulo vero deſtituti, Regentes ſubſequantur: quod clarius *infra* dicemus. Præſidens Sac. Conſ. Locumtenens Reg. Cam. Sum. Theſaurarius, Regens Mag. Cur. Vicariæ, Secretarius Regni: tum regii Conſiliarii, poſtea Præſidentes Summar. Hos ſubſequuntur Judices Vicariæ Criminales & Civiles. Advocati Fiſcales; Mag. Cur. Vic. ſcilicet, & Reg. Cam. Summ. quorum qui prius in id munus aſſumptus eſt, in omnibus locis præcedere debere, judicatum eſt. Auditor Campi, & Judices Siclæ. 2 Quos quidem Magiſtratus cum communibus, quibus nunc vulgo appellantur, nominibus nominaverim, e re mea fore duxi, ſi & quomodo antiquis appellati fuerint, ſubnectam. Et licet difficillima ſit, & quæ doctiſſimos abſterruit viros ob rerum viciſſitudines, inter hos & illos comparatio; ne tamen ſicco, ut ajunt, pede, in re tanta pertranſirem, in arenam hanc & ego deſcendere decre-

vi.

Digitized by Google

vi. Et quoniam librum *de Magistratibus*, haud sane infructuosum, contexui; ex eo, quæ ad rem præsentius facere videbuntur, arctiori, quo fieri poterit modo, huc transcribam. Et primo de Vicerege, tanquam de Magistratuum omnium primo & longe dignissimo, sermo erit nobis. Hic cui ex antiquis Magistratibus comparari possit, nullus, nisi me fallit memoria, Regni Cōstitut. Interpres expressit. Nam Isern. Affl. Loffred. & Camerar. *Regis Vicarium* semper appellavere, de quo nos *infra* dicemus. Capyc. tamen in
3 *Compend. de Magistrat.* VICEREGEM, eundem esse ait, qui apud antiquos *Præfectus Prætorio* dicebatur. At Isern. in *cap. Imperialem, de prob. feu. alienat. per Fridericum*, aliter sentit; unde Juniores quidam non Præf. Prætorio, sed Proconsuli, aut Præsidi assimilari autumant: adducunt ad hoc Bald. in *l. observare*, §. *proficiscenti ff. de off. proconf.* ubi Præfectum Præt. in Italia hodie non extare asserit, ut refert Clar. in *pract. crimin. lib. 2. §. fin. qu. 35.* Ego vero Capycii sententiam haud sane aspernendam esse commonstrare nitar. Li-
4 cet enim non esset prorsus idem, sed similitudinem quandam cum illo tantum haberet, juxta *l. quod Nerva ff. depos.* ea tamen similitudo in tantum concurrere videtur, ut confundi tandem posse sit asseverandum. Quod ut clarius pateat, paulo altius exordiar: ex indagine, scilicet, quid sit *Præfectura*, & ejus specierum; unde dictus sit *Præfectus Prætorio*, quo tempore, quibusve juribus & qua causa fuerit institutus, & quam
5 haberet auctoritatem. Duas igitur significationes prorsus habet Præfectura: uno enim modo significat regiones sive tractus territorii, in quibus jus dicebatur, & nundinæ agebantur, inquit Festus, atque ad eas à Romanis mittebantur Præfecti in illis jus dicturi: de quibus vide Sigon. *de antiq. jur. Ital. lib. 2. cap. 10. & seqq.* Et his quidem assimilare 6
quodammodo possemus, quas hodie in Regno, *Provincias* nominamus, ad quas singulas mittuntur singuli Præfecti, quos vulgus *Provinciarum Vicereges* appellat: at de hac Præfecturæ specie non loquimur hic. Alias autem, Præfectura est dignitas 7
sive auctoritas Præfecti: est autem *Præfectus*, nomen generale omnes illos comprehendens, qui alicui rei administrandæ, gerendæ, vel gubernandæ præficiuntur: idque eo extenditur, ut etiam qui vilissimæ cuique rei præficitur, *Præfectus* dicatur: unde usuvenit, ut in Præfecto notando, rei etiam cui est præfectus, nomen subjiciatur. Hinc & in libris veteribus, & in lapidibus passim legitur: Præfectus urbis, Præf. cohortum sive cohortis, Præfectus ripæ, ,,
Præfectus alæ, Præfectus militum, ,,
Præfectus fabrum sive fabrorum, ,,
Præfectus ærarii, Præfectus classis, ,,
Præfectus legionis, Præfectus fisci, ,,
Præfectus vigilum, Præfectus annonæ, & id genus sexcenti. Cujus Præf. ,,
annonæ, usus & opera, ut id obiter 8
dicam, difficili tantum tempore, & caritate annonæ potissimum exigebatur, secundum Fenest. *de Magistrat. cap. 15.* ratio est ea, quod omnes Judices ei rei operam dare debent, adeo est publica & privilegiata, text. est in §. *consideravimus. Auth. ut jud. sine quoq. suffr.* Præf. igitur Prætorio is est, qui Prætorio præficitur. Sane

au-

autem Prætorium aliter apud Jurisconsultos in libris Pandectarum, aliter apud Cæsares in constitutionibus Codicis accipitur. In libris enim Pandectarum Prætorium proprie est ædificium urbanum, id est quod qui in urbe habitat, voluptatis causa sibi paravit, licet id in villa structum sit, *l. urbana prædia ff. de verb. sign. l.2. §.1. ff. de servit. rust. c. prædior. l.injuriarum §. fin. ff. de injur. l.plenum ff. de usu & habitat. l. prædiis §. ex his verbis ff. de legat.3.* Tertullian. in *lib. de Idolatr.* Pallad. *lib.1. cap.8.* Sveton. in *Caligul. cap.38.* Franc. Connan. *jur. civil. lib. 4. cap.10. num.16.* In Constitutionibus autem Prætorium, est domus magnifica Prætorum, Præsidum, Judicumve, commoditate juris dicendi causa, in urbibus extructa, *l. omnes §. nullus, Cod. de episc. & clir. l. penult. Cod. de off. rect. prov.* & hoc modo *Palatium* vulgo dicitur: licet in *d.l.penult.* palatium, & prætorium differre videantur. Omnia igitur Palatia in quibusvis urbibus constructa, regendæque justitiæ deservientia, *Prætoria* recte dicuntur, & qui iis præest, *Præfectus Prætorio* recte dicetur. Locupletes sunt ejus rei testes, præter Suidam aliosque Græcos scriptores, græcæ & Cod. & Auth. constit. ad Præfectos Præt. nuncupationes: in quibus ubi latine dicitur, *Joanni Præf. prætorio*, ut de uno exemplum afferam, perpetuo scriptum est ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων, ideſt: *Præfecto prætoriorum.* Quod si Vicerex, omnibus hujus Regni Prætoriis est præfectus, Præfectus Prætorio merito dici poterit: nec obest quod Præfectus prætorio singulariter in latina versione profertur, quandoquidem per excellentiam, eminentiori & excelsiori Prætorio, cui cætera prætoria subjiciuntur, *Præfectus* intelligetur, *Inst. de jur. nat. gent. & civil. §.sed jus quidem civile*: & id quidem est illud ubi ipse Vicerex residet; secundas enim partes post Principem gerit: quo factum est ut in supplicibus libellis ipsi porrigendis, *Tua excellentia* illi dicatur, sicuti Præfecto prætorio ab Imperatoribus dictum fuisse passim patet, ut est *Auth. de triente & semisse*, & *Auth. ut fiant pignor. §§. final.* & alibi: immo Vicerex *illustris* appellatur à Rege; sicut *Præf. præt.* ab Imperatore, *l. de ordinario Cod. de off. præf. præt.* Ori. *lib.12. l.nemo Cod. de jurisd.om.jud. l. 2. Cod. de senten. & brev. recit. l. illustres, Cod. de modo mulct. l. defensores, Cod. de defens. civ.* cum aliis *infra* oportuniori loco allegandis: quamvis eum titulum, & Imperatori tributum fuisse sciam, ut est text. in *cap.nos, in usibus feud. de pa. const. cap.solita, de major. & obed. cap.2. de supplen. neglig. præl. in 6. cap. fundamenta, §. proinde, de elect. in 6.* & per Regni leges, & capitula liquet, *l.nihil, l. ea quæ ad speciale decus, l.patres pro filiis, l.crebra, l.occupatis, l.comite, l.post mortem, l.in aliquibus*, & Carol. I. in *cap. Regni Justitiario Terræ Hydruuti*. Idem *à magnificentia nostra*, in *cap. Nuper apud Tranum: cap. venerabilem, de elect.* Et quemadmodum Præfect. Præt. in ambiguitatibus emergentibus, Principem consulere tenebatur, qui, quid statuendum esset, juberet (quod causa fuit ut omnes Codicis & Auth. constitutiones, Præfectis Præt. directæ legantur) ita & Prorex in aliquibus novis sanciendis

prag-

Digitized by Google

pragmaticos, Regem consilii sui principium ipse sibi fecerit. Ejus originem Cassiod. [illegible] ex Augusti manasse ait: quod [illegible] dicunt, Joseph primo [illegible] præfecti prætorii [illegible] Romanorum [illegible] Præfectum [illegible] Regis [illegible] Fab. Pictor. [illegible] [illegible] [illegible]

rius, ea apud nos *Vicerex* gerit. Nec repugnat, quod idem Bud. dixit in *Annot. poster.* eos quod nunc Vicereges dicuntur, Legatis comparari posse: quando de Viceregibus provinciarum loquitur, qui etiam apud nos hoc nomine appellantur. Sed Cancellarii apud Cassiod. videntur esse Præsides provinciarum, qui Præfecto præt. subjacent, ut videri potest ex XII. *Variar.* ubi à Præfecto præt. diversis Provinciarum Cancellariis aliquid jubetur, ut est, Anastasio, Cancellario
13 Lucaniæ & Brutiorum *cap.* 14. Porro autem Præfectum prætorio tempore Romuli, eum appellatum ait Spiegelius, qui prætorio præerat, ideſt militibus cohortibusque Prætorianis circa palatium Principis: quod ex Ascon. Pædiano in Cic. patet, ubi, „ Veteres, inquit, omnem Magistra„ tum cui pareret exercitus, Prætorem „ appellaverunt, unde etiam Prætorium „ tabernaculum ejus dicitur, & in ca„ stris porta prætoria, & hodie quoque „ Præfectus prætorio. Hæc Asconius. Sub Cæsaribus quoque, disciplinæ tantum militari præfuisse Lætus ait. In Gallia vero Præfectum prætor. dictum ait Pyrrhus, qui & *Præfectus palatii* & *Magister domus* vulgo dicitur, quod cum superioribus convenit. Id autem institutum, constituen-
14 di scilicet in Prætorio, id est in Principis aula sive palatio, Præfecti, ab Augusto manasse, fatetur Svetonius in ejus *vita*, & Dion *lib.* 55. Quæ præfectura olim non nisi Equitibus Romanis mandabatur, secundum eundem Svet. in *Vespas.* & in *Tito cap.* 6. & Plin. in *præfat.* Sic itaque id munus ex castris & militia, deductum fuit ad Palatia, & quietis tranquillitatem: & sic observatum videmus in Hispania & in Italia, ut scilicet Regni proceres & Cardinales in id officium sint asciti. Cujus postea auctoritas usque eo posteriorum Cæsarum beneficiis crevit, ut primum quidem ad civiles, dein vero etiam ad provinciales causas dilatata fuerit. Adde, à Prætorib. eligebatur secundum Alex. ab Alex. Isti vero à Philippi & Cæsaris Consiliariis ut plurimum, Cardin. de Granvela, M. A. Columna, Jo: Andr. d'Oria in classis præfecturam, Dux Terræ novæ, Marchio Guasti, Marchio Sanctæ Crucis Viceregis in Regno Portus Galli, & alii: ideoque summo cum imperio ad regendas aliquando provincias, mittebantur. Fabius tamen Pictor in *lib. de aur. sec.* Saturnum à Jano Italiæ Rege, Aboriginibus & Latio præfectum fuisse dicit, ut videri possit hæc eadem præfecturæ species antiquissimi fuisse instituti. Sunt autem Aborigenes populi Latio finitimi, 15
de quibus alibi diximus. Quod evenire potuit, tum ob fiduciam, ex experientia ejus fidelitatis contractam, ut scilicet ubi Princeps ex persona adesse non posset, alterum se adfuturum mitteret; tum ob arctiorem familiaritatem, ob assidua servitia ab ipso Præfecto præstita, inter eum & Principem initam & roboratam: quæ licet contemptum parere sit in proverbio, & habetur in *l. observandum*, *ff. de off. præsid.* id tamen intelligi sane poterit inter rusticos, non autem inter prudentes, inter quos etiam amorem auget, *l.* 3. *ff de pecul.* secundum Abb. & Felin. in *cap. si judæis*, *de judi.* Familiaris autem secundum Isern. & Assl. in *const. Juris-* 16
gentium, *notab.* 8. *num.* 19. Luc. de Penna in *rubr. Cod. de domest. lib* 12.

ex l. item Apud Iulianum §. penult. ff. de injur. & l. C. eod. tit. judicatus qui omnia [illegible] domo in domum [illegible] effectatur, & ei [illegible] aliter [illegible] vel aliud agendi [illegible] domo propria comedit vel [illegible] multis communicatum potest, & vetus regula privi- 17 legii [illegible] l. cuidam ff. eod. tit. ex quo optimi Principis [illegible] fecerit, quandoquidem [illegible] dignitatem, vel bonum [illegible] communicari bonum enim quanto latius patet, tanto magis commune fieri eo divinius est existimandum; Aucl. Arll. Papillis. in prob. Imo bonum, ait Aret. cons. 51. & 57. Alex. cons. 10. non est bonum nisi omnibus sit commune. Quod si omnibus ea communicatio convenit, præcipue etiam Principis familiaribus, qui filii corporis sui dicuntur, l. quisquis, Cod. ad leg. Jul. majest. Ritus autem designandi sive instituendi Præf. prætorio is erat, ut Imperator cingulum una cum gladio, & ipsius potestatis, ipse Præf. daret: unde memorabile Trajani dictum, hac de re literis traditum est. Is cum quempiam Præfectum prætorio institueret, hoc modo illum alloquutus est: *Accipe hunc ensem, & si quidem recte dixero, pro me; si secus, in me utere.* Plin. Jun. in 18 Panegyr. & Dion loc. cit. Hujusmodi Præfectorum prætorio, ideft ad regendas provincias missorum, quatuor genera, ad orientalis Imperii tempora commendantur in voluminc Justiniani: per Orientem, scilicet, per Illiricum, per Italiam & per Gallias; quod & ex *Notitia Imper.* cognoscere licet. Et Cæsareis temporibus tria illa aderant, scilicet, Dictator, Magist. militum, & Præf. prætor. & secundum temporis antiquitatem præcedebant, & Præf. prætorio, præfectus Urbis, & Magister equitum & peditum in pari gradu dignitatis erant: & qui eorum primo dignitatem adeptus sit, præcedit, *l. 1. & 2. C. de præf. præt.* & Jo. de Plat. in *l. fin. Cod. de decurion. lib.* 10. Cassan. in *Catal. gl. mun. in 9. par. consid. 17. in fine.* Justinianus autem, exactis Vandalis, Africam ab Italiæ præfectura, 19 cui fuberat, exemit, proprium que ipsi præfecturam assignavit, *l. 1. & per tot. tit. C. de off. Præf. præt. Afr.* His initiis, ejus magistratus eo crevit auctoritas ut appellari à Præf. prætor. non posset, ut paulo inferius dicemus: credidit „ enim Princeps, ut Archadii verbis „ utar, eos qui ob singularē induſtriam, „ explorata eorum fide & gravitate, ad „ hujus officii magnitudinem adhiberentur, non aliter judicaturos esse „ pro sapientia & luce dignitatis suæ, „ quam ipse foret judicaturus. Unde „ patet præfectum præt. Principis per- 20 sonam repræsentare, ac in illis tantum locis designari, in quibus Princeps ipse personaliter interesse non possit; quod causæ fuit quare in provincias mitteretur, argum. tex. in *l. sed hæ personæ, §. 1. ff. de procurat.* Ifern. & Camerar. in *cap. Imperialem; de prob. feu. alienat. per Frid.* quibus extra Regnum subditi Regem quærere non tenentur, & ratio potest esse ex tex. in *l. fin. Cod. qui admitti*; ubi bonorum possessio hodie à quocunque judice decerni potest, rejecta antiqua dispositione, qua prætoribus tantum competebat: & totam provinciam circuire cum casus contingeret, egestatem subditis maximam inferendo, secundum Bol. *ibid.*

Digitized by Google

& interest Regis locupletes habere subditos, *Auth. ut jud. sine quoquo suffr. §. consideravimus*, *l. cum ratio*, *ff. de bon. damnat.* Et id quidem dignoscitur ex eo; quod ubi Princeps residet, ibi ipse idem vices suas exercet, ac nulli alio mandat, quod in Rege dom. nostro videmus. Et quamvis respectu solius Imperat. Præfectus præt. dici debere videri possit, cum de eo solo in legibus mentio habeatur, nihilominus, quoniam non minorem habet Rex in Regno suo potestatem, quam Imperator in im-
21 perio, Det. in *consil.* 390. Isern. in *prælud. feud.* immo plus habet Rex in Regno, quam Imperator in imperio, Luc. de Pen. in *l. 2. num. 1. Cod. de conduct. & procur. præd. fisc. lib. 11.* & tanto magis Rex noster invictiss. cujus potentiæ & ditionis magnitudini, paucorum quotquot unquam fuerunt Imperatorum potentiam, & magnitudinem coæquandam invenies, & præcipue ob novam Indiarum regionem; qui, cum sit Rex Sicil. etiam dicitur *Monarcha* in Regno, nec recognoscit Superiorem, Isern. in *cap. 1. col. 2. de his qui feud. dare pos.* & in *prælud. feud. q. 3.* sicuti de Rege Franciæ dicitur, Luc. de Penn. in *l. cum per alia*, *Cod. de colon. palest. lib. 12.* Det. *loc. cit. l. 1. ff. de constit. princ.* ibi: *in eum omne imperium*, & *l. un. ff. de off. Præfecti prætorio*, ibi: *regimentis Reipublicæ ad Imperatores perpetuo translatis*, Glos. Paris. in *gl. 3. ver. la bouche & les mains*, *num. 10.* omni jure poterit is, quem suis prætoriis præficit, & Viceregem appellat, Præfectum prætorio nuncupari. Præfectus prætor. capitur etiam pro procuratore Cæsaris, *l. 4. §. si bona*, *ff. de fideicom.*

liber. l. 2. §. hoc inter[illegible] quid in loco publ. Glos. [illegible] *Cod. ubi cau. fiscalis* [illegible] ex Spectabilibus & [illegible] batur ad præfecturam [illegible] *Cod. de prætor. & h[illegible]* Sed de urbe tantum [illegible] *Cod. de off. præt. lib. 12.* [illegible] in *ff. & Cod. de off. præf.* [illegible] Certe hoc magis pa[illegible] utriusque auctoritas [illegible] torio, scilicet [illegible] paretur. Quod [illegible] rit, si Formula [illegible] tum, idest princip[illegible] quas *patentes* appellant, examinetur & conferatur. Quoniam quidem officiorum comparationem publicæ conferre utilitati putavi, cum inde pacta semper securiora fuisse necessitatibus ad Reip. statum conservandum & regendum, & præcipue ex Magistratuum creatione; quod si recte retum admodum exemplum hoc satisfecit, hic temporibus ob Principis optimi prudentiam facilius & commodius satisfactum videtur. Porro non tacuerim, quod sequentem Formulam transcribendam mei inventi esse, atque adeo à nemine in sua scripta relatam putabam, verum cum Luc. de Pen. evolverem; eam ab ipso in *l. adeos*, *Cod. de suscept. & præpos. lib. 12.* nonnunquem transumptam agnovi. Quare ut aliquid novi adderem, explicationem, & collationem subjungendam curavi. Prius tamen, & id notandum censeo, fuisse & à lege positas formas officiorum præsidalium, ut verbis dicti Auctoris utar, in *auth. de mand. princ. §. oportet*, *usque in finem*, & subdit: *Nam & jurisconsulti formas etiam contractuum*,

& si-

& stipulationis [illegible] acceptilationis, in legibus [illegible] decernat, [illegible] de acceptilat[illegible] ipse. Quibus addi[illegible] solutum, ut est claus[illegible] l. 9. pr. jusjurand. [illegible] de acceptilat[illegible] re ff. de verb. obligat[illegible] de verb. signif. Clausula [illegible] nota, l. 2. §. fin. l. judicatum [illegible] solu. Clausula solicitare [illegible] cod. de actio. l. ff. juris 3. Cod. [illegible] manumiss. testam. exhiberi ff. ad [illegible] Sulp. l. rem servi[illegible] [illegible] l. 3. ff. de testamentar. [illegible] §. ult. ff. de legat. 3. Hæredi [illegible] cernendi nomine, idest [illegible] cujus, l. 3. ff. de accusat. Rerum [illegible] ceptionum l. 1. §. Labeo, ff. de [illegible] l. si quem, ff. quod vi, aut [illegible] l. 2. ff. de dolo malo. Incepta [illegible] cæpta l. 4. §. ult. ff. de [illegible] l. sicut ff. quib. mod. pign. [illegible] Formulæ fidejubendi [illegible] cit. de fidejuss. Sigon. de [illegible] l. 1. c. 5. Formulæ hæredum [illegible] rum, vel substituendorum [illegible] in fragm. tit. 22. & ff. [illegible] de hared. instit. & de [illegible] Formula judicii recuperatorii, instit. de action. §. sic itaque. Formulæ jurisjurandi præstandi à Judice, item non novam, in princip. ff. [illegible] Advocato eadem l. §. patroni [illegible] capit. præsentium, de [illegible] 6. à Feudatario, c. 1. qualit. [illegible] deb. dom. fidelit. in usib. feud. can. de forma 22. q. 5. Formula matrimonii contrahendi, cap. si inter [illegible], de sponsalib. & matrim. Et [illegible] ejusmodi formulæ passim in utroque jure invenire licet, quæ illud non sunt nisi quædam verba, vel abusu communi, vel lege præscripta, quibus in iis actibus celebrandis utuntur. Formula igitur Præfecti prætorio ex Cassiod. lib. 6. Variar. deprompta, hæc est.

FORMULA PRÆF. PRÆT.

Si honoris alicujus est origo laudabilis, si bonum initium sequentibus rebus potest dare præconium, tali auctore Præfectura Prætoriana gloriatur, qui & Mundo prudentissimus, & divinitati maxime probatur acceptus. Nam cum Pharao Rex Ægyptius, de periculo futuræ famis, inauditis somniis urgeretur, nec visionem tantam humanum posset relevare consilium, Joseph, vir beatus, inventus est, qui & futura veraciter prædiceret, & periclitanti populo prudentissime subveniret. Ipse primum hujus dignitatis insulas consecravit: ipse carpentum reverendus ascendit: ad hoc gloriæ culmen evectus, ut per sapientiam conferret populis, quod præstare non potuerat potentia dominantis. Ab illo namque patriarcha, & nunc pater appellatur imperii: ipsum hodieque resonat vox præconis, instruens judicem, ne se patiatur esse dissimilem. Merito, ut cui tanta potestas potuit dari, videretur semper subtiliter admoneri. Quædam enim huic dignitati, & nobiscum jura communia sunt. Exhibet enim sine præscriptione longinquos: magna quantitate mulctat errantes: fiscum pro sua deliberatione distribuit: evectiones simili potestate largitur: vacantia bona proscribit: delicta provinciarum judicum punit: verbo sententiam dicit. Quid est, quod non habeat commissum? cujus est vel ipse sermo judicium. Pene est, ut leges

pos-

„ possit condere, quando ejus reverentia potest negocia sine appellatione finire. Ingressus palatium nostra consuetudine frequenter adoratur: & tale officium morem videtur solvere, quod alios potuit accusare. Potestate igitur nulla dignitas est æqualis. Vice sacra ubique judicat. Nullus ei miles de fori sui auctoritate præscribit, excepto officiali Magistri Militum: credo, ut vel illis aliquid Antiquitas cederet, qui videbantur pro Repub. bella tractare. Curiales etiam verberat, qui appellati sunt legibus Minor Senatus. In officio suo jus retinet singulare, & talibus tantisque noscitur jubere, quos etiam provinciarum non audeant judices in aliqua parte contemnere. Officium plane geniatum, efficax, instructum, & tota animi firmitate prævalidum: qui sic peragent jussa, ut nullis morentur dilationibus imperata. Militia perfunctis Tribunorum & Notariorum honorem tribuit, & milites suos illis exæquat, qui inter proceres mixti, nostris conspectibus obsecundant. Gratanter implemus, quæ ille constituit, cujus reverentia & nos ita constringimur, ut sine dubitatione faciamus, quæ illum decrevisse cognoscimus. Non immerito, quando palatium sua provisione sustentat: servientibus nobis procurat annonas: humanitates quoque judicibus ipsis facit, Legatos gentium veraces explet ordinationibus suis. Et licet aliæ dignitates habeant titulos præfinitos, ab ista totum pene geritur, quicquid imperio nostro æquabili moderatione tractatur. Hanc denique curarum omnium pulcherrimam molem (quod prosperum nobis, utile Reipubl. sit) ab illa indictione tuis humeris decenter imponimus: quam tu & ingenii virtute sustineas & summa fide tractare contendas. Quæ quantum diversis solicitudinibus constringitur, tanto magis laudes ampliſſimas dignitas hæc triumphat. Et ideo tantum lumen gloriæ sit actionibus vestris, ut & in palatio nostro fulgeat, & in provinciarum longinquitate reluceat. Par tibi sit cum potestate prudentia: conscientiæ tuæ quadrifaria virtus assideat. Tribunal tuum ideo tam excelsum factum esse noveris, ut locatus ibi nihil humile abjectumque cogitares. Considera quid debeas dicere, quod à tantis excipitur. Monumenta publica talia contineant, quæ se legisse nullus erubescat. Præsul mirabilis partem non habet cum delictis: quia nisi aliquid egregium assidue fecerit, culpam vel ocioſus incurrit. Nam si prædictus auctor sanctissimus ille recolatur, quoddam sacerdotium est, Præfecturæ Prætorianæ videtur competenter agere dignitatem.

FORMULA VICER.

Ex Digestis Cancellariæ descripta.

PHILIPPUS DEI gratia Rex, &c. Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium universis. Cum in singulis Regnis, quæ Deus optimus maximus sua benignitate nobis commisit, uno eodemque tempore præsentes esse non possimus, in hoc omni cogitatione & cura incumbimus, ut eos viros ipsorum gubernationi præficiamus, quorum con-

Digitized by Google

„ consilio [illegible] „ admi[illegible] „ nobis [illegible] „ Don [illegible] „ Ioni[illegible] „ ca[illegible] „ ma[illegible] „ Orsa, San[illegible] „ Provincia Ca[illegible] „ [illegible] „ [illegible] „ co[illegible] „ [illegible] „ generalis in [illegible] „ Neapolis, „ [illegible] „ [illegible] „ [illegible]

„ distincte, disponere, mandare, ordinare & statuere pro suo arbitrio, quæ servitio nostro, bono statu conservationi, & beneficio reipublicæ dicti Regni nostri, videbuntur expedire: atque in ipsos, & alios quoscumque dicti Regni subditos nostros, ac etiam super extraneos ibidem existentes, & quomodolibet declinantes & transeuntes seu moram trahentes, præsentes pariter & futuros per se aut Officiales nostros ad id deputatos, seu deputandos; nostro nomine exercere & exerceri facere omnem jurisdictionem, civilem & criminalem, altam & bassam, & aliam quamcunque, merum & mixtum imperium: cum omnimoda gladii potestate quoscumque delinquentes & culpabiles castigare, & pœnis debitis plectere, aut si ei videbitur, de & super criminibus, excessibus, seu delictis quibuscunque quoque supplicio dignis, etiam de crimine læsæ Majestatis in primo capite, guidare, remittere, indulgereque, atque reos & culpabiles punire, componere, castigare, paciſci, & pœnas tam civiles, quam criminales remittere: causas quascunque patrimoniales, & alias quasvis civiles & criminales motas, & movendas etiam supplicationum, & appellationum jam introductarum & introducendarum, & alias quascunque tam viduarum, pupillorum & pauperum, quam Universitatum & singularium personarum, ad se & audientiam nostram regiam evocare, easque committere & decidere, & fine debito terminare, & servatis in omnibus, Privilegiis, constitutionibus, pragmaticis sanctionibus, capitulis & observantiis dicti Regni, ad effectum deducere: & etiam cum potestate summarie & de plano procedendi. Præterea gratiam, cessionem, & debitorum, ut vocant, elongamenta, salvos conductus & emparamenta concedere, quibuscunque ex illicito & damnato coitu procreatos, aut procreandos, tam ad honores, quam ad successionem bonorum legen. & feudalium legitimare, habilitare: de restitutione in integrum exclusiva quam defectus natalium concedere: tutores & curatores, & bailias, pupillis, viduis, & aliis dare, illosque confirmare: ac in causis spiritum vitæ insufflare: mercandi & represaliandi licentias impartiri. Quoscunque officiales, majores & minores tam ad beneplacitum, quam ad vitam, Castellanos Castrorum, Doctores in nostris Consiliis, & regiis Tribunalibus, Gubernatores, & Auditores provinciarum, Capitaneos, Justitiarios, Advocatos & procuratores fiscales, & Magistros Portulanos, Dohanerios nostros, provinciarum secretos, Credentiarios, & alios quoscunque officiales, tam in casu vacationis, quam alias, donec consulto, provideatur, creare & instituere, & illos creatos, etiam si fuerint à nostra Majestate creati & ordinati, punire, & ex causa, ab eorum officiis suspendere & privare, & alios de novo constituere & ordinare, prout ei visum fuerit: equites quoque aut milites, & Doctores in quacumque facultate, Judices ad contractus, & Notarios creare, Magistros actorum, ex causa facere & assumere, etiam in casu non ordinato: acta & processus revalidare. Necnon contractibus super rebus feudalibus assentire, exceptis tamen calibus per Regiam pragmaticam

cam

„ cam; vel alias, reservatis: Novas
„ investituras quorumcumque Princi-
„ patuum, Ducatuum, Marchionatuum
„ Comitatuum, Baronorum, & alio-
„ rum quorumcumque bonorum Feu-
„ dalium, tam titulatorum quam sine
„ titulo, legitime successoribus, & aliis
„ personis, de rebus feudalibus facere;
„ & Homagia, & fidelitatis Juramenta
„ à Feudatariis accipere possit. Insu-
„ per matrimoniis, quæ per Magna-
„ tes, & Barones, & alios regnicolas
„ prædicti Regni fieri contingat, assen-
„ sum præstare: & ordinationibus,
„ & statutis, per quascunque universi-
„ tates faciendis consentire. Nec non
„ prohibitiones, ne Victualia seu pe-
„ cuniæ, seu aliæ quæcunque res à præ-
„ dicto Siciliæ citra farum Regno, ex-
„ trahantur, facere, & super illis di-
„ spensare. Nec non possit, & valeat in
„ dignitatibus, Archiepiscopatibus, Ab-
„ batiis, & aliis Prælaturis, cæteris-
„ que quibuscumque beneficiis Eccle-
„ siasticis, ad provisionem, collatio-
„ nem, & præsentationem nostram per-
„ tinentibus, & spectantibus, provi-
„ dere, & præsentare personas idoneas.
„ Et executorias de quibuscumque Bul-
„ lis Apostolicis, & rescriptis concede-
„ re, consultationibus super dispensa-
„ tione Reg. pragmat. digestis per bon.
„ mem. Alfonsum II. Ferdinandum II.
„ & Federicum, prædecessores nostros in
„ dicto Regno, respondere. Et quæ fa-
„ cienda per consultatores erunt, dispo-
„ nere & ordinare cum quibuscumque
„ legibus, pragmaticis, & constitutio-
„ nibus ad supradictorum omnium effe-
„ ctum nostro nomine. Et dispensare,
„ & generaliter, omnia alia & singula
„ facere, statuere, exequi & ordinare
„ quæ ejusdem Regni, bono & pacifico
„ regimini & administrationi, ac de-
fensioni in præmissis, & circa ea, cum „
dependentibus & emergentibus ex iis, „
necessaria visa fuerint & opportuna, „
& quæ nos ipsi faceremus & facere, „
& exequi, & mandare possemus si per- „
sonaliter interessemus, etiam si talia „
fuerint quæ de jure vel de facto, per- „
sonaliter nostram præsentiam exige- „
rent; & sine quibus præmissa, vel „
eorum aliquod, ad debitum effectum „
deduci nequirent; etiam si majora vel „
graviora fuerint superius expressis; „
& quæ de jure, vel de facto, aut alias, „
mandatum exigerent magis speciale „
quam præsentibus est expressum. Nos „
enim in & super prædictis omnibus, „
& singulis ex eis dependentibus, & „
emergentibus, incidentibus & an- „
nexis, ac eis quovis modo connexis, „
totum, & plenissimum posse nostrum „
eidem Duci Ossunæ per præsentes „
concedimus, & plenarie elargimur, „
cum libera & generali administratio- „
ne: quibuscumque in contrarium „
facientibus, non obstantibus; etiam „
si talia forent de quibus expressam „
mentionem fieri oporteret. Quibus „
omnibus, & singulis eisdem nostra „
scientia, & authoritate derogamus, „
& derogatum esse volumus per præ- „
sentes. Supplentes ad cautelam, de „
nostra regiæ potestatis plenitudine, „
omnes, & quoscumque defectus, „
& solemnitatum omissiones, si qui, „
aut si quæ forte in his omnibus & sin- „
gulis intervenire, aut allegari pos- „
sent. Exhortantes universos & singu- „
los Archiepiscopos, Episcopos, Ab- „
bates, Prælatos, & alias Ecclesiasti- „
cas personas. Mandantesque fidelissi- „
mæ Civitatis nostræ Neapolis Prin- „
cipibus, Ducibus, Marchionibus, „
Comitibus, Baronibus, cæterisque „
Universitatibus, Officialibus & sub- „

Digitized by Google

„ dictis noſtris, quocunque titulo, officio „ & auctoritate fungentibus: Capitaneis „ quoque militum & equitum, triremium aliarumque navium, Præfectis „ Caſtrorum, & quibuſcunque aliis in „ prædicto noſtro citerioris Siciliæ Regno conſtitutis, & conſtituendis, ut „ prædictum Illuſtrem Offunæ Ducem, „ dicto triennio durante, pro Vicerege, Locumtenente & armorum Capitaneo generali, & altero Nos, eorumque ſuperiore, & auctoritatem, poteſtatem & perſonam noſtram omnino „ repræſentante, habeant, teneant, „ & reputent, revereantur, & obſervent: eique, & juſſionibus ſuis, ut noſtris, obtemperent & obediant. Omneſque ei aſſiſtant, ſervitiis, honore, & honorificentia, etiam ſi oportuerit manu forti, & non contrafacere vel venire permittant, ratione aliqua, ſive cauſa, ſi præterire indignationis noſtræ incurſum, & pœnã confiſcationis omnium bonorum ſuorum cupiunt evitare, ac fidelitati noſtræ, qua adſtricti ſunt, non contravenire deſiderant. In cujus rei teſtimonium præſentes fieri juſſimus, magno noſtro negotiorum prædicti citerioris Siciliæ Regni impendenti ſigillo munitas. Dat. &c.

ADNOTATIONES

Præfectus Prætorio.

Præfectus præt. ſub Cæſarib. diſciplinæ militari præerat, dein ejus auctoritate aucta, ad forenſes etiam cauſas diſcernendas deductus fuit: ubi autem Imperium declinare cœpit, mutato nomine, *Magiſter ſtabuli* nuncupatus fuit, qui antea ſub Regibus *Tribunus celerum*, & ſub Dictatore *Magiſter equitum* nuncupabatur, ut author eſt Pompon. Læt. *de Magiſtrat. Rom.* Cui ſit autem hodie comparandus diverſæ circunducuntur opiniones. Duaren. in *tit. de offic. præf. prat. cap.* 3. nulli prorſus ex noſtris Magiſtratibus niſi tantum Regi comparandum putat, quia ſe Imperatoribus ſubditos fatebantur: quem ſequitur Pancirol. in *Notit. imper. Orient. cap.* 5. Germanus meus Viceregi comparat, non tamen priorem opinionem omnino improbat.

Num. 8. *Præfectus annona uſus difficili tantum tempore, &c.*

Et extra ordinem utilitatis cauſa creabatur, ſecundum Alexand. ab Alex. *lib.* 6. *cap.* 20.

Ibid. Omnes judices ei rei operam dare debent.

Adde text. in *l.* 1. *Cod. de offic. præf. urb.*

Num. 15. *Ob arctiorem familiaritatem.*

Iſti videntur eſſe curiales, de quorum privilegiis conſule Caſſan. in *Catal.*

Digitized by Google

tal. par.6. consid.28. & Aristot. *lib.5. polit. cap.2.* quem allegat Lancell. Conrad. in *Templo omn.jud. lib.1. cap.1. de Imperat. in ver. Aditu facilis*: ubi Regis esse, ait, egregios viros sibi familiaritate conjungere; plebis vero & multitudinis favorem & gratiam in obsequio retinere.

Num.17. Principis benitas elucescit, quando suam dignitatem cæteris communicat.

Principis enim est sublimare, *l.fin.* & *ibi* Glos. in *ver. ordinarie, Cod. ubi senat. vel clariss.*

Num.18. Qui eorum primo dignitatem adeptus sit, præcedit.

Cassiod. *Var. lib.6. cap.3.* quæ est formula præfecti præt. ob solam antiquitatem Magistrum militum cæteris præferri dicit, cum pro Rep. bella tractare videatur.

Num.20. Quod causa fuit quare in Provincias mitteretur.

L.2. §. *novissime*, & §. *deinde cum placuisset*, ff. *de orig. jur.*

SUMMARIUM

CAP. XV.

1 *Vicerex derogat jurisdictionibus Baronum, etiam privative.*

2 *In transferendis jurisdictionibus Rex majorem sibi retinet, tanquam quæ suis affixa est ossibus.*

3 *Pontifex max. omnium est Judex ordinarius.*

4 *Mulctæ sive pœnæ pecuniariæ quæ à delinquentibus extorquentur, in opera publica sunt convertenda.*
Pœna pecuniaria ab ordinariis tantum judicibus imponi potest, eod.

5 *Mulcta minima est sex solidorum aureorum; maxima vero, trium millium.*

6 *Vicerex maximam mulctam imponit cum voto Collateralis Consilii.*

7 *Mulctæ magnæ personam etiam coercent.*

8 *Bona, secundus dicuntur sanguis, & hominis vita.*

9 *Qui non habet in ære punitur in corpore.*
Modicum in persona, multum est in rebus, eod.

10 *Cives Neapolit. confiscatione bonorum non mulctantur nisi in crimine hæresis & læsæ majestatis*, & num.19.

11 *Peccatum censetur gravius in persona in dignitate constituta, quam in aliis, & proinde gravius puniendum.*

12 *Miles severius punitur quam paganus.*

13 *Magistratus Principi non obtemperans, vitam & substantiam amittit.*

Digitized by Google

14 *Magiſt. delinquens non poteſt abdicare ſe magiſt. ut puniretur ut privatus.*

15 *Judices poſſunt mulctare, ſed bona publicare ſine juſſu Principis non poſſunt.*

16 *Præfectus Prat. publicandi bona poteſtatem habet.*

17 *Decuriones Neapolit. & Præfecti annonæ, mulctam imponunt circa comeſtibilia vendenda.*

18 *Conſuetudo, optima eſt legum interpres, præſertim in juriſdictionalibus.*

19 *Confiſcatio locum habet in crimine hæreſis, & læſæ Majeſt. &* num. 10.

20 *Confiſcatio an generalibus verbis transferri intelligatur.*

21 *Confiſcandi, vel publicandi poteſtas, non venit in generali arbitrio & delegatione.*

22 *Bona publicata ad Fiſcum pertinent, & quandoque etiam ad Civitates ex privilegio.*

23 *Publicandi poteſtas meri eſt imperii.*

24 *Deportandi facultas quib. judicib. ſit conceſſa.*

25 *Judex propria authoritate deportare non poteſt.*

26 *Procurator Cæſaris deportandi jus non habet.*

27 *Deportationis pœna Civib. Roman. non irrogabatur,* eod.

28 *Commeatum & remeatum ſolus Princeps concedere poteſt.*

29 *Inſula deportationis declaratur à ſolo Principe.*
Sententiarum deportationis Collateralis Conſ. & omnium Regni Tribunalium praxis dilucidatur, eod.

30 *Obedientiæ vis & virtus.*

31 *Vicerex triplicem habet juriſdictionem: diſpoſitivam, judiciariam & exequutivam.*

32 *Fiſcus quid ſit.*

33 *Pœnas ex crimine deſcendentes, facilius remittit Princeps, quam alienæ rei donationi annuit.*

34 *Vicerex in viſitatione generali quam facit in Mag. Cur. Vic. gratiam facit delinquentibus etiam ſi contradicat Fiſcus, præterquam de rebus jam Fiſco incorporatis.*

35 *Jus quærendum facilius remittitur, quam quæſitum.*

36 *Reſcriptum contra Fiſci commodum, nullum eſt.*

37 *Pecunia Fiſcalis diſtribuendæ Neapoli uſus & praxis deſcribitur.*

38 *Pecunia Fiſc. non poteſt dari mutuo nec fœnori ab adminiſtratoribus.*

39 *Inſtrumentum ſi perdatur, poterunt ea quæ continet, probari per teſtes.*

40 *Sententia probari poteſt per teſtes.*

41 *Teſtes, uti vivæ vocis oraculo, digniores ſunt ſcripturis.*

42 *Scriptura in aliquibus caſibus de neceſſitate requiritur.*

43 *Principis mandatum non poteſt probari per teſtes, ſed ſolum per ſcripturam.*

44 *Principis voluntas juſtam habere cauſam præſumitur, & qui ſecus dixerit ſacrilegii reus efficitur.*

45 *Arca Ærarii Principis, tribus obſeratur clavibus; & qui eas teneant.*

46 *Evectiones, Tractæ vulgo dicuntur.*

47 Tra-

Digitized by Google

47 *Tractas, ideſt licentiam extrahendi frumentum & ſimilia, Vicerex quomodo, & quando concedat.*

HÆ Formulæ, ut ordinatim ſibi non reſpondent (quod enim in Viceregis formula in medio, exempli gratia, habetur, in Præfecti prætorio, legitur in principio) ita eandem explicant auctoritatem & dignitatem, & quod illa, *Præfecti prætorio*, inquam, laconica quadam brevitate complectitur; iſta, pluribus verbis & moroſa ſermonis dilatatione proſequitur: ut ecce, in illa breviſſime ordinatio perſonæ fit in fine, ibi: *Hanc denique curarum omnium pulcherrimam molem, quod proſperum nobis, utile Reip. ſit, ab illa indictione tuis humeris decenter imponimus*: in iſta vero diffuſiſſime ſtatim à principio fit, ubi dicitur: *Tenore igitur præſentium, de certa ſcientia, regiaque auctoritate noſtra, deliberate & conſulto ac ex gratia ſpeciali, maturaque ſacri noſtri ſupremi Conſilii accedente deliberatione, præfatum illuſtrem Ducem ad unum triennium à die captæ poſſeſſionis computandum, Viceregem, Locumtenentem generalem noſtrum, à latere noſtro dextero ſumptum, perſonamque noſtram, & alterum Nos repræſentantem, armorumque Capitaneum noſtrum generalem tam in mari, quam in terra, in dicto noſtro Siciliæ citrafarum Regno, facimus, deputamus, & creamus, conſtituimus, & ordinamus*, &c. Sed id quidem generatim ſit dictum. Ut autem commodius utriuſque formulæ collatio fiat, à principio ex ordine incipiemus. Et quamvis integra volumina, ad ejus dignitatis & auctoritatis amplitudinem explanandam, expoſcerentur, carptim tamen & quaſi ſummo digito, quæ noſtro inſtituto profutura cenſeo, percurram: qua in re, eum ordinem aptiorem puto, ut Formulæ Præf. prætor. verba adſcribam, deinde explanem, & tandem concordantia verba Formulæ Viceregis ſubjungam. Ne autem, ſi longius quam par ſit, *capitulum* protraham, faſtidium lectoribus inferam, in plura *capitula* hujuſmodi explanationem, & mutuam collationem, dividã prout rem expoſcere videbo: in illa igitur ita, *EXHIBET SINE PRÆSCRIPTIONE LONGINQUOS. Exibet*, ideſt in carcerem conjicit, ut actori fiat poteſtas experiundi quod intendit, *l. 2. ff. ad exhib. Sine præſcriptione*: ideſt, ſine limitatione; quod ſcilicet poteſtatem habeat conjiciendi in carcerem, tam ſibi propinquos, ideſt qui immediate ſuo prætorio ſubſunt, quam longinquos, ideſt qui cæteris prætoriis ſuæ juriſdictioni ſubjectis, ſubjacent. Et hæc clauſula, *in iſta*, ideſt in Form. Vicer. prolixe enarratur his verbis: Atque in ipſos & alios quoſcunque dicti Regni ſubditos noſtros, ac etiam ſuper extraneos ibidem exiſtentes, & quomodolibet declinantes & tranſeuntes, ſeu moram trahentes, præſentes pariter & futuros, per ſe aut Officiales noſtros ad id deputatos ſeu deputandos, noſtro nomine exercere & exerceri facere omnem juriſdictionem, civilem, & criminalem, altam & baſſam, & aliam quamcunque merum & mixtum imperium, &c. Hinc eſt quod Vicerex derogare poteſt omnium Regni Baronum juriſdictionibus, licet ex cauſa oneroſa conceſſis

quo

quo ad causarum criminalium cognitionem, quæ ad eos spectat, non auferatur, *l.1.§.& post opus*, ubi Bart. *ff. de novi oper. nunt.* Curt.Jun. in *cons.5.* quod autem contra extraneos, locum habet text. in *l. præses, ff. de off. præs.* & potest cognoscere de causa spectante ad Baronem licet privative, Affl. in *cap.1.§.si quis infeudatus 3. not. Quib. mod. feud. amitt.* Silvan.in *cons.34. dub.2.* licet cumulative semper præsumatur, prohibita vassallorum proinde prorogatione, *Auth.habita, Cod.ne fil.pro pat.* & *ibi* Bald. Angel. in *l. testamenta, Cod. de testam.* Fel. in *cap. caterum, de judic.* Doct. in *l. 1. ff. de judic.* Capyc. qui multa refert in *decis.9.* 2 In his enim jurisdictionis translationibus majorem Rex retinet, *cap. dudum, §.nos igitur, de præbend.in 6.l.1. Cod. de off. præf. urb.* cum suprema potestas uti suis affixa ossibus abdicari non censeatur, secundum Luc. de Penn. in *l.in sacris, Cod.de prox.sacr. scrin. lib.10. in ult. col.* & in his Fisco instante, quotidianam prospicimus praxim, ut causa judicanda sit per Magnam Cur. Vicar. proea vice tantum, & citra præjudicium jurium & privilegiorum Baronis, demandante Vicerege decernitur, ut hic aditus per saltum miserabilibus personis ob Principis benignitatem atque pietatem promptus sit, *tot.tit.Quando Imper. int. pup. & vid.* & in *Constit.Reg. Statuimus*: aliisque personis juxta delictorum earundem qualitatem, & ipsius Proregis beneplacitum in nonnullis causis, aliquibus sub circunstantiis juxta forenses interpretationes, concessus fuerit: aliis autem, omissis mediis, est inhibitus, *Auth. ut differ.judic.§.si quis vero, collat.9.* ut per Specul. in *tit. de legat. §. superest.* Secus autem in Summo Pont. 3 qui singulorum ordinarius est judex, *2.q.7. can. si quis, cap. dilectis, extra de privil. cap. antiqua, & cap.dilectis, ext. de appellat.* Sane quidem prælibatæ praxis forma facilius cum Regiis provinciarū Audientiis, & Civitatum, Terrarumque demanialium Curiis, aliisque quæ nomine Regio exercentur, procedit, quam cum Baronalibus, & Feudatariis Regni, ut diversa videantur esse tribunalia, & ex causa onerosa impetratis, illorum magis interesse perpenditur. *MAGNA QUANTITATE MULCTAT ERRANTES. Mulctare*, est pecuniaria pœna punire: inde pœna pecuniaria, *mulcta* nuncupatur, & 4 pœnæ, seu mulctæ quæ à delinquentibus extorquentur, non sunt Fisco applicandæ, sed in ipsis operibus publicis convertendæ, utputa in extructione viarum aut murorum Civitatis, *l. 2. Cod. de Episcop. audi. l.1. §.ult. Cod. de rat. oper.publ.* Luc. de Penn. in *l. un. num.4. Cod. de palat. & domib.domin.* & ab ordinariis solum Judicibus, ac pro tribunali sedentibus irrogantur, *l. aliud, & l.si qua, ff.de verb.signif.* Alciat. *ibid.* 5 & varia est mulcta pro modo erroris; omnium vero minima quæ à minoribus judicibus infligitur, sex est solidorum aureorum, *l.2. Cod. de sport. & l. eos, Cod. de mod. mulct.* maxima autem, quæ & *suprema* dicebatur, trium millium erat aureorum, auct. Festo ex Varr. Gell. *lib.11.* Halicarn. *lib.* 9. Bud. in *l. 2. ff. de jud.* Alexand.ab Alex. & Tiraq. *Gen.dier. lib. 3. cap. 5.* Præfectus igitur præt. maximam mulctam irrogare poterat, quam nulli alio irrogare licebat: 6

quam

Digitized by Google

quam quidem poteſtatem hodie Vicerex habet, cum conſilio tamen, & voto Collateralis Conſilii, juxta text. in *l. humanum, ff. de legib. cum concord.* formidine enim pœnæ oderunt peccare mali: quod jus mulctandi quibuſdam etiam judicibus datum erat, *l. un. ut ſine juſſ. judic.* Et
7 hæ mulctæ magnæ perſonam etiam coercent, cum inter capitalia connumerentur delicta, *l. 2. ff. de publ. jud.* & ita punitur quis in perſona, prout in rebus, Anton. de Butr. in *rub. de jud. extra.* Gemin. in *cap. un. de cler. conjug. in* 6. Det. in *dict. rubrica de jud. col. penult. verſ.* 3.
8 Bona enim, *ſecundus* dicuntur *ſanguis*, *l. advocati*, ubi Gloſ. *Cod. de advoc. diverſ. jud.* & dicuntur hominis vita, *cap. ſi quis objecerit* 1. *q.* 3. Luc. de Pen. in *l. domini*, *Cod. de agric. & cenſit. lib.* 10. Tiraqu. *de*
9 *pœn. cau.* 31. & ære deficiente puniendum eſſe in corpore, *l.* 1. *§. generaliter, ff. de pœn.* Imper. Leo in *conſtit. ſi Magiſt. aliquis res fiſc. furat. fu. in fine*, Caſſiod. *Var. lib.* 10. *cap.* 28. & modicum in perſona, multum eſt in rebus, *l. in ſervorum, in fin. ff. de pœn.* Iſern. in *Conſtitut. Regni*, *Poſt mundi machinam*. Sed cum hic de magna mulcta tractetur, in mentem venit quod Illuſtriſs. Marchio de Mondejar, cum Vicerex eſſet, mandatum aliquando fecit cuidam Titulato, equiti Neapolitano, ad pœnam ducatorum decem mille; cui cum Titulatus non paruiſſet, Vicerex pœnam exequendam mandavit, & ſuper bona illius, manum injecit: qua de re conquæſta fuit Civitas, quod ea pœna indirecte confiſcatio videretur; ac privilegia ſibi obſervari petiit, quibus cavetur, Cives Neapolitanos confiſcatione nullate- 10
nus puniri debere, præterquam ob crimen læſæ majeſtatis divinæ & humanæ, juxta primæva capitula Regis Catholici. Sed cum aliquando gravius peccare videatur qui in ma- 11
jori eſt dignitate, *can. præcipue*, 11. *q.* 3. *l. presbyteri*, *Cod. de epiſcop. & cler.* ibi: *multo magis, & gravioripœna digni ſunt, quibus quamplurimum honoris delatum eſt, l. quædam, ff. de pœn.* eadem ratione ſeverius punitur miles quam paganus, Luc. de Pen. in *l. fruſtra*, *Cod. de re milit. lib.* 10. & in *l. prædia obſer-* 12
vant, *Cod. de locat. prad. civil.* Prout videtur mihi quod ultra civilitatem Neapolitanam, Titularis accedit dignitas, quæ ipſum à latere officialem corporis Regis efficit; & proinde *Conſiliarius* appellatur, *cap. Imperialem, de prohib. feudi alienat. per Frider.* Minad. in *repetit. Conſtitut. In aliquibus*. Et Baro ordinariam habet juriſdictionem; Afflict. in *proœm. Conſtit. quæſt.* 8. Magiſtratus enim Principis mandata non ſer- 13
vans, nedum vitam, verum & ſubſtantiam amittit, ideſt bona, *l.* 1. *§. fin. C. de offic. Præf. Præt. Afr.* & prædicto privilegio, ſi officialis qualitas prævaleret, gaudere non deberet: qua ratione Viſitatores Regni damnarunt Magiſtratus, licet Neapolitanos, ad pœnam pecuniariam: quod etiam paſſim hic fecere Judices etiam delegati: & licet duarum perſonarum repræſentatio detur, *l. tutorem ff. de his quibus*, ut in *d. l. inter officium ff. de rei vendicat.* Iſern. in *cap.* 1. *num* 3. *qui ſucceſſ. tene.* Intereſt enim ſcire, an cauſa ſit intuitu officii, an perſonam ſigillaret, in animadverſione inferenda, per ea

quas

quæ in tex. in *l. fin. ff. de pan.* Ifern. in *rubr. quæ sint regal. §. argentariæ*, 14 *in addit.* Et si ipse quidem Officialis, sublato officio, maluerit ut privatus contendere, adhuc pœna locum haberet, de qua in *l. quisquis, Cod. ad leg. Jul. Majest.* cum illud officium Regis à se abdicare non possit, *l. legatis ff. de offic. proconf. l. fin. Cod. de defensor. civit.* Jo: Fab. in *l. servus, Cod. de pœn.* prout Cassan. post multa tenet in *Cat. glor. mundi par. 7. consid.* 13. & in *Consuet. Burgun.* in loco per eum allegato. Mulctarum enim impositiones & publicationes 15 satis differunt. Cumque ex legib. & Constitutionibus statutum sit judices mulctare posse, *l. aliud §. 1. ff. de verb. sign. l. 1. ff. si quis jus dic. non obtemper. l. 2. Cod de sport. tot. tit. C. de modo mulct.* quæ proprie ad pecuniam refertur, *d. l. aliud ff. de verb. signif.* & tamen ex aliis, eis publicandi potestas denegatur sine jussu Principis, *tot. tit. Auth. ut sine jussu Principis*. In his autem privatus eadem potitur facultate, *tot. tit. ff. & Cod. de his qui pœnæ nom. adjic.* Dictum vero capitulum Regis Catholici, de delictis tantum loquitur, quibus jure communi fit confiscatio, 16 vel omnium vel partis bonorum. Et ex auctoritate scribentiũ, Præfectum præt. bona publicare posse, negari non potest. Capyc. *decis.* 130. *nu.* 46. *in* 5. *dub.* post latam discussionem, hanc opinionem veluti veriorem amplexatus est: nam etsi certis judicibus sine jussu Principis publicare non liceat, ex reg. tex. in *l. cum prætor ff. de judic.* Præfectus prætor. nedum excluditur, sed scribentes in *d. tit. Cod. ut cert. judic. sine jussu Princ.* eum includunt: cum hoc jus inter Regalia connumerari sciamus, *cap. 1. quæ sunt regal.* Mulcta enim ab homine indicitur, de qua non loquitur *d. capitulum*, sed de ea tantum quæ ex juris dispositione imposita est. Quod etiam confirmandum 17 venit ex continua hujus generis praxi, etiam à Civitatis Decurionibus, & præfectis annonæ continuata, cum pœnas exigunt à subditis annonariæ jurisdictioni, circa res comestibiles vendendas; & etiam à Justitiario grassiæ, qui certis vicibus, certisque bannis, primum pœnas pecuniarias, deinde corporales imponit: quæ cum notoriam habeant consuetudinem, justam reddunt hujusmodi interpretationem; consuetudo enim optima est legum interpres, *l. minime*, & 18 *l. de interpretatione ff. de legib.* & in jurisdictionalibus præcipua est, & valde confert, *l. viros, Cod. de divers. offic. lib. 12. cap. cum contingat, de foro compet. cap. duo simul, de offic. ordin.* Luc. de Pen. in *l. missi, Cod. de exact. tribut.* Bald. in *l. fin. Cod. de præscript.* & cum Cives Neapolitani, dictorum capitulorum intuitu, ob delictorum contumaciam, tertiæ partis mobilium pœnam non patiantur, id satis ad fisci exclusionem conferre patet. Sed Civitate dicti Titulati partes ad præfati capituli observantiam, sustinente, ac ad invictissimum Regem nostrum, aditum exposcente, gratiam potius ab eodem Vicerege, is obtinere maluit, quam 19 justitiæ complemento inniti: & communis est scribentium conclusio, confiscationem in crimine læsæ Majestatis & hæresis locum habere, *cap. cum secundum, de hæret. in* 6. ut inde tex. in *§. fin. Auth. ut nulli jud.* ut sic respondendum veniat quando

ul-

Digitized by Google

ultra corporalem ... ille imponatur, secus si sola confiscatio; quæ late Luc. de Pen. in *l. defunctorum*, *Cod. de re milit. lib. 12.* Incidit au-
20 tem disceptatio an hæc bonorum confiscatio sive publicatio, ut idem videatur esse, secundum Glos. Paris. in *l. 1. num. 182.* si ad invictiss. nostrum Regem, an ad Barones sub verbis generalibus vel specialibus, transferri intelligatur, multa per Cassan. in *Consuet. Burg. de confiscat. rub. 16. 1. fol. 746. & quæ 276. eod. §.* Afflict. *decis. 282.* Dec. in *cap. 1. de*
21 *off. deleg. col. fin.* ubi in generali arbitrio alicui dato, non venit potestas confiscandi bona, Purpur. in *l. 1. num. 646. ff. de jurisd. om. jud.* quod in generali delegatione non venit potestas publicandi, & *ibi* per Cassan. enumerantur casus ex dispositione juris communis, bonorum publicationem patientes, & Clar. *lib. 5. sent. §. fin. quæst. 78. & 79.* Quid autem in crimine usurariæ pravitatis ex Regni *Consit. Usurariorum nequitiam*, & *Ritu Magn. Cur. 21.* & aliis *pragmaticis* eandem publicationis pœnam imponentibus, si in Baronum privilegiis specialis non adest concessio, an ea ex criminis consequentia, gaudere jure possint, Luc. de Pen. in *l. facultas*, *Cod. de jure fisc. lib. 10.* bona interim esse describenda dixit; in his non est
22 quæstio inter peritos quin pertineat ad Regem ratione majoris dominii, quod est ut habeat Fiscus bona quæ publicantur, *Auth. ut nulli judic. in fin.* quod non habent Civitates sine privilegio, arg. *l. 1. ff. de bon. vacant.* Ifern. in *cap. 1. ver. Quid de mobilibus*, *de pace tenen. & ejus violator.*
23 Quod quidem meri imperii esse testatur Specul. *de jurisd. om. jud. §. 1. num. 13. ex l. 3. & fin. ff. de off. præf. urb.* & alii. Sed in hoc articulo amplius ambigendum non esset, cum junctis tribus Sacri Senatus Neapolitani aulis, ex differenti M. Cur. Vic. ejusdemque Senatus, judicandi modo, ac inde justa perplexitate sequuta, Dn. Mutius Surgens meus major germanus, Fisci præfecturæ vacans, licet exquisitas lucubrationes & jurium allegationes in medium attulisset, ex litium eventu (siquidem casui fortuito multoties comparari, dubiumque illum esse, jura testantur, *l. cum debetur ff. de pecul.*) succubuerit; tamen provocationis sive supplicationis remedio, fisci indemnitati consulendum esse sperat; sopita quæstio redditur ut interim vicem legis robur habeat prout in cæteris Senatus communi nota ejus authoritate. Sed hæc inter Urbis Epitheta *infra* subnectenda, cum Domum esse regiam late firmabimus, eo in loco pertractanda aliisque cum novis considerationibus, transferimus. An au-
24 tem Prætectus prætorio jus habeat relegandi & deportandi, expeditum non habemus, nisi distinctionis alicujus circuitu utamur: nam & majores Judices, ut sunt Provinciarū Præsides, etsi jus gladii habeant, & in metallum damnandi facultate non careant, deportare tamen nequeunt, text. est in *l. illicitas*, §. *qui universas*, *ff. de off. præsid.* rationem affert *ibi* Glo. quæ singularis reputatur à Baldo, quia insulæ sunt in proprio Principis dominio. Sed dubium facit, quod insulæ non semper Principis sunt, sed etiam aliquando privatorum: nam aut in mari insula nascitur, aut in flumine: primo casu, occupantis fit;

Digitized by Google

secundo vero, proximorum dominorum, §. *insula, Instit. de rer. divis.* Sed profecto nobis explorandum venit an Judex propria auctoritate insulas deportatis assignare possit, & siquidem cum de status mutatione, & Ci-
25 vitatis juribus tractetur, à quatuor tantum judicibus explicari posse scimus, scilicet ab Imperatore, vel ab eo, qui vice sua judicat, ut est Præfectus prætorio, atque Præfectus Urbis, *l.* 2. §. 1. *ff. de pœn. l.* 1. §. *à Præfecto, ff. de legat.* 3. *l.* 3. §. *inter pœnas, ff. de interd. & relegat.* idemque in Senatoribus, qui parem videntur habere authoritatem, *l.* 1. §. 1. *ff. à quib. appel. non lic.* sunt enim maximi Judices, secundum Glos. in *l. illicitas*, §. *qui universas, ff. de off. Præsid.* qui autem habet merum imperium, relegare posse non ambigitur, *l. relegatorum*, §. 1. *ff. de interdict. & relegat.* Alius autem Judex super his si judicare auserit, sententia minime sustinetur, nec exequutioni inconsulto Principe, demandatur; ut insula, & locus ab eo, necessario veniat assignandus, *l.* 1. §. 2. *&* §. *deportatos, ff. de legat.* 3. *l. si quis*, §. *ejus ff. de injusto, rupto, & irr. testam.* Quæ omnia ex dictis per Glo. siquidem judicio meo synodalem, colliguntur in §. 2. *ver. deportantur, Instit. quib. mod. jus patr. pot. sol.* & facit text. in *l.* 1. *ff. de off. Præf. urb.* ibi, *in insulam quam Imperator assignaverit, licentiam habet* Gloss. *ibi* dicit, *bo-*
26 *die antequam assignet, Procurator Cæsaris deportandi jus non habet, quia hujus pœnæ constituendæ facultas ei non competit, l. fin. ff. de off. procurat. Cæsar.* Præfectus vero urbi an hanc potestatem habeat multa Alex. ab Alex. *lib.* 6. *cap.* 20. & ex tex. in *l.* 1. *ff. de off. præf. urb.* Quæ
27 autem temporibus civibus Romanis inhibita fuit hæc relegationis pœna quibusvis criminibus obnoxiis, fuisse, ut per Alex. ab Alex. *lib.* 3. *cap.* 22. Ab insulis autem, & locis assignatis deportatos, seu relegatis absque Principis indulgentia discedere non posse inhibetur, cum alioquin pollicitam
28 commeatum & remeatum exequantur que causa, nisi solus Imperator. *l. relegati, ff. de pœn.* imo eorum cadavera alio transferri supplicium inconsulto Principe non licet, *l. penult. ff. de cadaver. punit.* Hinc illa inolevit praxis, ut hodie quæcunque Civitates, & urbis, & Regni, quæ merum habent imperium, & ultimi supplicii pœnam imponendi facultatem, cum aliquem deportant, addunt in sententiis: *In insulam declarandam per Illustriss. & Excellentiss. D. Proregem.* Et proinde supplex ei postea
29 porrigitur libellus ad eam declarandam; qui et plurimum per privatum chirographum, idest per *Viletum*, ut vocant, ipsismet damnatis muncupatum, quam ipsi libet, assignat: ut mirum videri non debeat si, qui fines deportationis excesserint, in mortis naturalis pœnam incurrant: non enim aliunde videtur oriri, quam ex novo contemptu mandatorum Principis; prout est contumacia, *l. contumacia, ff. de re jud.* Isern. *cap.* 1. *contrahentium, num.* 17. *Quæ sunt regal.* quæ ad longævam pœnam mortis naturalis, ex Regni Constitutionibus pœnam eorum parit, quæ præscriptio, & vulgo, *Forisjudicatio* dicitur. Idem in excommunicato infra annum non comparente, ut hæresis suspectus pro convicto habeatur, 11. *q.* 3. *can. rursus*, & *can.*

quo-

Digitized by Google

quocunque, cap. excommunicamus, §. qui autem, extra de haret. quod quidem ipso jure, an mediante sententia, in *d. cap. excommunicamus* videntes, & late Iser. in *cap. Romana de sent. & consuet.* 30 *constitut. Eccl.* Siquidem tanta est vigor obedientiæ, ut qui rem à Principe prohibitam, fecerit, aut mandata non fecerit, capite punitur, *l. 3. §. in bello, ff. de re mil.* & multa quæ *ibi* allegat Gloss. Gramm. *decis.* 40. Paris de Put. *de syndic. vers. an propter fol.* 44. & *vers. quid si pater fol.* 243. Iser. in *Constit. 1. vers. contempserit*, Afflict. in *Constitutionem inconsutilem nu.* 48. in *§. recipientibus, de pace ten.* Bell. in *Speculo §. restat.* Ex quibus etiam comparationem Præfecti prætorio cum Vicerege non tantum præcedere ostendimus, sed efficaciorem reddidimus: ut licet Præfectus prætorio deportare, & relegare poterat, ita & Vicerex: quod & ipsum solum facere posse, movum non est: præcipue autem patuit in proximo casu illustris. Vicerege, qui sæpe sæpius absque judiciali cognitione, sed simplici chirographo id jubebat: cui creditum fuisse ad eam rem, etiam à personis illustribus, ideſt, titulatis notum 31 est. Habet autem mirum, cum velut Præfectus prætorio eiusdem habeat jurisdictionem, (scilicet dispositionem, ideſt condendi jura, ut notatur in *homines populi, ff. de just. & jur.* judiciariam sive executivam, *l. 1. ff. de off. ejus, cui mand. est jur. l. imperium, cum seq. ff. de jur. omn. jud.* & gratiosam, ideſt dispensandi & gratias concedendi, *l. 1. ff. ad leg. Jul. de amb. cap. si gratiosa, extra de rescriptis*, Iser. & Afflict. in *Constitut. de judicib. annal.*

FISCUM PRO SUA DELIBERATIONE DISTRIBUIT: ideſt, mulctatitias pecunias ad libitum distribuit: vel pœnas, quæ Fisco debentur, ut sibi placet, remittit vel exigit. Fiscum, de quo alibi scribimus, hoc modo à Græcis definiri, ait Pardul. Præt. Φίσκος κόφινος ἦν ᾧ τὰ τῶν δημευομένων ἐτίθεντο χρήματα. μετὰ ταῦτα ὁ ταμεῖον λέγετο Καίσαρος· ἐν ᾧ φυλάττετο τὰ φισκάλια χρήματα, καὶ ἐγίνοντο ταμιακὰ ἄπνα τὸ παλαιὸν ὑπὸ τοῦ δήμου μετηνέχθησαν ἐν τῇ τοῦ βασιλέως οὐσίᾳ, ideſt: *Fiscus, cophinus erat in quo proscriptorum reponebantur bona, post quem erat Ærarium Cæsaris, ubi fiscales adservabantur pecuniæ, & fiebant publicæ; quæ cum prius essent populi, transferebantur in Principis substantiam.* Unde colligitur, quod bona quæ publicabantur, prius inferebantur in Fiscum, postea ex fisco transferebantur in Ærarium, quod hodie *Thesaurariam* vocant, nisi Præfectus Præt. aliter de iis disponere voluisset: & id quidem in formula Vicer. his verbis explicatur. Cum omnimoda gladii potestate quoscunque delinquentes, & culpabiles castigare, & pœnis debitis plectere, aut si ei videbitur, de & super criminibus, excessibus, & delictis quibuscunque quocunque supplicio dignis, etiam de crimine læsæ Majestatis in primo capite, guidare, remittere indulgereque, atque reos & culpabiles punire, componere, castigare, pacisci, & pœnas, tam civiles, quam criminales remittere, &c. Remittendo igitur, aut exigendo pœnas, Fiscum distribuere censetur. Pœnas enim, quæ ex crimine descendunt remissi-

biles Princeps facilius arbitratur, quam rei alienæ donationi annuere, *cap. in pœnis, de re judic. in 6. l. Arrianus, ff. de actionib. & obligat. l. si præses, ff. de pœn.* Sed partis læsæ indemnitati providendum est, 23. *q. 4. can. illic, l. rescripta, Cod. de precib. Imper. offer.* Glos. in *l. 1. ff. de constit.* Isern. in *cap. 1. ver. Bona committentium, quæ sunt regal.* & in *cap. 1. de rat. & consuet. cont. lib. eccles.* Luc. de Pen. in *l. prædia, C. de locat. præd. civil. lib. 12.* Et in visitatione generali quam incertis temporibus, ideſt, 34
cum necessitas & opportunitas exegerit, facit Prorex in Mag. Cur. Vic. assistentibus Collaterali Consilio omniumque tribunalium Judicibus, aliisque Proceribus & Curialibus, ejusdemque Mag. Cur. Judicibus criminalibus, Fisci patrono, Advocatis pauperum, & procuratore fiscali & pauperum, & judicibus criminalibus referentibus causas omnium, qui in carcere detinētur, ipse Prorex gratias facit quibuscunque voluerit, etiam post latam sententiam, licet fisci patronus contradicat, & jura fisci tueri nitatur, etsi ordinario jure id fieri juridicum sit, *l. apud acta, ff. de re judic.* & ex *novella pragmat.* Baronibus Regni hoc etiam inhibitum est: præter tamen incorporata Fisco, *l. 3. Cod. de bon. vacant.* & ea quidem pretextu principalis largitionis impetratæ, vindicari prohibentur, nisi tamen nemine poscente processerit, *tot. tit. Cod. de petit. bonor. subl.* Duar. *de jure fisci, cap. 6.* quæ in generalibus abolitionibus, ob publicam lætitiam, Regni augmentum producentem, concessis, ut de anno M. D. LXXI. ultimam prospicere possumus in *pragmat. Reg. in tit. de abolition.* editis satis clare excipiuntur: quod foret ex sententia criminis declarati in fisci favorem, *l. 1. Cod. ubi can. fiscal. d. 2. ff. an bona ff. de jure fisci,* Andr. Gothen. in *cap. 1. §. fin autem de offic. ejus temp. mil.* Jus enim quæsitum facilius 35
quam quæsitum remittetur, *arg. l. fin. Cod. de acquir. possess.* & Glos. in *l. servis, Cod. de pact.* à cujus quidem generis gratia abstinere solent Vicereges, & fisco instante non remittuntur. Unde rescripto si fit 36
contra fiscum, respectus primo jussio & expectatur secunda, *l. nec damnosa, Cod. de precib. Imperat. offer. Auth. ut nulli jud. §. & hæc quoque jubemus, & §. deinde, de mandat. princ.* Goffr. hæc allegat jura in *summa in tit. de rescript. num. 19.* quemadmodum etiam rescriptum contra fisci commodum nullum est, Luc. de Pen. in *l. prædia, num. 24. Cod. de locat. præd. civil. lib. 11.* per *d. l. nec damnosa, de prec. Imper. offer.* Non autem erit incongruum si usum 37
distributionis pecuniarum fiscalium subnectam. Omnes igitur regii patrimonii introitus, in Ærarium Principis, ideſt in generalem Thesaurariam sunt inferendi: exiguntur autem per Ministros pecuniarios Regni, & per Conductores rationum regalium, & vectigalium, sive *Adohanarum*, ut appellant. De his tamen exactionibus, & de conductorum debitis aliorumque officialium, ad quos perveniunt introitus & rationes regales, cognoscit Tribunal Procuratoris Cæsaris, ideſt Regia Cam. Summariæ: & quicquid minus solutum invenitur, vel quod penes Exactores remanserit, in Ærarium inferri curat; qui quidem Exactores,

Digitized by Google

ctores, statis temporibus exactionis rationem reddunt: & si quid ex fiscalibus functionibus, singularibus personis alienatum fuerit, id Consignatariis præstitum fuisse docent. (*Consignatarios* appellant singulares personas, ad quas aliquid ex fiscalibus pecuniis, quovis titulo pervenit) reliquum autem ad Comitem Ærarii, ideſt ad Thesaurarium
38 transmittitur: non enim licet Administratoribus fiscalis pecuniæ, eam fœnori aut mutuo dare, ut per Franc. Duar. *de jure fisci c.6*, Qui vero diminutas exhibuerit rationes, ideſt qui minus expediſſe monſtraverit, quam ei exigendum injunctum fuerat; ad quantitatem deficientem ſignificabitur: hoc verbo utuntur cum aliquem ex eis, aliquid debere declarant. Eſt autem *ſignificare* oſtendere, docere, declarare, & notum facere, ſeu certiorare, ut loquutus eſt Ulp. in *l. ſi fidejuſſor. §.1. in fin. ff. mand.* & *l.1. in fine, ff. de eo qui pro tut. vel curat. negot. geſſ.* Plaut. in *Trucul. Etenim ſic iſthuc volo ne inter vos ſignificetis*, & Cic. *pro Roſc. Amer. Quid hæc tanta celeritas feſtinatioque ſignificat?* Idem in *Tuſcul. His ego pluribus nominibus unam rem declarari volo, ſed utor, ut quam maxime ſignificem, pluribus*. Tunc perceptor ſignificationum, ſive ſignificatoriarum, ut vocant, ſignificationem exequendam curat. Cum autem pecuniæ in generalem Thesaurariam pervenerint, non erogantur de ordine Reg. Cameræ, ſed ſolum de ordine Viceregis & Regentium: ea tamen erogatio non fit ritu Cancellariæ, ſed Scriptorii, ideſt, non per Secretarium Regni, ſed per Secretarium privatum ipſius Viceregis. Scribitur enim libellus, qui *Mandatum* dicitur, ad *Scribam Rationum*, (ita vocatur Rationarius, qui erogationes regias rationibus inferri curat) quo ipſi jubetur, ut mandet Theſaurario, ut ſolvat, tam ordinarias, quam extraordinarias Regni impenſas: cujus vigore, cum ad Scribam Rationum pervenerit; novus expeditur ordo ad generalem Theſaurarium, ut eam pecuniarum quantitatem, quam Vicerex ſolvendam mandavit, ſolvat: & hic novus ordo, *Liberatio*, ſive *Liberantia* nuncupatur: cujus virtute Theſaurarius ſolvit, cum interventu tamen Officialis dicti Scribæ Rationum ſeu portionum; utroq; enim modo dicitur: de cujus officiis & authoritatibus late etiam Fret. *de ſuff. lib.2. diff. tit.& al. ſe. n.20.* Fiunt etiam erogationes pecuniarum aliquæ citra præfatum ordinem, in iis maxime rebus quæ ſecreto per Dn. Viceregem aguntur, & ſolutionis cauſa non exprimitur, ut puta cum exploratoribus & hujuſmodi perſonis ſolvitur; tunc enim mandatur ſolvi illis tantum pecuniæ de ordine Viceregis, ſuppreſſa cauſa quod ſi ea Liberantia, per eum cui pecunia debetur, amiſſa fuerit, pecunia etiam in ea deſignata, ipſi amittetur, hoc enim ex antiquiſſimo ſtilo, & conſuetudine receptum eſt, nec Regiſtri copiam dari, aut datam valere, cautum eſt, nec renovari abſque novo Regis mandato ſpeciali: eas etiam liberantias alteri transferri, aut cedi, ex novis ſanctionibus prohibetur. Sed prima quidem facie dura videtur eſſe lex iſta, ut liberantia deperdita, prout variis & juſtis ex cauſis evenire ſolet, quis & creditum & actionem amit-

Digitized by Google

39 amittere censeatur, cum contenta in instrumento perdito, certis sub circumstantiis probari possint, *cap. cum olim, de privileg. in 6. l. fin. Cod. de fide instrum.* quod eo est verum, ut aliquando juramentum amittentis tantum sufficiat, cum probatio angustari non debeat, *l. quoddam, Cod. de hæret. l. curent, ff. de testib. cap. dilecti, extra eod.* & sententia probari potest per testes,
40 secundum allegata per Bald. in *l. gesta, Cod. de re judic.* & Felin. in *cap. sicut, ext. eod.* In iis enim quæ scripturam requirunt & est de forma atque de substantia, prout est sententia, vel Gratia Papæ, testes non repelluntur, certis tamen sub modis, *l. testium, in fin. Cod. de testib.* & alia adducta per Afflict. in *decis.* 274. Guid. Papa in *quæst.* 582. & in rebus feudalibus transferendis an assensus regius, qui necessario requiritur, testium depositionibus fundari possit, Afflict. *decis.* 219. quod ex Aragon. sanctione cautum
41 est. Eoque magis quod testes uti vivæ vocis oracula, monumentis atque scripturis digniores esse censentur, *l. in exercendis, Cod. de fide instrum.* & *l. censibus, ff. eod.* Sed mi-
42 rum quidem id videri non debet, cum innumeri sint casus, in quibus de essentia scriptura est præcipua, de quibus Glossa vulg. in *cap. 1. de censib. in 6.* & *ibi* Host. & Guid. Pap. in *quæst.* 528. inter quos unum prætermissum observavimus, de quo in *l. ne cui, Cod. locati.* At illa Liberantia Principis mandatum continet, cujus probatio alibi, ex superioris defectu, fieri non decet, tex.
43 est in *l. un. Cod. de mand. Princ. cap. Joannes eremita, de fide instrum.* Glossa in *d. cap. cum olim, de priv.* Afflict. *decis.* 319. Fiscum quotidiana insurgant diæ, quæ deperditionis ter insurgere possent dum recte Rex pro *do, ff. de rei vindic.* ra videri debet hujusmodi tudo, dictis jam sanctionibus rata: & si foret, obsevanda veniret, *l. prospexit, ff. quod l. quib.* licet in Principe voluntas habeat causam, Glos. in *l. legati* 44 *ff. de pœn.* & adeo est præsumptio ris & de jure, ut non admitte probatio in contrarium, Cy *l. rescripta, & l. fin. C. si contra vel utilit. publ.* & qui contra afferaverat, sacrilegii pœnæ reus ceretur, *l. disputare, Cod. de sacril.* Profecto pecunia in The saurariam illata, quæ semper in pecunia numerata infertur, reponitur in arca tribus obseratis clavibus: quarum una Procuratori Cæsaris, ideſt Locumtenenti Reg. Cam. Summ. altera Scribæ Rationum; tertia ipsi quæstori Ærarii, ideſt Thesaurario custodienda traditur, ut etiam diximus *sup. cap. 4. num. 27.* Locumtenens Reg. Cam. adsignat suam uni ex Rationalibus Cameræ, qui in arca Thesaurariæ assistere debet in recognoscendis acceptis, & expensis, ideſt introitibus, & exitibus, ut ajunt. Scriba Rationum suam tradit suo Officiali, qui ibidem intervenit; & Thesaurarius dat suam Arcario, sive Capserio, qui, eam ob rem, à Regia Curia salarium meret. Hæc vero forma distribuendi provenit ex *pragmat.* & *regiis instructionibus sub titulis de offic. Quæstoris generalis, seu Thesaurarii,*

Digitized by Google

rarii, & alior. Quæstor. seu Tribunalium, in quibus exactius, & curiosius multo praxis usus Inspicitur, & tam ab Arario, dicto cap. 4. nonnullis variatur; plura tamen infra dicendis opportunis. Fiscalis autem solutio quomodo sit facienda, late differit Luc. de Pen. in *l. fisco, Cod. conven. fisc. debitor. lib.* 10.

EVECTIONES SIMILI POTESTATE LARGITUR, idest sicut ad libitum potest disponere de Fisco, ita ad libitum elargiri potest evectiones. Sunt autem *evectiones*, quod ad hanc
46 rem pertinet, extractiones, idest potestas extrahendi aliquid vel navibus, vel curribus, vel jumentis, unde licentiæ, quæ alicui concedunt extrahendarum rerum, quæ alias extrahi non possent, *evectiones* dicuntur. Budæus in *annotat. poster.* evectiones interpretatur diplomata, sive chartulas, signo Principis obsignatas, quæ potestatem rei veritæ faciunt: hodie vulgo *Tractæ* dicuntur; unde *elargiri evectiones*, dare Tractas nuncupant, quod in Form. Vicer. hoc modo exprimitur: *Nec non prohibitiones ne victualia, seu pecuniæ, seu aliæ quæcumque res à præfato Siciliæ citra farum Regno extrahantur, facere, & super illis dispensare.* Has tamen immoderatas nunquam elargitur Vicerex, prout inferius latius *de Tractis* dicemus. Et ubi ex hoc Regno, cæ- 47
teris Regnis, etiam Hispaniæ, provideri contingerit, verbis expressis Regis fieri permittitur, dum tamen ipsi Regno nil deficiat; & licet ex vectigalium impositione super hujusmodi evectionibus, maximum consequeretur lucrum, publicam tamen utilitatem, suæ præferendam utilitati Rex noster mandavit, ne seditionis scandalum, ob famis necessitatem popularibus inferatur; prima enim charitas incipit à seipso, *vulgata l. præses, Cod. de servit. & aqua*, Jo: de Plat. in *l. si quis per divinam, Cod. de aquæduct. lib.* 11. quævis enim dispositio nunquam Regiæ potestati, ac publicæ utilitati detrimentum jure facit, *l. fin. Cod. de cursu publ. lib.* 12. & *l. jubemus, de navib. non excus. l.* 1. *C. ut nem. lic. in empt. specier. eod. lib.* Afflict. in *decis.* 248. *num.* 29.

ADNOTATIONES

Ad *Num.* 1. *Vicerex derogare potest, &c.*

Etiam ratione causarum evocandarum ex Baronibus, Innoc. in *cap. ut vestrum, extra de appellat.* Bal. *de pace jur. firm.* §. *ad hoc, colum.* 3, aliique per Cassan. relati in *Catal. par.* 5. *consid.* 24. *num.* 91.

Rex enim trahit causam ex publica causa de una in aliam provinciam, §. *si vero illam, ver. nisi forte, & ibi* Glos. *Auth. ut omn. obed. jud.* Det. in *cons.* 297. Restaur. *de Imp. quæst.* 110. *privil.* 160.

Num. 3. *Prælibatæ praxis forma, &c.*

Per ea quæ Capyc. in *decis.* 166. Silvan. *consil.* 34. 2. *dub.*

Num.

Num.28. Eorum cadavera transferri inconsulto Principe non licet.

Loquitur de cadaveribus punitorum, & ratio est quia pœna etiam post mortem remanet, quam solus Princeps remittere potest, cum corpus punitti jam sit confiscatum ipsi Principi, *l.fin. ff.de cadaver.punit.* Unde Joseph ab Arimathia nobilis Decurio, petiit à Pilato, qui tunc Hierosolymis vice Principis fungebatur, corpus Jesu ut sepulturæ traderet, *Matth. cap.27.*

Sed tametsi dominus sit personarum, ut ex pluribus Regni constitutionibus, quæ jam per illustrium Regni Interpretum ora sunt frequentes, an hoc idem & post mortem illi competat, nunc non affirmo; etenim si damnatus pœnæ sit servus, *l.Imperatores ff. de jure fisci*, dominus in servum mortuum nescio quid juris retineat, cum mors omnia solvat.

Nec est præter juris dispositionem, nam qui delinquit efficitur servus pœnæ, *l.Imperatoris, ff. de jure fisci, Instit.quib.mod. jus pat.pot. sol.* etenim servi, & qui efficitur servus amittit jura civitatis, inter quæ est jus sepulturæ: est & ratio contumaciæ, nam qui vivus non potuit in aliqua civitate morari, mortuus non potest in illa sepeliri, *l. 2. Cod. qui testam. fac. poss.* quam ibi singularem reputat Jason. Abb. in *cap. ad hæc, de privil.* Dec. in *cap.2. de except.* Quod in praxim receptum esse ait Jo: de Arro. in patria sua, *lib. de sing. fid. cath. sing.62. in fin.* Imo vero Cassan. in *Consuet. Burg. fol.96. post num.5.* generatim in Gallia jus civile servari dicit, idest ut sepulturæ non tradantur inconsulto Principe; contra, in Italia jus canonicum obtinere, quod damnatorum corpora humari permittit prævia judicis licentia, *can. quæsitum, 53. qu.2.* quem morem Italicum Gallico præferendum asserit: tametsi nonnunquam ob criminis immanitatem, nedum non sepeliuntur, verum & in partes dissecta secus publicas affiguntur vias, quod & Ign. ait in *l.1. §. si tibi, post num.96. ff. ad Syllan.* & id quidem à nobis penitus observatur in iis, qui ad supplicium per Urbem trahuntur. Est autem casa plus minus mille passus Neapoli distans, ad viam basilicam consulto cadaveribus punitorum aut integris aut dilaniatis constructa: ibi appenduntur parietum pinnis ut transeuntibus sint terrori: eaquæ bis in anno, nempe in die commemorationis defunctorum, atque die lunæ post Domin. palmarum, de more sepeliuntur ab eademmet religiosorum societate, cui munus est iis qui ad supplicium aguntur animas commendare, ex perpetuo Principis permissu, ut latius explicat Germanus *lib.2.in epith. Civit. Pia.* At vero honestiores qui obtruncantur, simul ac caput est à trunco divisum, ligneo cenotaphio jam ibi parato illico immittuntur, atque in ecclesiasticum inferuntur sepulchrum: quinimo cum his mitius agitur, præsertim si equites fuerint Neapolitani: sæpe enim non in foro magno Mercati, ubi scelerosi omnes, morte plectuntur, sed ante fores ipsiusmet templi justitiæ, idest Mag. Cur. Vicariæ. Quid autem de damnatorum bonis atque vestibus sit statutum, pete ex Jul.Claro in *pract. crimin. quæst.100.* Porro multi sunt casus, qui criminis persecutionem etiam post mortem exposcunt, ut puta hæresis, læsæ majestatis, repetundarum, peculatus, homicidii sui, de qui-

Digitized by Google

quibus per Clar. in *dicta pract. quæst. 51. ver. Sunt tamen aliqua*; quanquam mors omnia solvat, *l. defuncto ff. de publ. jud.* & est communis scribentium conclusio, relata per Cagnol. in *l. pupillum, §. in hærede, ff. de reg. jur.* Quandoque etiam cadaver ipsum suspensioni atque exustioni ob criminis immanitatem, damnatur, licet in illud sævire nefas sit, Ign. in *d. l. 1. & §. post num. 46. & 54. ad Syllan.* contra regulam de consuetudine ante servari, Bald. in *l. 2. num. 2. Cod. qui testam. fac. poss.* Cagnol. in *d. §. hærede*, quos cum aliis multis adducit Clar. in *alleg. quæst. ver. Sed hic incidenter quæro*. Profecto & jurisdictio ecclesiastica in ea cadavera jus habere dicitur: quippe defunctis excommunicatis absolutio datur, *cap. à nobis, il 2. extra, de sent. excomm.* servata illius ritus forma, quæ est ut fustibus cædatur cadaver: & id quidem de consuetudine in maribus tantum obtinuit, quod latius pete ex Sum. Sylvestr. in *verbo, absolutio, num. 3. & 4.* & Sum. Angel. *ver. eod. versic. consuetudo*. Regulariter autem sententia in mortuum lata, ipso jure est nulla, *l. pen. ff. quæ sent. sine appell. rescind. l. in summa, §. fin. ff. de re jud.* & judex suspendens cadaver, actione injuriarum tenetur, idem Jo: Ign. in *l. 1. §. si tibi manus, num. 42. ff. ad Syllan.* Corset. in *sing. pone aliqui dividentes*, Roman. in *l. si vero, §. de viro, fall. 46. ff. sol. matr.* Quod etsi in pœnis sit constitutum, ad favorabilia etiam dilatatur, utputa in legato, *l. 1. §. fin. Cod. de cad. toll.* nec doctorari nec privilegium ei dari, *l. inde Neratius ff. de reg. jur.* Abb. in *cap. à nobis, il 2. de sent. excomm.* Decius in *l. ejus qui in provincia, §. quod si stipulatus, in princ. ff. si cert. pet.* etsi locum non habeat in crimine hæresis, *cap. accusatus, §. fin. de hæret. in 6.* nam propter criminis detestationem potest post mortem in eum inquiri & ejus ossa vel effigies concremari, *can. in primis, 2. q. 1.* ut optime interpretatur Jo: à Rojas in *sing. 134.* in favorem fidei. Sed priscis temporibus defunctorum corpora comburebantur non in pœnam, sed de more, ut cinis servaretur, *l. 2. ff. de in jus voc.* & *ibi* Glos. in *ver. busta, l. pro hærede, §. 1. ff. de acquir. hæred.* unde *urna ossuaria* dicebatur *conditorium illorum cinerum, l. 2.* & *ibi* Glos. *ff. de sepul. viol.* ut hinc videri possit temporum vicissitudines quas inducant novitates, cum quod olim de more fiebat honoris causa, nunc in pœnam irrogetur. Profecto multa sunt delicta quæ flamma ultrice vendicari constitutum est, ut est hæresis, *l. 2. C. de jud.* sacrilegium, *l. sacrilegii, ff. ad leg. Jul. pecul.* idolatria, *l. 1. C. de pagan.* falsæ monetæ, *l. 2. C. de fal. mon.* & alia, ut per Jo. Mill. in *praxi crimin. sub tit. tractatus pœnarum mortis*, & hodie qui præposteræ luxuriantur venere. Nec sepultura solum, sed & justis exequiarum, scelerosi damnati carebant, si Ciceroni credimus, qui *lib. 2. de legibus*, id asserit: & proinde cadaver puniti, injussu Principis ne medicis quidem facultas est accipere ad anatomiam faciendam, licet publicam respiciat utilitatem, ut per Bartol. in *d. l. fin.* & recensuit cum aliis notatu dignis Gul. de Bened. in *quæst. an occidere peccat. lic. num. 25.* An autem cadaver jam sepulchro illatum, exhumari liceat ad partis læsæ vel fisci instantiam, ad detegendum venenum ne delicta remaneant impunita, late dicemus in *tract. de Regal. Reg. Neap.* unde constat à Principe ipso, non à Magistratu id petendum, secun-

Digitized by Google

dum Duar. in *d.tit. ff. de cadaver. pun.* Idque usque eo est verum, ut non solum damnatorum corpora; verum & quorumvis mortuorum, atque adeo ipsorum sanctorum, perpetuæ sepulturæ tradita, alio transferri absque Principis indulgentia non possunt, *can. corpora*, & *ibi* Glos. *de consecrat. dist.* 1. *l. ossa ff. de relig. & sumpt. fun. l. fin. Cod. eod.* Quod quidem non venit jure dominii quod habet in homines; eo scilicet, quod sit dominus personarum, id enim dominium jam morte solutum est prout omnia morte solvuntur ut diximus; sed jure sacrorum & religionis, cujus ipse Princeps est assertor & vindex, *l. sacræ ff. de rer. divis. l. ult. ff. ut in possess. legat.*

Num. 36. *Rescriptum si sit contra fiscum, &c.*

Certe Princeps non præsumitur velle derogare juribus fisci, Cassan. in *Consuet. Burg. fol.* 296. *col.* 4. *n.* 56. Alciat. *de præsumpt. par.* 3. *præsumpt.* 11. & instantiæ peremptio fiscum non includit, Goffred. in *summa*, *de judic. num.* 16.

Scilicet in civilibus, secus autem in criminalibus, cum dispositio *l. fin. Cod. ut intra cert. temp.* contra fiscum illæsa remaneat in cunctis urbis auditoriis, & nunquam ab ea recessum est: & à die litis contestatæ tempus biennii currere, communis fuit moris ob infinitam causarum criminalium molem: ne tamen in hanc temporis desidiam delinquentibus proficuam incurratur, in Mag. Cur. Vicariæ fiscus à Principe obtinet rescriptum, siquidem per alium annum prorogativum, & singulo quoque anno repetitum est.

Num. 39. *In generalem Thesaurariam.*

Hæc olim Romæ, *Arcæ Vaticanæ sedes* appellabatur, quam Vicarius Urbis tenebat, Cassiod. *Var. lib.* 2. *cap.* 24.

Num. 40. *in fine. Quod si ea liberantia amissa fuerit, &c.*

Adde *l. prohibitum*, *Cod. de jure fisci*, *cap. cum in jure*, *de offic. deleg.* at certe id locum habet in mandatis à Principe secreto datis, atque in gratiosis; alioquin in iis quæ ex justitia procedunt, probatio non denegatur: quod latius explicat Rest. in *tract. de Imper. quæst.* 109. Potest autem qui tributa solvit ac syngraphas deperdit, ex libris communibus solutionem probare, *l.* 2. *Cod. de discuss. lib.* 10.

SUMMARIUM CAP. XVI.

1 *Publicare, proprie est in populi usum, & commoditatem convertere.*

2 *Bona publicata, Romani in populi usus convertebant.*

3 *Publicatio bonorum sequebatur supplicium dominorum.*

4 *Publica proprie dicuntur, quæ sunt Populi Romani, ita dicta qua-*

Digitized by Google

quasi populica.

5 *Proscribere est aliquid perscripturam venale proponere.*
Bona proscribi quando dicantur, eod.

6 *Proscribi homines est vulgo banniri.*
Proscripti homines impune occidi possunt, eod. & 19.

7 *Confiscare est Principis ærario applicare.*
Proscribere, publicare, & confiscare confunduntur, eod. & 20.

8 *Publicandorum bonorum cognitio ad tribunal Procuratoris Cæsaris spectat.*

9 *Consultationes Principi datæ ab judicibus, ad libitum revocari possunt.*

10 *Sententia diffinitiva ab eodem judice revocari non potest, quod in Principe non habet locum.*
Sententia interlocutoria potest ab eodem Judice revocari, eod.

11 *Sententia non requirit expressionem causæ.*
Consultatio in causæ expressione innititur, eod.

12 *Bona vacantia quæ sint.*

13 *Caduca bona quæ.*

14 *Bona vacantia ad Fiscum pertinere.*
Fiscus est ultimus successor omnium, eod.

15 *Pecuniæ depositivæ quarum dominus nescitur, Fisco cedunt.*

16 *Bonis vacantibus nunciandis quadriennium est præscriptum.*

17 *Bona vacantia impetrari non possunt.*
Fiscus attendere debet ne bona vacantia usurpentur, eod.

18 *Proscriptio multa significat.*

19 *Vectigalia non proscribebantur nisi Romæ per publicum præconem accito populo.*

20 *Bona proscribuntur non solum ob delictum, sed etiam ob æs quod Fisco debetur.*
Proscriptionis author L. Silla fuit, eod.

VACANTIA BONA PROSCRIBIT, ideſt in Principis ærarium redigit: vel, Fiſco applicat, ſive, ut communius dicunt, *publicat & confiſcat*: ſane autem *Publicare*, *Proſcribere*, & *Confiſcare*, idem eſſe, ſive potius confundi, admonuerunt Catan. in *Panegyr. Plinii*, & Gloſ. Pariſ. *de nat. feud.* §. 30. *num.* 170. cum aliis. Sed certe ſi ſingulorum proprietatem intueamur, ſatis differre inveniemus. *Publicare* enim præter vulgarem ſignificationem, manifeſtandi, ſcilicet, & notum faciendi; eſt rem aliquam in Reipublicæ poteſtatem, & commodum redigere, ſive in populi commoditatem convertere, quod aperte oſtendit Cic. *lib.* 2. *art. vet.* cum ait: *Lex eſt apud Rhodios, ut ſi qua roſtrata in portu navis deprehenſa ſit, publicetur. Quum magna in alto tempeſtas eſſet, vis ventorum, invitis nautis, Rhodiorum in portum, navim coegit. Quæſtor navim Populi vocat: navis dominus negat oportere publicari.* Et Romani, publicatis pro criminibus bonis, certis temporibus, illa publico uſui deſtinare conſueverunt, ut de Tarquiniorum agro Marti dicato legitur, unde *Campus Martius* dictus eſt, Liv. *dec.* 1. *lib.* 10. *non multum poſt principium*: & Domus M. Manlii Capitolini, qui ob re-

regni ſuſpitionem pœnas dedit è ſaxo dejectus, Ædes, atque officina Monetæ facta fuit, idem Liv. 1. *dec. lib.* 6. & M. Flacci turbulenti civis, quod cum C. Gracco ſeditionem molitus erat, fuit domus in porticum converſa, quæ *Catulli* dicebatur. Alia complura ejus rei exemplа affert Alex. ab Alex. *Gen. dier. lib.* 3. *cap.* 23. & rationem ſubdit, quod ad dominorum ſupplicium, bonorum etiam publicatio ſequebatur, ut ſupplicii inſignis foret memoria ſempiterna. Hinc eſt quod ea ſola proprie dicuntur *publica*, quæ ſunt Populi Romani, *l. bona civitatis*, & *l. eum qui vectigal, ff. de verb. ſignif.* ita dicta, quod eorum uſus omnibus expoſitus eſt, quaſi populica, ut ait Alc. *ibid.* proprietas vero non item, *l. riparum, ff. de rer. diviſ.* §. *riparum, Inſtit. eod.* quod igitur in populi uſum convertitur, publicari dicitur. *Proſcribere* vero eſt aliquid per ſcripturam venale proponere & publicare, ſive notificare: qua de re Ulpian. in *l. ſed etſi*, §. 2. *ff. de inſtit. act.* ſic ſcribit: *Proſcribere palam ſic accipimus, claris literis, ut de plano recte legi poſſit.* Unde *proſcribi bona* dicuntur, cum fixis publice libellis, venditio eorum, in diem certam, edicitur & ſignificatur. Hinc proſcribi etiam dicuntur qui ob capitale facinus perpetratum in jus vocati, copiam ſui facere neglexerunt, quorum nomina palam in foro ſcribebantur, ac publicæ perſecutioni ſupponebantur, ut ad necem uſque quærerentur, propoſito perſecutori præmio, & occultatori ſupplicio: quod hodie *banniri* dicitur: qua voce identidem utitur Frider. in *conſtitut. de ſtat. & conſuet. contra libert. Eccleſ. Confiſcare* autem eſt Fiſco, ideſt Principis ærario applicare, *l. fin. ff. de bon. eor. qui ſibi mort. conſciver. l.* 4. *Cod. de re milit.* Utcunque tamen ſit, ab Authoribus confunduntur, ut jam diximus, & videri poteſt ex his Marciani verbis in *l.* 3. *in fine, ff. de bon. eor. qui ant. ſent.* ubi, *An non prius*, inquit, *bona in fiſcum cogenda ſunt, quam ſi de crimine fuerit probatum, an vero omnimodo publicanda ſunt? Sed D. Pius reſcripſit, ſi parati ſint hæredes defenſiones ſuſcipere, non eſſe bona publicanda*, & in *ead. l.* confiſcandi, & publicandi verbis promiſcue utitur. Munus igitur proſcribendorum bonorum vacantium ad Præfectum prætorio incumbebat. Et hæc quidem clauſula non explicatur in formula Viceregis; quia ejus rei cognitio ad Regiam Cameram Summar. ſpectat, tanquam ad Tribunal Procuratoris Cæſaris. Porro autem, tam ex parte fiſci, quam ex partium ſupplicationibus adiri ſolet ad Viceregem, qui mandat coram ſe & ſuo Collaterali Conſilio fieri conſultationes & relationes: & quandoque aliis judicibus aliorum tribunalium adjunctis, pro cauſæ qualitate, vota præberi, ac terminari jubet, quandoque eidem Reg. Cam. remittit: & ſic omnia intelligitur ipſe facere, cum omnibus ſuam impartiat authoritatem, juxta regulam tex. *l.* 1. §. *omnia, Cod. de vet. jure enucl.* Sed cum hujuſmodi conſultationes, à judicibus ad Principis judicium ſint ferendæ, §. *pen. in Auth. de judic.* Gl. in *l. ex illo, Cod. de appellat.* ſecreto fiunt, ideoque provocationi locus non datur, *l. jubemus, Cod. de appellat.*

Digitized by Google

Int. nimirum qui illas ferunt, poſſunt ad libitum revocare, cum non in forma judiciaria proferantur vota, ſed conſultoria: quæ an exequutionem mereant nec ne, ex Principis beneplacito pendet; & hoc jure, Regiam Cameram & Collaterale Conſilium paſſim uti non ambigitur. Si enim vel diffinitive vel interloquutorie judicatum foret, aliter reſpon-
10 dendum eſſet. Profecto enim diffinitivam ſententiam idem judex revocare non poteſt, *l. Paulus*, & *l. judex poſtquam*, *ff. de re judic.* Bart. in *l. ab exequutore*, *ff. de damno inf.* Bald. in *l. hac lege*, *Cod. de ſent. ex brevit. recit.* Innocent. in *cap. cum dilecta*, *de reſcript.* & in *cap. cum Bertoldus*, *de re judic.* quod quidem in Principe locum non habet, prout in aliis quamplurimis caſibus, de quibus late per Felin. in *cap. qualiter & quando*, *de accuſat.* ratio eſt ea in judice, quod jam functus eſt officio ſuo, ideſt non eſt amplius judex in ea cauſa, ut in *d. l. judex* habetur: in interloquutorio vero decreto ſecus eſſe, ſatis clarum eſt ex vulgata *l. quod juſſit*, *d. tit.*
11 *de re jud.* In eo etiam inſpicitur differentia inter ſententiã & conſultationem, quod in ſententia non requiritur expreſſio cauſæ, unde moveatur judex ad eo modo judicandum, conſultatio vero in cauſæ expreſſione & juſtificatione precipue innititur: quod & juris, & moris eſſe videmus, cum non in forma judicii, ut diximus, proferatur: ſicut in militis miſſione nominari debet cauſa, quare mittatur: triplex enim eſt ejuſmodi miſſionis ſpecies; ſcilicet honeſta, cauſaria, & ignominioſa, *l. 2. §. ignominia*, *ff. de iis qui not. infam.* & late Alex. ab Alex. *lib. 6. cap. 22.* & ibi Tiraq. ſi enim decreti vim haberet, utique illa opus non eſſet, ex regula tex. in *cap. ſicut*, *extra de re judic.* & *capit. cum Bertoldus*, *eod. tit.* Maran. *char. 137.* ſed quid in appellatione, Gloſ. in *can. tantum*, *21. diſtinct.* Specul. in *tit. de ſent. §. qualiter*, *ver. verum*. Felin. in *cap. cum Joannes*, *de fide inſtrum.* & quid in ſententia contumaciæ, excommunicationis, & abſolutoria ab inſtantia judicii, plene per eundem Felin. in *d. cap. ſicut*, & ante eum Abbas *ibidem. Bona* 12
autem *vacantia* dicuntur, quorum neque hæres, neque poſſeſſor extat: ſic dicta quod domino vacua ſunt, *l. 2. ff. ad ſenatuſc. Tertullian. l. 1. Cod. de bon. vac.* Hæc alio nomine, *caduca* dicuntur, ut eſt in Cod. Theodoſ. *l. ult. de bon. vac.* & *l. 2. cum aliis*, *tit. ſeq.* & *l. proxime*, *ff. de iis quæ in teſt. del. l. cum fiſco*, *ff. ad SC. Syllan. l. ſi quis*, *ff. de ritu nupt.* & id quidem largo 13
modo: nam caducum, ſecundum Ulp. in *fragm. tit. 17.* id proprie dicitur, quod quis ſibi teſtamento relictum, cujus jure civili ſit capax, aliqua ex cauſa non ceperit, quaſi ab eo ceciderit: veluti & in hunc ſenſum protulit Caſſiod. *var. lib. 16. cap. 8.* cum curare ne bona caduca ſint vacantia, ad Comitem privatarum ſpectare dixit: tribus autem modis ea quæ teſtamento relinquuntur, cadere poſſunt, ideſt caduca fieri poſſunt, de quibus Juſtin. in *l. un. Cod.* 14
de cad. toll. Bona autem vacantia multis ex cauſis ad Fiſcum pertinere, ex *l. 1. ff. de jure fiſci* ſatis plene colligitur, & præcipue ex ſucceſſoris defectu, cum ipſe ultimus ſit omnium ſucceſſor, *§. ſi vero inſtitutio*, *in Auth. de hæred. & falc. l. 1. l. vacantia*, *Cod. de bon. vac. lib. 12.*

& an

& an fiscus ab uxore defuncti superetur, sive juris communis dispositionem, sive municipalis intueamur, Isern. late in *cap.* 1. §. *bona vacantia, quæ sunt regal.* aliasque innumeras refert Duar. *tit.* 14. *cap.* 2. *sub rubr. quib. ex causis res aliena fisco acquirantur*. Depositivæ quoque pecuniæ, quæ longa vetustate competentem dominum amiserunt, & proinde vacant, fisco vindicantur, Cassiodorus *Variarum, lib.* 6. *cap.* 8. alias autem pecunia vacare dicitur, quæ non occupatur, ideſt non traditur alicui ad annuum fœnus percipiendum, *l. cum plures, in fine, ff. de administr. tut.* Sane nunciandis bonis vacantibus, quadriennii tempus præscriptum est, *l. intra quatuor, ff. de var. & temp. præscript.* A sententia vero, qua bona esse vacantia declarantur, provocari licet, *l. lata, Cod. de appellat.* provocatione tamen deserta, sententia statim exequenda curatur, *l. quoniam nonnulli, eod. tit.* Horum autem bonorum impetrationem, Princeps facit irritam, secus vero si nemine poscente conferantur, *tot. tit. Cod. de petit. honor. subl.* Duaren. *de jure fisci, cap.* 6. *in rubr. de aquis. & administr. rer. fiscal.* imo & oculis fiscalibus intuendum est ne usurpentur, secundum dicta per Cassiod. *d. lib. Var.* 6. *cap.* 8. Et merito *proscribi* hæc bona dicuntur; nam etsi proprie loquendo proscriptionis verbum ad confiscationis pœnam dirigatur, condemnationis vero ad personam, cujus differentiæ Isern. author est in *d. cap.* 1. §. *bona condemnatorum, quæ sint regal.* tamen proscriptionem ipsam multas habere significationes scimus: quandoque enim publicam venditionem significat; *l. si quis proscribente, Cod. de fide instrum. lib.* 10. & ex Cic. *pro Flacco*, ibi, *emptiones falsas, prædiorum proscriptiones feciſti*. Et Censoribus quidem vectigalia proscribere nisi Romæ & accito populo, ac publico præcone consulto, non licebat, ex Cic. in *prima orat. pro lege Agraria*, secundum Alex. ab Alex. *Genial. dier. lib. cap.* 13. & *ibi* Tiraqu. Inde damnati alicujus bona, palam & aperte scribuntur, *l. si quis posthac, & l. pen. §. pen. Cod. de bonis proscrip. lib.* 11. & quandoque salva pace Dn. Iserniæ, ad personam etiam hoc verbum extenditur; olim enim proscripti dicebantur ii, quos velut hostes Reip. ut jam diximus, impune licebat occidere: & meminit Cic. 3. *act. in Verr.* legis Corneliæ, quæ proscriptum inhumari vetat. Vellej. Paterc. *lib.* 2. *de Syllaniana proscriptione*, secundum Duar. in *tit. de bonis damnat. col.* 2. Et horum bona, non solum ob delictum proprium publicantur, sed etiam uti Fisci debitorum, ideo forte quod palam proscribi & proponi solebant, *d. l. pen. §. pen. Cod. de bon. proscript.* Qua autem forma describenda veniant, declarat Valent. in *constit. l. si quis, Cod. eod.* secundum Duaren. in *præallegato tit. cap.* 5. Cujus quidem pœnæ L. Syllam authorem faciunt, cum is prius proscriptiones introduxerit, qui magis in cives, quam in hostes crudele gessit imperium, Appian. *de bello civ.* Oros. *lib.* 5. *ad August.* Vellej. Paterco *lib.* 2. Luc. de Pen. *l. si qui, col.* 1. *Cod. de bon. proscript. lib.* 11. Duar. in *d. tit. de bon. damnator. col.* 2. Eorum autem publicationem in Fiscum privatum redigi ali-

aliquando vetitum fuit, sed in Ærarium publicum reponi, Plin. in *paneg.* Corn. Tacit. *lib.* 5. Spartianus in *Adri.* Sed profecto promiscue aliquando sumunt sensum, ut in *l.* 2. ff. *ne quid in loco publ. l. bene à Zenone, Cod. de quadr. præscript.* Duar. *de jure fisci, cap.* 1. & nos etiam *supra* diximus & latius in Urbis epitheto, *Domus Regia*, dicemus.

ADNOTATIONES

Ad *Num.* 7. *Confiscare est Principis ærario applicare.*

Fiscus pro pecunia publica, dicitur confiscationis actus, quod non erat nisi in pecunia Imperatoris, sed cum major sit summa pecuniæ publicæ quam privatæ, idcirco factum est ut pro ea, etiam pecunia publica confiscari dicatur, Bald. in *tit. de eff. quæst.* Cassan. in *Catal. glor. mun. par.* 7. *consid.* 3. & cum reorum bonorum confiscatio, principi sive publico usui sit applicanda, (his enim introducta est finibus) nonnulli, æris ingluvie tracti, reatus cujus prætextu, ne in se confutationis scrupulum excitarent, insigniores homines, eosque ditiores neci dedere, bonaque confiscavere, ut fecit Tiberius qui ex confiscatis eo modo bonis, vicies septies millies sestertium coegisse ac Neroni & Caligulæ nepotibus reliquisse dicitur ab ejus Βιογράφοις; quæ est summa nostræ monetæ sexagies septies decies centena millia aureorum, idest, ut vulgus ait, *sexaginta septem millionum*; Gallicæ vero sexaginta sex millionum & quinquaginta millia aureorum coronatorum, ut supputat Bud. in *lib. de asse.*

Num. 9. *Qui illas ferunt possunt ad libitum revocare.*

Consultationes, quia non sunt decisivæ possunt utcunque revocari, de quibus late Jo: à Rojas in 11. *assert. fol.* 100. & rescripta ad consultationes, quando videlicet in ambiguis Judices consulebant Principem, in ea tantum causa de qua ambigebatur, jus constituebant, secundum relata per Connan. in *Comment. jur. civ. lib.* 1. *cap.* 15.

SUMMARIUM

CAP. XVII.

1 *Magistratus delinquentes gravius puniuntur quam privati, & proinde fures dicuntur & infamia notantur, & inter plebejos numerantur, & exauctorantur.*

2 *Magistratus exauctorati, ubi Princeps residet, demorari non possunt.*

3 *Negligens expellitur ab officio, & amittit salarium & capitaliter punitur: quod & in milite locum sibi vendicat.*

4 *Judex qui debitam pœnam reo non imponit, ipse illam meret. Judex à Carolo II. suspensus ob pœnæ in reo dissimulationem*, eod.

5 *Princeps secundum majorem Consilia-*

Digitized by Google

filiariorum partem decernere debet.

6 Judex ob interceſſionem electus, impune olim occidi poterat.

7 Qui nobilitatem vel Titulum vel Magiſtratum emunt, non ſunt vere nobiles, nec titulati, nec magiſtratus.

8 Magiſtratus vel eorum filii, item & Barones in provincia ipſorum juriſdictionis, matrimonium contrahere prohibentur.

9 Magiſtratus Athenienſium prohibebantur bibere vinum tempore adminiſtrationis.

10 Officia in eadem domo non ſunt continuanda, ſed æqualiter etiam per vicos diſtribuenda.

11 Officia omnia erant annalia, & quanto ſublimiora erant, tanto brevius ab uno adminiſtrabantur.

12 Officialis, uno diſcrepante ex civib. refirmari non poteſt.

13 Officialis ad beneplacitum creatus, perpetuus cenſetur.

Regentes Cancellar. ſingulis quinque annis mutari & ſyndicari cautum, eod.

14 Officia plura uni non ſunt concedenda, & gradatim conferri debent.

15 Magiſtratus ex nobilioribus Civitatis ſunt eligendi.

16 Jus civile apud Romanos à nobilioribus tantum addiſcebatur.

17 Civibus magis eſt deferendum quam alienigenis.

18 Officiales ſunt cives loci ubi jus dicunt.

Civis patriam deſerens, civilitatem amittit, eod.

19 Officiales ex nobilibus fieri, intereſt Reipublicæ.

Regentes Cancellariæ ex equitibus Neapolitanis fieri conſtitutum fuit, eod.

20 Judex à Cambyſe excoriatus quod ob pecuniam inique judicaverat.

Senator à Tib. Cæſ. privatus ob indicium avaritiæ, eod.

21 Vicerex à Turcarum Principe occiſus, quod Theſaurarium populos extorquentem, non caſtigaſſet.

Vicerex ab eod. Turcarum Principe privatus, & capitaneus unius loci remanere juſſus, quod munera à populo accipiebat, eod.

Judex ab eodem Principe necatus, quod ab altero litigantium Luſciniam acceperat, eod.

22 Judicibus publica ſalaria à Peſcennio Nigro primum conſtituta.

Judices apud Romanos, nec prandium nec vini amphoram poterant dono accipere. eod.

23 Xenia quomodo à Judicibus accipi poſſint.

Xeniorum appellatione veniunt pulli, ova, fructus, &c. eod.

24 Sententiæ venales ipſo jure & abſque provocatione ſunt irritæ.

25 Judex qui pecunia corrumpitur, efficitur infamis.

Judicum corruptorum pœnæ variæ, eod.

Magiſtratus qui fiſcales extorquet pecunias, magiſtratu movetur & in duplum mulctatur, eod.

26 Judici furi oculum digito eruere, promptum eſſe dicebat Alex. Severus Imp.

Prandia legatorum debent eſſe ſe-

Digitized by Google

secundum loci mediocritatem, eod.

Judex, qui justitiam vendit, proditor dicitur: & instar criminis læsæ majestatis contra eum proceditur, eod.

In Judices fures imprecatio Leonis & Alex. Impp. eod.

27 *Judex qui injuriosis verbis aliquem compellat, vivus est cremandus.*

28 *Syndicatus in diversis Regni partibus, & in civitate Neapoli à quibus fiat.*

31 *Syndicandi ritus Provinciarum hujus Regni varius.*

32 *Syndicatores merum & mixtum habent imperium, & ordinarii sunt judices.*

33 *Officiales delinquentes à M. C. Vicariæ cognoscuntur.*

34 *Officiales perpetui, loco Syndicationis, à qua sunt soluti, subjacent Visitationi singulis quindecim annis.*

35 *Visitationis forma, & ritus.*

36 *Rex locatoris vice fungitur cum officialibus.*

Officiales via ordinaria sunt ab officio movendi, eod.

37 *Officialis ob barattariam durante officio puniri potest.*

38 *Rectores provinciarum & officiales domaniales non possunt ab Regiis Audientiis cognosci inconsulto Vicerege.*

39 *Curiales qui sint & unde dicti.*

40 *Officiales supremi quomodo ab Vicerege de delictis cognoscantur.*

41 *Actus mixti ab efficaciori parte denominantur.*

42 *Officiales supremi inconsulto Principe accusari non possunt.*

43 *Majestas quid & in quos cadat.*

Reges cur dicantur sacri, eod.

44 *Consiliarii sunt judices delegati. Consilium est ad instar Senatus.*

45 *Consilium Neap. ab Aragonensibus institutum fuit.*

46 *Consilium & Senatus æquiparantur.*

Consilium diverse capitur, ibid.

DELICTA PROVINCIARUM JUDICUM PUNIT. Profecto magnum est hoc dicere: nam si semetipsos Judices judicarent, utique non judicarentur secundum christianam veritatem: & nempe eorum excessus sunt reliquorum excessibus graviores, ob graviorem imperii dignitatem, *l. presbyteri, Cod. de episc. & cler.* cum aliis *supra* allegatis: & extremum cum eis agitur, ut quanto fulgent honore, tanto dedecore notentur: maximus enim est illis honor à Principe vocari, *l. fin. Cod. de dignit. lib.* 12. *Auth. qua in provincia, C. ubi de crim. agi opor.* Cassan. in *catal. gl. mun. præd. cons.* Deinde sceleris & furtorum titulum & reatum incurrunt, *l. judices, Cod. de dignit. lib.* 12. *l. si aliquid, Cod. de suscept. lib.* 10. & ibi Ilern. propter quod infames efficiuntur, *l. furti, ff. de his qui not. inf.* Et ob scelus, quod grave & atrox facinus interpretatur: & ob furti nomen non ex eorum qualitate velati, prout inter patrem & filium, uxorem & virum, honoris causa scriptum est, rerum amotarum actionem inter eos exerceri, ut *tot. tit. ff. rer. amot.* & ex doctoratus atque militaris cinguli dignitate, inter pessimos & plebe-

Digitized by Google

jos connumerari dicit ille tex. *l. judices Cod. de dignitat.* Et merito à
2 gradu ejiciuntur, Alex. ab Alex. *gen. dier. lib.4.cap.6.* & uti exauctoratis, in loco ubi Regia vel Cæsarea Majestas resîdet demorari eis non licet, *l.2. §. ignominiæ, ff. de his qui not. inf.* Et jure, nam videntur sapientes & non sunt, cum in anima malevola, si intrat, non regnat sapientia: postquam sacrarum legum scientiam profitentes, scienter illam in stultitiæ dedecus convertunt: quid autem eorum proditionibus obviam non dedit jurisprudentia? sola tamen negligentia absque dolo, ad hæc devenire ipsos obnoxios facit, ut negligens ab officio repellatur, *l. si quos Cod. de off. præf. prat. lib.10.* & perdit salarium, *l. purpuræ, Cod. de vestib. holober. l. pen. de ann. & tribut.* Bald. in *l. mancipia, C. de ser. fugit.* Corset. *sing.28.* Et ut sine mora negligens expellatur ob damnum quod Reip. infertur, Abb. in *cap. cum ad monasterium*, & *ibi* Glos. *de statu monach.* quam allegat Fret. *lib.1. de suff. tit. de offic. Mag. Senesch.* Et pari modo contra milites, ob desidiam eorum in exercenda militia, capitales pœnas constitutas refert Alex. ab Alex. *gen. dier. lib.3. cap.13.* Et judex ob negligentiam, capitaliter punitur, *l. fin. Cod. ne sacr. bapt. l. pen. Cod. de pagan. l. pen. Cod. de suscept. & archar. lib.10.* Ad Reip. etiam damni
4 levamen facit cum pœnam dissimulatam, judices ipsos pati decretum est, *l.1. Cod. ne sacr. bapt.* & proinde Carolus II. judicem suspendi damnavit, propterea quod homicidam, manus tantum mutilatione punivit, cum morti tradere debuisset, And. de Isern. *quæ sint regal. cap. bona committentium*, Par. de Put. in *tract. de Syndic. de panpert. cap.3. num.3.* ne autem in utriusque pœnæ incurrant notam, indefessis lucubrationibus attendere debent, & si alterum pedem in fovea haberet adhuc discere quidem iis opus esse, *l. apud Julianum, ff. de fideicomm. libert.* nulla enim ætas usque ad 88. annum sera est ad discendum, *can. si habes, 24. qu. 3. can. esto 95. dist.* & studium literarum solatium est; intantum ut literatis novum genus supplicii fuit studio interdici, quod à Tib. factum refert Sveton. sicuti foro & advocationibus, causarum patronis, *l. moris cum concord. ff. de pœn.* literæ enim secundum Arist. inter prospera sunt ornamentum, inter adversa refugium. Plin. *lib.9. epist.* omne solatium sibi ex studiis advenire dicebat, nec aliqua in mundo potest esse fortuna, quam literarum non augeat glorioſa notitia, Cassiod. *Var. cap.3.* Est autem in tantum studiis laborandum, ut M. Tull. aliquando rogatus perorare, excusavit se quod pridie non legerat, Luc. de Pen. *l. 1. num. 10. Cod. de legation. lib. 10.* Et Mitylenæi, devictis hostibus, cives aliquos, qui pro patria arma capere neglexerant, nulla majore pœna affici posse censuere, quam si discendi literas & ipsis & posteris facultatem adimerent: imo & perduelles omnes hoc modo corripiebant: sic rati, satis puniri, cum illo viverent privi ornamento, quod homines a brutis potissimum discernit. Author Ælien. *de var. hist.* nec ingenii eruditionem, nec negotiorum molem incommendatam, nec gratiam ad illa ambienda importunatam sufficere recte arbitra-

Digitized by Google

5 bitrari valemus. Princeps enim qui vel ſuo arbitratu, vel paucorum conſilio uſus, negotia expedit, quum majorem partem Regni ſui convocare teneatur, in exceſſum incuerit, Innoc. in *cap. quanto, de jurejur.* Par. de Put. in *tract. de ſynd. cap.* 1. *num.* 18. ut quid de perjurii contemptu, quod olim etiam Imperatores dabant primo, deinde ſuo ordine Legati, Trib. militum, Centuriones, & qui ſequuntur, ſingulis quidem annis Kalend. Jan. à Cæſ. *lib.* 3. *bel. civil.* Alexand. ab Alexan. *gen. dier. lib.* 1. *cap.* 20. & in eum Tiraq. Et qui ad rem judicandam, ſive Judices, ſive arbitri, pecuniam acceperint, aut qui turpe judicium nundinarentur, capite puniri ſtatutum eſt: & pluries hac de cauſa judices interemptos, ut mox dicemus, alios cruci affixos fuiſſe, teſtatur Alexand. ab Alex. *gen. dier. lib.* 2. *cap.* 1. Herod. *lib.* 5. & *lib.* 7. & in tantam deteſtationem, pecuniam in forenſibus cauſis atque foris veniſſe novimus, ut patronis illam, nec donum quidem accipere liceret; ut ſi Judici juſtum judicium vendere merito inhibitum ſit, 11. *q.* 3. *can. non licet*, ſed patrono & juriſconſulto, ob conſilium, conceſſum fuiſſe, idem Alexand. ab Alex. in *cap.* 17. & per Tiraq. *ibid.* Et maxima cum ratione, ex noviſſima *pragmatica* cautum eſt, patronos, ſententiarum eventus à clientibus emere non debere; ut pactum de quota lite improbatum ſit hac eadem de cauſa, *l. ſi remunerandi*, §. *Maurus*, ff. *mand. l. item*, C. *de procurator.* ut præſervatæ remaneant Judicum opiniones, ne in ingreſſu, ſpe, & cupiditate improba, imperia & honores aſſumerent, Alexand. ab Alex. *lib.* 4. *cap.* 6. Sed quod majus zelum, quæve major virtus, paganorum virtute in recta juſtitiæ adminiſtratione dignoſci poteſt? Qui ad expellendam intercef- 6
ſionem, quæ imperfectorum judicum creationem ut plurimum parit, conſtituerunt ut qui ita judicem elegiſſet, impune occidi poſſet, Alexand. ab Alex. *lib.* 4. *cap.* 6. ut neque hanc retinere inter regalia facultatem, *cap.* 1. *quæ ſunt regal.* ut quæ Imperator in *l.* 1. *de ambit.* dixiſſe legitur, quod pœnam ambitus, poteſtate à populo ſibi translata nunquam everſuram putabat, ut ex deſiderio immenſo, & efficaciſſimo nexu, res futuras evitare, & mortalium animis dominari voluiſſe videatur, contra naturæ imperium atque libertatem. Non ſolum autem ambitus pœna in cunctis adipiſcendis honoribus locum habuit, ut ſuis titulis ff. & *Cod. de amb.* verum & in Tribuum ſuffragiis aucupandis, ut ſcilicet, qui ſuffragia venderet, ſeveriſſime puniretur, prout ex Cic. ad *Act.* 1. & pro *Cn. Plauco* patet, relato à Tiraqu. in Alexand. ab Alex. *lib.* 3. *cap.* 17. Quod ad noſtra Sedilia facit, quæ Tribubus comparari commonſtravimus *ſupra*, ex inſcriptione in D. Laurent. affixa, & fuſius *infra* de Sedilibus dicemus: & qui eo modo Sedilitii fiunt, non cenſentur nobiles, prout qui Titulum, vel Magiſtratum emunt non ſunt Titulati nec Magiſtratus, quod ſuo monſtrabimus loco. Et ſicuti lex nunquam decipitur, ut qui emit, vendat, §. *illud*, *Auth. ut jud. ſine quo. ſuffr.* & quæ dicit Boer. in *quæſt.* 149. etſi honoris ſit, inter munera tamen perſonalia connumerari, *l. munerum*,

Digitized by Google

§. *judicandi*, ff. *de muner. & honor.* *l. pen.* §. *qui duo*, ff. *de vacat. & excusat. muner.* ita dum ingenuæ obligationis esse deberet, ad antidora remanent, *l. sed si lege*, §. *consuluit*, ff. *de petit. hæred.* quod quantùm à recto judicio præbendo abesse debet,
8 & ipsi Judices & cuncti sciunt. Et imperialibus catholicisque jussionibus inhibitum est Magistratibus eorumque filiis in provincia ipsorum jurisdictionis, inconsulto Principe, matrimonia contrahi; quæ licet libera sint & voluntaria ex primæva sacramenti religione, in his tamen, concussionis atque officii authoritas in subditorum necem verti posset, *l.* 1. *C. si rector provin.* prout etiam Baronibus Regni alia municipali sanctione, diversoque respectu ob statuum Regalium custodiam, ut à suspectis insidiis indemnes reddan-
9 tur. Quid ultra? nec vinum quidem apud Athenienses, Magistratibus bibere administrationis tempore concessum erat, tantus in iis recti zeli amor perspiciebatur: & qui avare, superbe & insolenter se gessissent, ante tempus finiti honoris imperio desistebant: ne autem diuturna essent imperia, ad tempus, & non ad vitam, prout ab initio observatum fuisse scimus, conferebantur, Alexand. ab Alex. *lib.* 4. *cap.* 6. & ab eis administrationis ratio exigebatur: tantum aberat ut ea propagari,
& collateralibus ac familiaribus cō-
10 municari possent. Certe officia in eadem domo continuanda non esse cautum est in *l.* 1. *cum not. ibi* per Glos. *Cod. de muner. & honor. lib.* 10. ne jure quodammodo successionis atque hæreditario illis potiri contingat, *cap. ad decorem*, *extra de instit.* *cap. consuluit*, *de jurepatron. cap. venerabilem*, *de elect.* unde ab Athenienſibus lege sancitum fuit, Authore Demosth. in *Lept.* ne qui iterum syndicum fieri liceret crearique à populo, ut refert Bud. in *annot.* Et M. Rutilius iterum censor creatus, populum gravissima oratione corripuit, quod eam potestatem sibi bis contulisset, dicens non esse ex usu Reip. eosdem censores sæpius fieri, & proinde censuram adire noluit. Val. Max. *lib.* 4. *cap.* 1. Plin. *de vir. illustr. cap.* 32. Leguntur autem plures in eadem domo plura exercuisse officia, ut de Q. Metello tradit Valer. Max. *lib.* 7. & refert Bud. in *l.* 2. *de recept. arb.* qui eodem tempore tres filios vidit Consulares, unum Censorium, duos triumphales.

Sed ii non uno tēpore fuere Consules, & Censor, sed servatis interstitiis: æqualiter enim etiam per vicos, honores in Civitatibus sunt distribuendi, *l.* & *qui originem*, §. *præses*, ff. *de munerib. cum concordantib.* Et Rationales, de quibus *infra* dicemus, tam cito Imperator mutabat, ut nemo nisi annum compleret, eos *malum necessarium* vocitans, secundum Duar. *de offic. procur. Cæs.* ex Svet. in *Claud.* Omnia enim of- 11
ficia annalia erant, *l.* 1. *Cod. ut omn. caus. tam civil. quam crimin.* §. *fin. in Auth. de defensor. civit. l. neminem*, *Cod. de suscept. & ibi* Luc. de Pen. *l. Publius Mævius*, ff. *de condit. & demonstrat. cap.* 1. *de feudo guar.* Quinimmo quanto sublimius erat officium, tanto brevius ab uno administrari sinebatur; prout de Dictatore legitur cui ultra sextum mensem dictaturam retinere non licebat, quoniam summam potesta-

tem

tem habebat, *l.2.§.exactis, ff. de orig.jur.* quo facit Viceregis potestas, in qua per tres tantum annos à Rege constituitur: quo tempore finito, eam ipsi prorogare, ut persæpe vel tacite vel expresse videtur, in ejus est voluntate, ex quo, inter Proregem & Præfectum præt. comparatio concurrere strictius videtur, cum & ipse mutaretur, ut ex Cassiodori verbis dignosci potest ubi inquit: *Hanc pulcherrimam molem, ab illa indictione, tuis humeris imponimus*, &c. verba enim *ab illa indictione*; tempus decessoris Præfecti nondum finitum designant, & *lib.9. cap.ult. in fin.* id clarius perspicitur & nos
12 etiam *infra* dicemus. Et uno discrepante ex civibus refirmari non potest, Boer. jura quibus aulæ Sac. Consi. utuntur, affert in *q.* 149. Et ab honoribus ad honores, idest vel ad eadem, vel ad alia officia, certis temporibus vacationem, necessariam arbitrantur jura, ex tex. in *l. ab honoribus, dict. tit. de muner. & honor.* Ad plus autem biennalia fieri posse, *dict. l. neminem, Cod. de suscept or. lib.* 10. Abb. in *cap. fin. de jud.* secundum allegata per Capyc. in *decis.* 121. Ad vitam autem concessa, tantum detrimenti Romæ attulisse scitur, ut proinde ejus memorabilissimum imperium corruerit: quod si ad beneplacitum hodie creari soleant, id ex Regis nostri innata benignitate fieri,
13 honestum est dicere. Porro Officialis ad beneplacitum creatus, perpetuo comparatur, *l. sufficit, ff. de condict. indeb. cap. si delegatus, de off. delegati, in* 6. Capyc. *decis.* 116. Carolus autem V. Imp. immortalis memoriæ, Regis nostri genitor, illam sectatus rationem, ex *capitulo* huic fidelissimæ Civitati concesso, anno 1532. etiam Regentes regiam Cancellariam, singulis quinque annis mutari, & syndicari jussit. Cujus capituli exequutioni locum nunquam datum fuisse video, & rationem non deficere; ut ob potentiorum minas, atque in eos syndicandos discrimen, & indebitæ vexationis causa, eos regalibus juribus armis nec illos punire, nec impotentes tueri valuisset, cum id eorum proprium sit officium, *l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de off. præsid. cum concord.* jure optimo in desuetudinem abiit, quum tanta cum circunspectione eligantur, ut merito pars authoritatis Præfecti prætorio, eis communicata videatur, ut in *l. 1. ff. & Cod. eod.* Habentque rigidam, singulis quindecim annis, Visitationem ex Regis delegatione, Viceregum optimo exemplo & disciplina, ut his mediis consultum esset magis publicæ utilitati, quam illorum mutatione. Sed
14 plura concedi officia uni, abstinendum esset, quandoquidem si sunt honores, impertienda sunt aliis benemeritis; si sunt onus, æqua lance distribuenda sunt, ne qui plus justo graventur, *l. & cum, §. præses, ff. de muner. & honor.* & gradatim conferenda, *can. sicut, 48. dist. l. ut gradatim, eod. tit.* majorem enim dignitatem habere quis non debet, nisi prius minorem habuerit, *l. honor, §. gerendorum, d. tit.* Nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia, postpositis gradibus, per abrupta quærit ascensum, *l. nulli, Cod. de mun. lib.* 12. & *ibi* Luc. de Pen. Cassan. in *Catal. gl. mun. par.* 1. *consid.* 9. in gradibus enim ordinum, & honoribus conferendis, sunt servanda

inter

interstitia, *can. in singulis, cum seq. 77. dist. tot. tit. Cod. de muner. non contin.* Cassan. *ibid.* Et pro futuris, parat hoc idem publicum beneficium, ut seminarium fiat fructuosum; exorbitans enim est, si ad illud redeat unde exivit. Quæ autem legum præsidia contra Magistratuum insolentiam majores nostri invenerint, ad plenum agit Alexand. ab Alex. *lib. 4. cap. 6.* & quibus modis excedant, Par. de Put. in *tract. de Synd. in tit. de excessib. official.* & multa per Boer. in *quæst. 153.* Sunt autem Magistratus ex nobilioribus Civitatis & habitatoribus, & præcipue ex oriundis, eligendi; ut publicæ utilitati, & rectæ justitiæ administrationi consulatur, *l. ad subeunda, Cod. de decur. lib. 10.* quam allegat Boer. in *decis. 153. Auth. de defens. civit. §. interim, §. fin. in Auth. de reser.* Guido Pap. *quæst. 378.* & facit text. in *l. 1. §. ad istum, in fin. Cod. de no. C. compon.* ubi Theophilus, *illustris* appellatur. Cajus item Aquilius, qui primus de dolo invenit formulas, eques fuit, & *juris scientissimus* dicitur à Cic. in *lib. 3. de off.* Alex. ab Alex. *lib. 6. cap. 11.* à quo *Legem Aquiliam* denominatam fuisse, notius est quam ut probationibus sit opus; tradit autem Tiraq. in dictum locum Alex. Et id quidem antiquissimi instituti fuisse, testatur cognitio jurisprudentiæ regendo orbi necessariæ, cui apud Romanos Nobiles tantum operam dabant, eod. Cic. teste in *Orat.* quod etiam à Pomponio innuitur in *l. 2. §. Servius, ff. de orig. jur.* ubi, *Turpe est*, inquit *patricio, & nobili viro, jus in quo versatur, ignorare*: idque insinuare volui, tum ne causam meam facere viderer, tum etiam, quia plebeji, utcunque sint ignari, non tantum notantur turpitudine, quantum nobiles: ideo igitur ex nobilibus lex statuit eligendos esse Magistratus, quia jus scire præsumebantur, tanquam scientiam ipsis peculiarem, & quam qui nesciret, turpitudine notaretur; unde mirum non est si Servius Sulpicius à Q. Mucio objurgatus quod jus civile ignoraret, ea velut contumelia tactus, juri operam dedit, ut in *d. l. 2.* refertur. Sunt etiam originarii eligendi in Magistratus ob experientiam rerum patriarum: extranei enim ob ignorantiam earundem, aggravant subditos: quod jussum fuit à Papa Honor. Regibus hujus Regni, in *capitulis*, quæ de illo regendo ipsis tulit. Et civibus magis est, quam alienigenis deferendum, *cap. fin. de cler. peregr. l. 2. Cod. de annon. civil. divid. lib. 11.* Cic. *de amicit.* potiores esse nobis cives quam peregrinos, & alii per Cagnol. adducti in *l. 2. §. exactis, num. 285. ff. de orig. jur.* Qui enim ex natalibus nobilitatem adepti sunt, quid amplius quærere ac optare possint, ignoratur: multum autem interest, in metropoli oriri & residere, avitisque honoribus & dignitatibus fungi. Sane vero eorum potentatum uti sublimiorem, in regiam majestatem quid conspiratum ire, non est verendum; id enim nullo unquam tempore eveniisse scitur. Cumque duo vincula, ad Rem p. incolumem reddendam, magis ligent, natalium quippe & officiorum dignitates, quæ etiam ipsos Officiales, cives faciunt, *leg. fin. Cod. de incol. lib. 12.* & *ibi* Gl. *leg. 1. ff. ad municip. leg.*

Magi-

Digitized by Google

Magiſtratus, *ff.eod.*imo & civium caput eſt Magiſtratus, *l.quo ad ſtatum*, *ff.de milit.teſtam.* per Par.de Put. in *tract.de Synd.* relatum, in verbo *Civilitas*, *cap.*1. & 2. & patriæ muneribus atque indemnitati Cives intantum ſunt obnoxii, ut qui ea prætermittant, vel patriam deſerant, Civitatis juribus & privilegiis cadant, ideſt civilitatem, ut dicunt, amittant, Bald. in *l.*2. *Cod.de infant. expoſ.* Jaſ. in *l.*1. §. *hujus ſtudii*, *ff.de juſt. & jur.* & quæ Affl.in *deciſ.*384. patriæ enim, & parentibus ut obedientia debeatur, gentili religione juſſum eſt, *l.veluti ff. de juſt. & jur.* Et amor propriæ patriæ, melius populi regimen præſtat, & affectu quodam paterno, ſollicitudinem gerit, prout ex Caton. & Saluſt. ſententia, probat Cagnol.in *tract.de regim.boni Princ.num.*13. Quorum quidem nobiliorum atque potentiorum electiones, ſumma cum prudentia, ad pacem atque juſtitiæ adminiſtrationis cultum cuſtodiendum, S. Pontifex ſtatuit,ne fiant abſque ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, *cap.fundamenta*, §.*proinde*, *de elect.in* 6. Et in dubio, ad rectam juſtitiæ adminiſtrationem, pro nobilitate præſumitur: quod ultra jura allegata, probatur ex *can.quando Epiſcopus* 24.*diſt.*Bart.in *l.*1.*col.*3.*Cod.de dignit.* Jo:de Plat. in *l.* 1. *per illum text. Cod. de cond. in* 39 *publ.horr.* & Reipublicæ intereſt per nobiles,non autem per plebejos regi, Capyc.*deciſ.*26.quod & in beneficiorum collationibus procedit, ſecundum late adducta per Caſſan.in *Catal. gl. mun. par.* 8. *conſid.* 36. inde eſt quod Dictator ex patricia gente & conſulari primitus inſtitutus fuit, & ex Senatoria Præfectus prætorio: cujus quidem electio, cum tempore Heliogabali coinquinata foret, in priſtinam originem demum reintegrari cœpit, Alex. ab Alex. *lib.* 4. *cap.*23. & generaliter Judices apud Romanos ex equitibus tantum ereabantur, quod late differit Bud. in *l.ult.*§.*judicandi*, *ff.de mun.& honor.* & *l.ult. ff.de Senator.* ex Cicer. Svet. Plutar.Aſcon.Plin.& aliis. Et proinde Cæſ. Majeſtas Sedilitios tantum hujus Civitatis equites ad Regentis Cancellariæ munus admiſit. Qua de re ab ipſa Civitate illi ſupplicatum fuit, ut quemadmodum Reges Aragonenſes conſuevere in Regio Collaterali Conſilio equites Neapolitanos, ſiquidem circumſpectos, adhibere; quorum interventu, ob Regni rerum experientiam, illius negotia recte acta & expedita fuerunt; ita ut ipſa Majeſtas, aliquos ex equitibus Neapolitanis, aut ex Regno oriundis, adhiberet: & ſicut Rex Catholicus tenere ſolebat unum apud ſe Regentem pro rebus Regni hujus, ita deinceps ibidem teneretur Regens Neapolitanus. Cujus quidem ſupplicationis decretatio hæc fuit: *Placet præterea admittere unum Regentem Cancellariæ in ſuo Collaterali Conſilio*, *ut ſupplicatur*: *& circa aliorum admiſſionem in Collaterali Conſilio providebitur pro rerum qualitate*, *& temporum occaſione*, *& hujus Regni favore & beneficio*: quod eſt videre in *Capit. Reg. fol.*145. Ad quod munus primus omnium accerſitus fuit Dominus Hieronymus Severinus ex nobiliſſima Sedilis Portus familia: qui vitæ integritate, morum & doctrinæ ſplendore, eo præcelluit, ut neminem illi præferendum fuiſſe aſſeverare poſſimus: poſtea

Digitized by Google

ſtea Præſes Sacri Conſilii conſtitutus huc revertitur, & in ejus locum mittitur Dominus Sigiſmundus Loffredus, ex Capuana nobilitate eques & ipſe undecunque ſpectes, nihilo priore inferior. Tertio aſciſcitur Dom. Marcellus Pignonus, meus avunculus, ex Tribu Montanea. Qui in eo munere adeo ſe geſſit glorioſe, (abſit jactantia) ut præter complures, ab Rege ad hanc Urbem, gravia ob negotia, delegationes, præter generalem in Regno Siciliæ Viſitationem ei demandatam, & ſumma cum laude peractam; Marchionatus titulo de Orioli feudo, ſponte à ſacra Regis majeſtate elargitus fuerit; quod nemini eo uſque evenerat. Quidquid autem delinquere poterunt Judices, ut inſtitutum proſequamur, in furti nomen, quaſi in ſuum compendium, coincidere puto: quod delictum nunquam non fuit legibus exoſum, nunquam non ſevere punitum, & exagitatum: omnium autem antiquiſſimum ejus rei exemplum legimus apud Herodotum de Syſamne quodam, Aſiæ partis judice, à ſuo Rege Cambyſe caſtigato: Res narratu digniſſima ita ſe habet. Cambyſes Perſarum Rex cum audiviſſet Syſamnem judicem, pecunia corruptum, inique judicaſſe, eum occidi juſſit & excoriari; ejuſque cutem cadaveri detractam, inſtar pellis in Tribunali unde ſententiam protulerat, extendendam mandavit: cumque poſtea Oſanem Syſamnis filium, judicem inſtituiſſet, ſic illi inquit: *Cum judicas, memineris te ſuper pellem tui patris ſedere*. Sic ratus Princeps optimus, formidine ſimilis cruciatus, ab iniquitate illum fuiſſe abſtenturum. Et Tib. Cæſar Senatorem dignitate privavit, [illegible] cognoviſſet ſub Kal. Julii de[illegible] in hortos, quo vilius poſt diem, [illegible] in urbe conduceret, ut Svet. tradit in ejus *Vita*: eo enim tempore fiebant apud Rom. conductiones domorum, quæ apud nos fiunt Kal. Maji, & paucis ante annis die 15. Auguſti. Eam forte memorabiliſſimam Cambyſis actionem, imitati X. viri in XII. tab. ut refert Gell. *lib.* 20. *cap.* 1. hanc etiam legem retulerunt. JUDEX QUI OB REM DICENDAM PECUNIAM ACCEPISSE CONVICTUS EST, CAPITE PUNITOR. Et 21 memoria noſtra, anno ſcilicet 1536. Turcarum Princeps, capite mulctavit Abrahamum, præcipuum ejus Viſirum ſive Baſſanum (ita appellant quem nos Viceregem dicimus) quod Seenderum Cehyum Quæſtorem Ærarii non puniviſſet, quod populos nimium extorquebat: ipſum vero Seenderum ſuſpendi, & Geſtium Balyum, illius œconomum, excoriari juſſit. Nec minoris eſt exempli pœna, quam idem Princeps Caſſuno, item Baſſano, inflixit: eo enim quod munera à populo capiebat, illa præfectura movit, ac unius loci Capitaneum remanere præcepit: quod eſt ac ſi Prorex quiſpiam deponeretur, & in aliquam regni civitatem mitteretur Capitaneus. Author eſt rerum harum Guliel. Poſtell. *lib.* 3. *orient. hiſt.* quam ſuo materno, ideſt Gallico, ſcripſit idiomate; imo ab eod. Principe, judicem necatum fuiſſe fertur, quod à quopiam litigantiũ, Luſciniam acceptiſſet. Et nimirum Judicis perfidiæ, qui jusjurandum ſuum pecunia vendere non erubeſcit pœna capitis ultima, condigna eſt pœna: Sa 22 ne autem Peſcennius Niger Princeps

Ro-

Digitized by Google

Roman. qui Judicibus publica salaria constituit, Judicem neque dare quicquam debere, nec accipere, dicebat: quo in universum pertinet Justiniani *constitutio* in *Auth. ut Jud. sine quoq. suffr. fiant*: quod quidem apud Romanos, eo fuit religiosum, ut ne prandium quidem, aut vini amphoram accipere Magistratibus licebat, ut late differit Alex. ab Alex. *Gen. dier. lib. 3. cap. 17.* Profecto detestantur etiam munera, jura civilia, §. *oportet*, & *ibi* Glos. *Authen.* 23 *de mandat. prin.* Boer. *quæst. 152.* licet *xeniis* recipiendis (ita enim appellantur munuscula dari solita) modum adjecerint Severus, & Antoninus Impp. ut scilicet, non omnia, non semper, nec ab omnibus recipiantur, *l. solet*, §. *non vero*, ff. *de off. proconf.* & prandia Legatorum sint secundum loci mediocritatem, 10. *q. 3. can. fin.* Specul. in *tit. de legat.* §. 1. nec curare debent de lautis conviviis, & epulis multo labore conquisitis, 33. *distin. can. ecclesiæ*: nam cum de substantia pauperum mittantur à Sede Apostolica, esset furti species velle de alieno largiri, *l. si pro pignore*, §. 1. ff. *de fur.* secundum Spec. *loc. cit. n.* 26. Porro, quæ xeniorum nomine dabantur, erant pulli, ova, olera, poma, & cæteræ res agrestes, auth. Vitru. *lib. 6. cap.* 10. Bud. in *annot. prior.* Verum superioribus tantum Magistratibus id fas erat, inferiores autem, & præsertim Judices qui publica habent salaria, à privatis munuscula accipere prohibentur, *Auth. ut jud. sine quo. suffr.* §. *penult.* De quibus prohibendis, leges Austriacæ in hoc Regno passim latæ sunt, ut est videre in *vol. pragmat. Regni*, & in tantum postremo crevit pecuniæ vis, & imperium atque temeritas, ut pœna fuerit constituta contra eos qui id tentare præsumpsissent, ut ab honestate profanus ambitus auferretur, quod Athalaricus Rex in tabulis marmoreis præcepit incidi, & in testimonium publicum collocari, Cassiod. *var. 9. cap. 16.* in tantum enim prævaluisse scitur, ut Judas triginta argenteorum ambitione, Dominum nostrum, & Salvatorem tradiderit. Principum vero rescripta severam hanc, & justissimam 12. *tab.* legem lenierunt. Diocletianus enim, ex Divorum Principum authoritate, in hujusmodi casibus, plus partium indemnitati, quam Judicis delicto, consuluisse videtur, *Cod. quan. provoc. non est necess.* cum inquit: *Venales* 24 *sententias, quæ in mercedem à corruptis Judicibus proferuntur, ipso jure infirmas esse sine provocatione.* Et Antoninus Imp. *l. 1. Cod. de pœn. jud. qui male judic.* sanxit, eum amittere actionem, qui judici pecuniam dedit, & diffidentia justæ sententiæ, in pecuniæ corruptelam, spem negotii reposuerit, quod & à suo Imperatore factum etiam ait Ulp. in *l. 1. ff. de cal.* Huc facit, quod de sportulis constituit Constantinus Cæsar, ut refert Hermenop. *lib. 1. jur. civil.* his verbis: *Sancimus ne quis civilium Judicum, ex qualicunque occasione quicquam accipiat, sed manus habeat incontaminatas; & omne omnino aurum aspernetur*: idque & Justinianus sanxit in *Auth. de mand. princ.* §. 1. Quod autem 25 ad ipsius Judicis corrupti pœnam attinet, Constantinus in *l. ult. C. de pœn. jud. qui ma. jud.* eum infamem fieri sanxit, & ei, quem iniqua læserit sententia, æstimationem litis

Digitized by Google

præstare. Lex autem Julia repetundarum acrius in eos invehitur, qui pecuniam ob judicandum acceperint; puniri enim jubet vel deportatione, vel alia pœna capitis, pro modo scilicet delicti: ut si ob hominem necandum pecuniam acceperint, & innocentem damnarint, *l. lex Julia*, §. *ult. ff. ad leg. Jul. repe.* Magistratus autem qui fiscales extorserint pecunias, omnino morti obnoxios fieri cautum est in *Cod. de crimin. pecul.* eam tamen pœnam emendavit Leo Imper. cognomento *Philosophus* in sua *constit.* 105. jussit enim, ut dignitate expulsi, quæ surripuerint ad duplum dependant. Notabile est id, quod de Alexandro passim fertur; nempe quoties in judicio actor aliquis dicebat absente reo, alteram sibi occludere soluisse aurem, quo intactam accusato illam servaret: officium plane optimi Principis, & integri Judicis, Charion in *chron. lib.* 2.

26 Scitum est illud, quod de Alexandro Severo Lamprid. refert, nempe dicere soluisse Principem illum, si unquam Judicem furem vidisset, paratum habuisse digitum, ut illi oculum erueret. Nec præter juris dispositionem, nam qui justitiam vendiderit, *proditor* dicitur, & contra ipsum proceditur ad instar criminis læsæ Majestatis, *l.* 1. & in *auth. ibi posita*, *Cod. de pœn. jud. qui male jud.* Par. de Put. in *tract. de Synd. ver. Syndicatui Officialium.* Et sunt ejusmodi mores in Judicibus in tantum legibus exosi, ut Leo, & Alex. Impp præter pœnas in eos statutas, in imprecationes contra ipsos proruperint, quod refert Constant. Hermenop. *lib.* 1. *epit. jur. civil.* loquentes de „ Judice fure in hæc verba: Experiatur is sibi hostem Deum, & omnes ei „ cœlestes potestates adversentur. Excidat hac vita latenter, & jacturam „ quoque futuræ faciat. Ignis devoret „ fundamenta domus ejus; semen ejus „ sit perpetuo infame, & mendicet panem, eo quod legum libertatem, „ servam falsis subjugarit judiciis. Eaque est pecuniæ vis, ut doctissimos homines ab ea corruptos legamus: qua de re unum protulisse exemplum sat erit. Legati Mileti Athenas profecti, auxilii petendi gratia, cum rem per advocatos exposuissent, Demosthenes illorum postulatis insurrexit, neque Milesios auxilio dignos, neque e Repub. id esse contendens: res in posterum diem prolata fuit. Legati ad Demosthenem tacite eunt, ac ne iterum contradiceret exposcunt, ingenti pecunia illi exhibita: postridie, cum res iterum esset agenda, Demosthenes lana sibi collum circumvolvit, ac anginam pati finxit, ideoque contra Milesios loqui nequire, tum e populo unus exclamavit, se non angina sed argentangina suffocatum, quod postea sibi in gloriam tribuit; cum enim interrogasset Aristodemum actorem fabularum, quantum mercedis accepisset ut ageret, & Aristodemus talentum respondisset, *at ego plus*, inquit, *accepi ut tacerem*, Gell. *lib.* 11. *cap.* 9. & 10. Non solum autem justitiam non divendere Judex debet, verum nec injuriosis verbis aliquem compellare, alioqui publice vivus concremandus est, *l. universi*, *Cod. ubi causæ fiscal.* Sed hactenus circa hæc digressum fuisse sit satis, ad quæ non rerum necessitas quidem, sed Reip. rectæ gerendæ zelus me divertit: nunc rem nostram prosequa- 27

Digitized by Google

sequamur, quomodo, scilicet Præfectus prætorio, sive Prorex, delicta provinciarum Judicum puniat. Sane vero pluribus modis animadvertendi in judices, ab Cæsareis potestatibus illi concessum esse perpendimus. Primo quidem syndicando, ut ex juris communis dispositione compro-
28 batur: olim enim ad Episcopum, & ad ipsum Præf. prætorio syndicandi potestas spectabat, *l. 1. in fi. Cod. ut om. cau. tam civil. quam crimin. §. necessitatem, in auth. ut jud. sine quoq. suffrag.* Par. de Put. in *tract. de Synd. car. mihi* 93. & in Provinciarum præsidibus hanc sibi soli retinuisse Præfectum prætor. observavimus, & satis dignam relatu ejus rei
29 praxim putavimus. Vicerex igitur, cum Provinciæ præsidis, administrationis tempus lapsum præsciverit, aliquem *in illius* prætorium delegat, qui syndicatui præsit, usque ad sententiam exclusive: adhibita generali inquisitione famæ, tam ejus, qui syndicatu detinetur, quam universæ Audientiæ in qua jus reddidit. Cujus rei acta transmittuntur Neapolim, & perscrutatis per unum ex Judicibus M.C.V. in criminalib. cui id munus demandatur, fit relatio facti in Collaterali Consilio coram ipso Vicerege. Quod si Præses, de cujus agitur syndicatu, liberationem merere inveniatur, ipsa expeditur in forma Cancellariæ, ideſt subscripta ab Vicerege, & Regentibus: sin autem pœnæ reus videbitur, eidem Magnæ Curiæ remittitur cognitio quæ perpensis delictorum casibus, quid juris est, pronuntiat: parti autem condemnatæ, vel sit ipse Præses, vel singulares personæ, provocandi jus ad sacrum Consilium, non denegatur, ubi lis ordinaria via, de more, terminatur. Generalis autem syndicandi pote-30
stas, quæ prius apud ipsum Viceregem, ut dictum est residebat, successivis temporibus, ad successores Officiales translata fuit ex *Reg. Constit. Volumus & ibi* per Affl. & per *pragm. Regiæ dignitati*; Prostremo per *pragm. Car. V. Volumus*, hujusmodi syndicatum per syndicatores, ab Universitatibus in quibus Judices administraverunt, eligendos, absque successoris Officialis interventu, agi cautum est, ita privative per interpretationem omnium comment. Rit. Mag. Cur. Vic. *Ritu* 295. Sed certo multis in locis contrarium observatum novimus, & signanter quo ad Baronum, & Provinciales Officiales, atque Assessores Civitatum domanialium, præter hanc Urbem, cujus Decuriones, & Regentem M. C. V. omnesque Judices, tam civiles quam criminales, etiam Regios Consiliarios, qui illis temporalibus, per biennium, ex Sacro Consilio Viceregis jussu, adjunguntur, aliosque Judices temporales aliarum Curiarum ibidem existentium, syndicant. Re-31
spectu autem Provincialium Judicum, qui communi nomine *Auditores* appellantur, & singulo quoque biennio mutantur, syndicatus procedit secundum Provinciæ consuetudinem, & morem, qui in his præcipuus est, *cap. cum contingat, de foro competen. cap. duo simul, de off. ordin. l. 1. Cod. de emancip.* Una vero Provincia diversum ab altera syndicandi morem servat. In Provinciis enim Picentinorum, & Lucaniæ, sive Principatus citra, & Basilicatæ, eliguntur per Regiam Audientiam duo syndicatores, ex civi-

Digitized by Google

bus, nobilis unus, & popularis alter: qui in eadem Audientia conveniunt cum de alicujus syndicatu inquirunt, Secretario & Actuario ejusdemmet Audientiæ, insuper & regio sigillo utentes. Sedent autem in scabellis juxta tribunal: quorum decretum nominibus Regis, Præsidis Provinciæ, si adfuerit, & Auditorum, præmunitum, ipsorum syndicatorum subscriptionibus roboratur. In Provinciis Brutiorum & Magnæ Greciæ, id est, utriusque Calabriæ, altæ, scilicet, & bassæ, sive *ulterioris*, & *citerioris*, ut vocant, tres eliguntur syndicatores per regimen Civitatis Rhegii, qui adhibent sibi in magistrum actorum, publicum tabellionem. Si quis autem ex syndicatoribus abesse contingerit, reliqui duo nil morantur quin actum explicent. Decretum liberatorium eorum subscriptione munitur, ac Syndicorum fide declaratus, ipsos fuisse legitime à Civitate in syndicatores electos: ab eorum tamen sententia ad Audientiam provocatur. In Provinciis Salentino, & Peucetia, ideſt, Terra Hydrunti, & Terra Barii, item & Caracenis, & Frentanis, ideſt, Principatu ultra, non interveniunt syndicatores, sed apud Rectorem ipsum Provinciæ ejusque Auditores fit syndicatio, cujus decretum ab ipsis etiam subscribitur, regioque sigillo imprimitur. In Daunia, & Hirpinis, ideſt Capitanata sive Apulia plana, & Comitatu Molisii, duo eliguntur syndicatores à Civitate Luceria: qui adhibent sibi in Magistrum actorum, publicum Notarium, item & Consultorem: decretum subscribitur à syndicatoribus, & sigillo Universitatis munitur. In Marsis, & Pelignis, ideſt, Aprutio, sententiam subscribit civitatis Camerarius, sive Camerlingus, deinde tres syndicatores à Metropoli constituti. Præsides Provinciarum, sive Rectores, syndicantur à Delegato Proregis, qui syndicatum inquirit ad sententiam usque exclusive: ea enim fertur à collaterali consilio: potest etiam Delegatus ipse, nedum contra Rectorem, verum & contra Judices, cæterosque Provinciales Ministros, generaliter inquirere, dum mala de ipsis fama vagetur: non possunt hi Provinciarum Rectores, in jus capitaliter vocari, seu *citari ad informandum*, ut dicitur, de patratis ab ipsis facinoribus, & coerceri etiam, inconsulto Rege: quo jure hodie Vicereges utuntur. Qui quidem syndicatores merum & 32
mixtum habent Imperium, Bal. in *l. observare, §. proficisci, in 1. quæst. ff. de off. proconſ.* & ordinarii sunt judices, *l. 1. Cod. ut omn. cau. tam civil. quam crimin.* & *d. §. neceſſitatem, Auth. ut jud. ſine quo. ſuffrag.* Par. de Put. in *tract. de Syndic. cap. 4.* Et à lege siquidem, & non ab homine, judicandi jurisdictionem limitatam, & ad tempus habent, ut idem, *cap. 3. verſ. dicit conſtitutio.* Et eorum causa, ordinaria & summaria dicitur: & in fine officii, & non ante, hæc incipit jurisdictio, ut dictis juribus perpenditur, & facit text. in *l. 1.* & *ibi* Gloss. *ff. de appell.* Guliel. de Cun. & Bart. in *l. 1. ff. quod quisque jur.* Sed de omnium officialium 33
excessibus, sola Magna Curia, sive active, sive passive cognoscere solet, secundum allegata per Capyc. in *deciſ. 27. ex ritu ejuſdem*, incipiente, *Item quod Curiæ*. In cujus jurisdictionis

ctionis exercitio, interest an ex causa officii, vel extra, de officialium animadversione tractetur, *l. officiales, Cod. de offic. rect. provinc.* & *ibi* Bar. Alber. in *l. si quis forte, §. si quos comitum, ff. de pœn.* Boer. in *decis. 9. num. 5.* Jo: Fab. in *l. quod promulgatis, Cod. de off. præfect. urb.* & alia abunde per Carav. in *comment. dicti Ritus, qui est 49.* An autem regius Officialis qui in terra Baronis deliquerit, ab ipso Barone sit cognoscendus, vel ad Regem remittendus, late ex Authorum testimoniis differit Fretia in *tit. differ. feud. quat. diff. 40.*

34 Sed prædicta in temporalibus Magistratibus locum sibi vendicare videntur: unde quid in perpetuis observetur, juste quærendum venit. Nam etsi Urbs & Regnum, omnes, etiam Regentes Cancellariam, mutandos & syndicandos aliquando supplicasset, Carolus tamen V. visitandos tantummodo singulo quoque triennio jussit, ut legitur in *cap. Regni*: idque ad cunctos Magistratus, itidem ad Rationarium sive Scribam rationum extenditur: quod jure fecit, per ea quæ Capyc. in *cap. Imperialem, fol. 19. col. 1. de prohib. feu. alien.* & loco visitationis inquisitio succedit, secundum allegata per Fret. *de subfeud. in 35. auctor. Baron. n. 3.* Sed hucusque singulis quindecim annis id observatum vidimus, cum oportuna residentia Visitatoris ab invictissimo Rege nostro delegati, cum potestate etiam suspendendi ab officio: per quem, instructo processu,

35 eorum causæ, vel in supremo Italiæ Consilio peraguntur, vel coram aliis ab Rege ad id destinatis: quod in proxima Visitatione servatum est. Quorum sententiæ, aliaque cuncta demandata in Viceregis prætorio publicantur, coram eodem Vicerege, Magistratibusque & Populo, apertis januis, & persæpe tragici inde eventus produci videntur, qui cunctorum oculis perspicui esse debent, ne & ipsi cadant. Ipse autem Prorex nec syndicatui, nec visitationi unquam subest. Alias autem speciales Visitationes nuper sequutas perspeximus: & pari modo Principis motu proprio ex his supremis nonnullis nunciatum fuisse eorum servitio atque opere non indigere, & solo hoc verbo destitutos fuisse: quod an jure procedat verendum veniret, prout hujusmodi asseverare mandatum justissimum esse, ambigi non debet. Sed si locatoris vice 36
fungi intelligatur Rex, male versantes in eo ministerio expelli posse durante tempore licet. De primo facit text. in *l. diem functo, ff. de off. assess. l. diem functo, ff. locati, l. qui operas, eod. tit.* De secundo vero, *l. quæro, §. inter locatorem,* & *l. cum domini, ff. loc.* adsitque illa communis clausula, *Dummodo bene & fideliter se gesserint*; licet ex Regni municipali jure, aliqua in his tradita sit forma, quando ordinario jure contra eos inquirendum venit, ut ex *capit.* incip. *Vulgaris famæ proloquium*. Id autem etsi utcunque liberet, facere posset; ex innata nihilominus sua benignitate, sacros Theologos aliquando consuluit, an id ipsi liceret: quos respondisse audivimus, licere quidem, dum ipsis Magistratibus injuriæ nota non inferatur: & quandoque hos Præfectos prætorio, his repentinis mandatis usos fuisse scitur, prout meminimus tempore Illustriss. Don Petri Toleti: at si ordine Regio processerit ignoramus, vel ex causa justa Dominos

Digitized by Google

nos impellente fieri potuit, ex reg. text. in *l. si hominem, ff. mand.* Et quidem vel de minoribus, vel de majoribus Magistratibus quæratur, scire interest sit ne quæstio civilis vel criminalis : primo casu differentia esse posset, ex text. in *l. pars literarum, ff. de judic. l. 2. ff. de in jus voc. l. nec Magistratibus, ff. de injur. l. quemadmodum, §. municipales, ff. ad leg. Aquil.* ut si reciproce conveniant, & conveniantur, an conveniantur tantum, intelligi deberet secundum Glos. in *d. l. pars literarum*, in causa etiam civili. Etsi in Senatoribus, qui *Illustri & super illustri* titulo insigniuntur, *l. fin. ff. de Senator.* nullo jure prohibitum est id fieri posse, sed coram illis judicibus ex dispositione text. in *l. 2. Cod. ubi Senat. vel clariss.* In causa vero criminali si in officio deliquere, adhuc majores Magistratus posse, dicit text. in *l. jubemus, C. ad leg. Jul. repet. & §. illud, Auth. ut judic. sine quo. suffr.* sed non omnia sufficiunt in his delicta, ut ante syndicatus tempus conveniantur : quod quomodo intelligatur discutit Cyn. in *l. si præses, C. de episc. audient.* Bart. in *l. 2. Cod. repetund.* & an ex causa officii, vel alias,
37 *d. l. nec Magistratibus, ff. de injur.* & ob *barattariam*, quam appellant, quæ in justitia, ob pecuniam, distractione vel commercio consistit, durante officio puniri potest, secundum late per Par. de Put. in *tract. de Syndic. ver. Mulcta, pag. mihi 72.* ut id superioris mandato, jure in aliis quidem casibus fieri, Grammat. late in *decis. 40.* & an interim officio interdici, sive suspendi debeat, abunde discutit ad instar tutoris, *l. eum quem, C. de suspect. tutor.* Bar. in *l. libertus, §. in quæstionibus, ff. ad municipal.* Bald. in *l. Barbarius, ff. de off. præs.* Jo: de Plat. in *l. 1. C. de reis postul. lib. 10.* Luc. de Pen. in *l. Judices, Cod. de dignit. lib. 10.* Etsi ne terreantur testes, ad eam suspensionem devenire opus sit, ex notatis per Parid. de Put. in *tract. de Syndic.* in *ver. Accusatus* : an criminis probatio antecedere debeat, secundum Innoc. in *cap. licet, il 1. de simon.* & ibi quid in prælato, communiter scribentes, Bertran. in *cons. 83. 1. volum.* & an in eo esset juris ordine procedendum, facit quod Innoc. tradidit in *cap. ad hæc, extra de appellat. n. 4.* & Tiraq. in *tit. de pœn. cau. §8.* Secundo autem consideratur modus citra syndicatus viam, de quo hactenus, si Provinciales Judices delinquere contingerit, qui sui *Vicarii* dicuntur, quia ipsius vice funguntur, ut Bud. adnotat in *tit. de off. Præf. prat.* & Duar. considerat in *tit. de potest. præs. fol. 23.* Et Provincialium Magistratuum, si- 38
ve Gubernatorum vel Capitaneorum atque Assessorum domanialium excessus, etsi per solam M. Cur. ut dictum est, cognosci deberent, aliquam tamen præcedentem formam habent ex hujus Præfecti prat. supremæ authoritatis reliquiis retentis, ut scilicet, inconsulto Vicerege contra eos, nec Regiæ Audientiæ inquirere, sive informationem capere possint, nec citare, nec aliter manum injicere. Si secus agetur, præter actorum nullitatem, maxima cum indignatione corripiuntur, eaque forma continuata ex praxi inter M. C. V. cum prædictis Regiis Audientiis, S. Cons. appellationis Judex, contra d. M. C. civilem, & criminalem facere non auderet, licet aliquando,

ob

Digitized by Google

ob reatum, etsi clarissimi sint dignitate, fori declinatoriam amittant, *l.* 1. *Cod. ubi senat. vel clar. l. quoties, Cod. de dignit. lib.* 10. *l.* 3. *ff. de off. præs. Auth. ut omn. obed. judic. §. hoc considerantes*. In aliis autem Provincialibus Judicibus, hoc idem esse dicit tex. in *l.* 2. *Cod. ubi quis de curial. vel cohortal.* Sed in aliis curialibus, qui *minor Senatus* dicuntur, nulla est controversia: quod præterquam quod habetur in *l.* 3. *C. de off. Præf. prat.* ubi Judices inferiores animadvertunt, & Duar. in *d. tit. de potestate præfectorum*, ex ipsius formulæ verbis clare patet ubi inquit: *Curiales etiam verberat qui appellati sunt legibus minor senatus*.

39 Curiales, ita dicti quod Reipublicæ curam gerant, ii sunt, quantum huc faciunt, qui regendis Civitatibus præficiuntur: idque perspicitur ex eorum formula apud eundem Cassiod. *lib. Var.* 7. *cap.* 23. „ quæ est talis: Utile est unum semper „ eligere, cui reliqui debeant obedire, „ quia si voluntas diversorum vaga re„ linquitur, confusio culparum amica, „ generatur. Itaque civitatis vestræ „ comitivam, per indictionem illam, „ nos illi largitos fuisse noveritis; cui „ saluberrimam patientiam commoda„ te, ut causis vestris ferat remedium, „ & jussionibus publicis procuret effe„ ctum. Sciturí quod si quis probabili „ devotione tractaverit, similia de no„ stris sensibus, haud irrite postulabit. Horum igitur curia, idest cœtus eorum qui causis peragendis requiruntur, dicebatur *minor Senatus*: qua de re Athalaricus Rex, apud hunc ipsum Authorem, *lib.* 9. *cap.* 2 *in fin.* alloquens curiales ita dicit: *Non enim incassum vobis Curiam concessit antiquitas, non inaniter appellavit minorem Senatum, nervos quoque vocitans, ac viscera Civitatum.* ad quod facit text. in §. 1. *Auth. de ma. princ.* qui minorem vel mediam administrationem gerit, ubi Gl. quinq. dignitatum genera connumerat, & hæc clausula *& authoritas*, in formula Vicer. amplior inspicitur, cum inquit: Quoscunque „ Officiales majores, & minores, tam „ ad beneplacitum, quam ad vitam, „ Castellanos castrorum, Doctores in „ nostris Consiliis, & Regiis Tribunalibus, Gubernatores, ac Auditores „ Provinciarum, Capitaneos, Justitiarios, Advocatos, & Procuratores Fiscales, Magistros Portulanos, Dohanerios, Thesaurarios, Provinciarum secretos, Credentiarios, & alios „ quoscunque Officiales, tam in casu vacationis, quam alias, donec consulto provideatur, creare & instituere, „ & illos creatos, etiam si fuerint à „ nostra Majestate creati, punire, & ex „ causa, ab eorum officiis suspendere, & privare, & alios de novo constituere & ordinare, prout ei visum „ fuerit. Et profecto quin Curiales, 40 ideſt, minorem Senatum Vicerex verberet, dubium non est; an autem in majorem Senatum eadem utatur potestate, quærendum venit. Nam etsi in omnium Urbis supremorum Magistratuum, ut in Præsidentium R. C. ejusque Locumtenentis, Consiliariorum sacri Consilii, & ejus Præsidis, Regentium Reg. Cancell. Consiliariorum Status creatione, magnam habeat Prorex partem atque honorem, nominando, scilicet, illos Regi, qui in ea munera assumi poterunt, & pariter extra Regnum in supremo Italiæ Consilio in Hispania resi-

Digitized by Google

residente, duos alios Regnicolas, & Hispanum, & ut plurimum ex iis quos ipse nominaverit eliguntur; tamen actus à confirmante potius quam à nominante vires accipit, *l. testamenta, ff. de testam. tut. l. si quis, ff. ad Trebel. l. furti*, §. 1. *ff. de his qui not. infam. l. si quis*, §. 1 *ff. ad Turpil. l. lege obvenire, ff. de verb. sign. cap. Imperialem, in princ. col. 4. de prohib. feu. alien. per Frid.* tex. Isern. familiaris in *tit. qui succes. ten.* & multa
41 Afflict. in *decis. 248. num. 6.* In actibus enim mixtis, quod plus est, operatur, *l. quæritur, ff. de statu hom.* & actus à digniore sui parte denominatur, *l. 1. in princ.* ubi Glos. & scribentes, *ff. de stipulat.* Et hoc idem eadem ratione constitutum esse poterit, vel ob dignitatum insignium decorem, utpote dignitates obtinentes illustres, & inter patritios, & Senatores connumerantur, ut à Præfecto
42 præt. cui Imperator, & in causis arduis, siquidem criminalibus, in quibus eis per Procuratorem respondere non licet, solum coram ipso, vel cui ipse commiserit, accusari possunt, & ab eo tantum absolvi; accusari vero Imperatore inconsulto non debent, aliisque illustribus ex privilegio, non ex præcedente administratione sub certis judicibus accusari, juxta tex. in *l. quoties, Cod. ubi Senator. vel clariss.* secundum Bal. & Paul. de Castro *ibidem*. Sed cum mox omnium Magistratuum subnexuri simus derivationem, originem & comparationem, ne hæc quæstio nuda reddatur, hic de Regiis tantum Consiliariis breviter agemus, quorum exemplo quod attinet ad illam intuendam sufficere noscimus. Quid autem sit consilium atque Consiliarii, late Isern. in *cap. fin. finitur lex*, & in *cap. 6. §. fin. de Cap. qui cur. vand. did.* & in *cap. 1. col. 3, qui succes. tenean.* Capyc. in *investit. feu.* consilium Senatum esse dixit. Afflict. vero in *prob. decis.* in sua oratione ibi recitata ait: *Cum mecum ipse cogitarem hunc Senatum* & in *decis. 120.* ait: *Ideo S. Cons. posse sententiam M. C. V. reformare, quia regiam exequendam similitudinem ad instar Senatus repræsentat*: cui consequens est quod ea ratione, ejus Præsidenti, *Sacra Regia Majestas* tribuitur. Et *Majestas* 43
dicitur amplitudo, & dignitas Pop. Rom. à magnitudine sic dicta, Cic. in *part. Orat.* olim authoritas dicebatur esse in Senatu, majestas in Populo, & abusive in prætore, *l. si familiæ, ff. de jur. om. jud. l. penul. ff. de just. & ju.* secundum Duar. in *leg. 1. ff. ad leg. Jul. Majest.* quæ quidem Majestas in Principem cadit, in *prob. instit. in prin.* & in Regem, *l. regiæ, C. ut nem. princ.* & in Prætorem, *d. l. pen. de just. & ju.* & in quemlibet Judicem: quæ *major status* dicitur, *cap. filius, de pœn. in 6.* & in *Clement. eod. tit. cap. 2. de statu mona. cap. pastoralis, de senten. & re judic. l. quisquis, ad leg. Jul. Majest.* Val. Max. *lib. 2. c. de majestate*: & non immerito, cum Reges Sacerdotes esse soluerint; & majorum hæc consuetudo fuit, ut Rex *Sacerdos*, & *Summus Pontifex*, & *Principes* Imperatores appellati sunt, 21. *dist. can.* 11. & Reges hujus Regni non sunt mere laici, ut voluit Andr. de Iser. in *prob. constit.* & Fret. *lib. 1. de suffeud. fol. 47.* Par. de Put. *de Synd. ver. Rex.* Inde boni Reges sacri sunt propter sacratissimã justitiam quam colunt, & quæ eorum cordibus inhæ-

rere

Digitized by Google

rere debet: & propter leges quas constituunt, nam & ipsæ sacratissimæ sunt, *l. leges, ff. de legib.* Alber. in *Dict.* in *ver. Rex.* Rex olim sacerdos erat & Pontifex, & ideo Imperatores, *maximi Pontifices* appellabantur, 31.*dist. can. cleros*, & per justum, & Sacrum dicitur procedere de cultu suo, *cap.*1. *in princ. ut eccl. benef.* ut etiam Imperatores, *Divi*, ut in *constitutionibus*: vel quia Sacerdotes sunt dominici Patres, &. Magistri, 26.*dist. can. quis.* Sententia S. Cons. facit jus in casu dubio, quoad omnes casus similes, Guid. Pap. *quæst.*215. & 574. Afflict. *decis.*96.& 169. Minad. *decis.*39.ubi ad hoc allegat *l.fin. Cod. de legib.* est ergo ad instar Sena-
44 tus qui facit leges ut noti juris est. Consiliarii sunt Judices delegati, ex quo nihil ex se agere possunt, nisi à Præsidente ipsis committatur, quod est de mente Bal. in *l.præcipimus, C. de appell.* inde est quod in decretis ab iis ferendis, dicitur nominatim, *Ad infrascriptam causam delegatus per S. C.* ut voluit Afflict. in 1.*decis.* & ideo prius votum affert suum Commissarius ipse, deinde juniores Consiliarii, ut in principio diximus. Cum autem Senatoris nomen æquivocum sit, improprie enim cujusque Civitatis decuriones, *Senatores* dici possunt, *l.Senatores, Cod. de decur. lib.*10. distinctione utendum est, ex Aristot.præcepto 1.*cœli*, 110. 1.*Rhetor.*14.& quæ Accurs. scribit in *prob. Instit.* & scribentes in *l. pen. de just. & jur.* & *Instit. eod. §. hujus studii.* Quod autem præsens tempus exigit, duo scrutabimur: Primum quo tempore Sacr. Consilium introductum fuerit. Secundum quæ sit ejus autho-
45 ritas, & an similitudo existat. Et certe à Regib. Aragonensib. Sac. Cons. constitutum fuisse notum est, & signanter à Ferdinando, quod patet in *pragm.*1. *in titu. De offic. S. Cons.* & eis quæ ipsi incumbunt, ibi: *Inter quos Magistratus Sacrum hoc in Regno Supremumque in administratione justitiæ à Serenissimo Aragonensi Regib. constitutum ordinatumque reperitur*. Nec obstat, quod dicit, *Magistratus*, quia potest intelligi de Prætore, *Instit. de ju. nat. §. prætorum*, & aliis in *l.*1. *ff. de off. ejus cui man. est jur.* cum plures sint or-
46 dines Magistratuum, ut plenissime Glo. docet in *d. l.*1. & in *prob. Instit. §.*2. Similitudo existit quia dicitur *supremum consilium* in *d. pragm.*1.& in *pragm.*2. *Regis Ferdinandi*, ibi: *Igitur Sacrum Supremumque Consilium ordinavimus*. Senatus erat summum consilium, ut patet per Authores allegatos. *Supremum*, hoc est, ultimum, *l. divortio, ff. sol. matr. l.*1.*Cod. de Senator.* bonus textus, *de judic. l.*1. & *l.*1. *Cod. de collat.* vel prope finem, cum ultimum sit, quod jus honoris habet, secundum Isern. ut refert Afflict. in *decis.*1. cum finis sit nobilior iis quæ sunt ad finem, unde dicit philosophus 2.*de an.* 49. *à fine unumquodque denominari justum est, l.si filiusfam. §. fin. ff. ad S. C. Macedon.* Afflict. in *decis.* 210. *Supremum* hoc est maximum, ut non sit alibi majus, *l. cives, Cod. de incol. lib.*10. vel supremum, idest, primum, vel breve, *l.*1 *ff. de rer. divis. Instit. de jure person. in princ.* & *ibi* Gl. vel supereminens, & proprie dicebatur summum, *l. cum usus fructus, ff. quib. mod. usufr. am.* vel ultimum, *l. capitalium, ff. de pœn.* Supremum, & summum similia sunt.

Digitized by Google

„ Petrum vero in ſummum ſacerdo-
„ tem elegit, dum ei pro omnibus cla-
„ ves Regni cœlorum tribuit, 21. *diſt. can.* 1. Dicitur etiam *conſilium*, ut *ſupra* ſæpius dictum eſt, & ubique per Cicer. & declaratur per Boet. cum Conſilium ſacrum in ea *pragmatica* capitur pro loco ubi exercetur juriſdictio, *Cod. de manum. vind. in rub. & nig.* vel pro authoritate *l.* 1. *ff. de offic. Conſul.* vel pro arbitrio, & deliberatione, *Cod. qui & adverſ. quos.* ab aſſenſu, *cap. cum olim, extra de arbitr.* vel pro loco ubi fit deliberatio de aliquo: & ſic in quo fit, ponitur pro eo quod fit, *l. pen. ff. de juſt. & ju.* Dicitur eubulia, quia bona concluſio cum quæſtione ſecundum Ariſt. 6. *Ethic. l. dubium, Cod. de repud. c. cum in veteri, de elect.* Aſſimilatur prudentiæ, cum ſit diſpoſitio virtutis, ſecundum Ægyd. *de regim. princ. lib.* 2. *cap.* 4. Dicuntur liberi, & conſiliarium liberum, *de elect. in* 6. *cap. fundamenta*: & ſunt principes, ut ibi Conſiliarios noſtros graves, & expertos habere participes, 1. *queſt.* 1. *can. eſtote, Conſiliarii ſint tibi de mille unus, Eccl. in* 6. Conſilium pro collegio, *l. fin. Cod. de naufrag. lib.* 11. CONSILIARII hoc eſt Aſſeſſores, *Cod. de aſſeſſor. l. Conſiliarios.* Merito arguitur qui conſilia ſapientium, & recta conſulentium non ſuſcipit, 48. *diſt. can.* 1. Et in *pragm. prædicta*: cum ſedem locumque in urbe Neapolitana, & Regni urbium Domina *ſuprema* ac Metropoli, conſtituimus: pro *ſuprema* ſumma & maxima exponitur, Gell. *lib.* 11. *cap.* 1. Et proinde ſi ex his, ad comparationem cum Senatoribus inferendam ſufficere ſat erit, Vicerex ex diſpoſitione tex. in *d. l. quoties, Cod. ubi Senat. vel clariſſ.* conſulto Principe, prælibatos Regios Conſiliarios, carcerare pro delictis, ſiquidem in officio, ſive extra commiſſis, ſive condemnare poteſt: & per ea quæ foris obſervare valuimus in occurrentibus caſibus jure fieri, atque præſumi debet, cum eorum intentionem juri atque rationi conſonam eſſe ſciamus.

ADNOTATIONES

Ad *num.* 1. *Eorum exceſſus ſunt reliquorum exceſſibus graviores.*

De magiſtratibus loquitur: & nempe *lex magiſtratibus præeſt, magiſtratus autem populo*, ut ait Læt. *de legib. col.* 1.

Num. 2. *Exauctoratis ubi Princeps reſidet demorari non licet.*

Idem in ſenatore, *l. ſed & milites, §. qui nimirum, ff. de excuſ. tut. §. quibus, Inſtit. eod. tit.* & ob cauſam non infamem dimiſſus interpretandus venit, *l. ſenatores*, & *ibi* Gloſ. *ff. de ſenat.* Et milites exauctorati intra centeſimum lapidem ab urbe exulabant: ritum autem exauctorationis militum ad inſtar clericorum, exponit Herodian. *lib.* 2. & Dion in *Severo.*

Num.

Digitized by Google

Num.4. Indefessi: lucubrationibus attendere debent. A

Principis consiliarios doctissimos esse oportere, admonet Cassiod. *Var. lib.8. cap.12.* licet corporis salutem & principales amittere sensus discrimen sit: quod ex studiorum frequentia evenire solet; sæpe enim literati & eruditi homines, variis casibus & audiendi & loquendi facultatem amittunt, *Instit. quibus non est perm. fac. test. §. item surdus.*

Foro & advocationibus interdicuntur causarum patroni:

L.1. §.penult. ff.de offic. præf. urb. Speculat. in *tit. de legat. §.superest, num.41.* in eo enim sunt puniendi, in quo delinquunt, *cap. literas, de* B *tempor.appellat. cap. pastoralis, de jur. patr. & ibi* Glos.

Num.5. Princeps majorem partem sui consilii convocare tenetur.

Authoritas paucis ex senatoribus concessa, reip. multoties perniciem intulit: argumento sit C.Gracchus trib.pl. qui postquam Senatus authoritati detrahere studuit, omnium rerum cognitionem populo vindicare conatus, seditiones & homicidia civiliaque bella eo commovit, ut perpetuam subirent servitutem. Status igitur publicus ordinariorum magistratuum ministerio feliciter conservatur, quod nulli erudito est ignotum. C

Num.6. Ad expellendam intercessionem.

Non precibus sed meritis eligendos esse magistratus sancitum est in *l.1. Cod. de off.magistri offic. l.si quemquam, Cod. de offic. Præfecti prat. afr.*

Num.9. Vinum apud Athenienses magistratibus bibere non licebat, &c.

Idem de Ægyptiorum Rege docet Alexand. ab Alex. *lib.3. cap.9.* ex Diodoro Sic. *lib.2. cap.3.* cui certa vini mensura taxata erat quotidianis potionibus, ne per occasionem & licentiam, sui impos factus, turpitudini & sordibus vacaret. D

Num.11. Omnia officia annalia erant;

Cur honores non continuandi, quæve officia essent perpetua, & de Imperatoribus, Regibus, Ducibusque, habes ex Restauro Castaldo in *tract. de Imper.quæst.67.* & an expediat Magistratus esse temporales vel perpetuos latissime scripserunt quidam juniores. Profecto ex diuturna administratione in insolentiam transgredi videmus officiarios, ob quam solam Romæ Censores, qui ad quinquennium eligebantur, annales fieri cœperunt, ut author est Feneſt. *de Magistr. cap.17.* & Interrex quinque dierum spatio fun-

Digitized by Google

A gebatur authoritate, eodem Fenèst. auth. *cap.* 4. Quo respiciens Genutius trib. pl. legem scivit ab se *Genutiam* dictam, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet, nec duos magistratus uno anno gereret; quod refert Spieg.

*Num.*14. *Sed plura concedi officia uni abstinendum est.*

Et uno quis contentus esse debet, *l.*1.*Cod.quemad.civ.mun.*in *d.lib.*10. & habetur in *l.quisquis*, *Cod. de cohortal. lib.*12. ubi Bar. & alii adducti per Cassan. in *Catal. par.* 1. *consid.*61. difficile enim est ut unus duorum vices sustineat, *l. si plures*, *ff. de pact.* Et sicuti membrorum varietas per diver-
B sa officia robur corporis servat, & pulchritudinem repræsentat; ita & personarum diversitas Rempublicam ornatiorem facit, & circumspectiorem, qua de re longe differit Restaur. Cast. in *tract. de Imper. quæst.*81.

*Num.*15. *Sunt autem Magistratus ex nobilioribus Civitatis & habitatoribus, & præcipue ex oriundis eligendi.*

Regi eligendos esse nobiliores & meliores in rep. administranda, latius prosequitur Napod. in *consuet. Neap. fol.*13. *num.*274. unde Magistratus ex patriciis, non autem ex plebeis Romulus instituisse legitur: & quomodo urbana publicave negotia sint ministranda, refert Alexand. ab Alex. *lib.*5.
C *cap.*28. In recipiendis autem Regibus aliisque Magistratibus extraneos præferri debere oriundis, idem est author *lib.*1. *cap.*27. Sed an in temporalibus & spiritualibus præferantur extranei oriundis respectu dignitatum officiorumque promotionum, multa cumulat Cassan. in *Catal. par.*11. *consid.*22. Lege autem Manilia cavebatur ut quando à nobilibus adversæ res gestæ fuissent, ii ad magistratus gerendos admitterentur, quorum majores in Rom. rep. magistratus nondum exercuissent. Alias Romani Cæsares, præsertim Augustus militarem atque politicam præfecturam senatoribus ac nobilibus antiquæ prosapiæ nunquam conferebant, sed mediæ conditionis, timentes ne ab iis imperio ejicerentur, experientia edocti quod patricii Imperatores sæpe in superbiam elati, inferiores despiciunt, ait Herodian. in
D *Macri.* Contra vero non defuere Reges quibus mos fuit ad sua consilia non ascisere nisi nobiles, & ut plurimum ex sibi sanguine conjunctis, quod ex historiis passim scire licet.

*Num.*20. *Judex qui ob rem dicendam, pecuniam accepisse convictus sit, capite punitor.*

Avari Judices, ait Cassiod. *var. lib.*6. *cap.* 21. nesciunt quantum delinquunt, nam cum vendunt aliena crimina, sua faciunt esse peccata, & de avaritiæ detestatione, idem aliqua *lib.* 12. *cap.* 1. Verum detestabilis avaritiæ efferatique ambitus labem, usque eo in mortalium animis grassatam legimus,

Digitized by Google

gimus, ut nedum sententiæ, sed Imperium ipsum Rom. auctioni positum venale fuerit, quod post Pertinacis necem, evenisse tradit Herodian. in 2. & Xiphil. *ex Dione in Juliano*.

Num.23. Detestantur etiam munera jura civilia.

De munerum detestatione vide Cassiod. *Var. lib. 6. cap. fin.* non enim manibus sed sensibus suscipienda dicit. Quod si æque omnibus exosa esse debent, multo magis Magistratibus, qui ut ab omni sorde se abstineant, plus doni munerisve in anno accipere non possunt, quam quod sit aureorum centum, *l. eadem lege ff. ad leg. Jul. repet.* qua de re vide Alciat. *lib. 3. disjunct. cap. 9.* Eratque *lex muneralis* nuncupata, prohibens ne cui munus accipere liceret, secundum Spiegell. & in sacris literis munera oculos excæcare legimus: quinimo paradisi fruitione privant, quando is habitabit in tabernaculo Domini, qui munera super innocentem non accepit, *Ps. 14.*

Num.25. Qui pecuniam ob judicandum acceperint.

Princeps & leges nunquam occurrere cessarunt sordibus pecuniarum, mediisque quæ in eligendis Magistratibus interponi solent, ne eam post ob causam tributariis gravamen inferretur, eoque in id insudarunt, ut ne quid pluris erogaretur quam res exposcat: probatoriis etiam literis seu codicillis promotionum & duplomatibus recipiendis, quantum impendi oporteat taxarunt, stata pœna si quis ulterius quid exolvisset, nedum privationis officii trigintaque librarum auri, sed & ultimi supplicii, *l. 1. in fin. Cod. de offic. præf. prat. Afr.* Quod si in re tam modica constituta est pœna tam severa, quanto erit severior ubi in ipsa promotione impetranda pecunia intercedat? His affine est quod in *Auth. ut jud. sine quoquo suffr.* cavetur, ejusmodi scilicet Magistratus latrones esse habendos.

Magistratus qui fiscales extorserint pecunias.

Institut. de publ. jud. §. item lex Julia, & Cod. de crimine peculatus, pœna capitis irrogatur ejusmodi Magistratibus eorumque ministris, quam Gl. *ibi* ex *l. 3. ff. eod.* pœnam deportationis interpretatur. Germanus meus ultimum supplicium impositum ait ex assertione Leonis in *constitut. 105*, ubi postquam asseruisset fuisse aliquas leges eo asperas ut ultimo punirent supplicio Magistratus qui fiscalem surripiunt pecuniam etiam minimæ quantitatis; & contra, aliquas eo leves ut nullam fere talibus infligerent correctionem etiam si maximam exhausissent quantitatem, ipse media utens via, eo modo castigandos constituit, quem Germanus refert. Et certe Regni *constit. Officiales, de officialib.* primam juris dispositionem repetit, quæ capitis pœnam irrogat: est autem capitis pœna in nobilioribus quidem deportatio, quæ successit loco interdictionis aqua & igni, *l. peculatus, ff. ad leg. Jul. pecul.* in

A in humilioribus vero damnatio in metallum, & hodie remigium, *l. hac lege ff. eod.* Qui vero pecuniam sibi adsignatam, in alium quam in destinatum usum consumpserit, vel qui fiscalem pecuniam nondum fisci inceptatam, tamquam fisci creditor sibi acceperit, non legis Jul. peculatus, sed de residuis pœna mulctatur, *l.4. §. sed & qui ff. ad leg. Jul. pecul.* Glo. in *l.1. C.eod. l.sacrilegii*, §. *Labeo*, *junct.gl. ff. d. tit.* eaque in duplum est taxata, *l. anfertur §. qui aliquid, de jure fisci.* Quemadmodum de residuo obligatur etiam qui minorem pecuniarum quantitatem in tabulis publicis retulerit, quam res venierit, vel qui in tabulis expensi summam aliquam geminaverit, atque in nonuplum mulctatur, *d.l.hac lege ff.eod.tit.* Et id quidem in Perceptoribs Provinciarum, aliisque pecuniarum ministris evenire
B posset, de quibus habes Fret. *de suff. lib.2.* prout ex lege regia in cognitione seu visitatione Regni ab Illustris. Card. de Toleto factum, compertum habemus. In ambiguis autem summis, eum qui succubuerit, centesimas usuras pendere cautum est ea lege: qua de re latius vide apud Par.de Put.in *tract.de Synd.in vers.Syndicantur etiam de subtractis pecuniis, fol.*38. Quas usuras pendebunt & Magistratus municipales, qui publicam pecuniam in suos converterint usus, *l.ult. Cod.de usur.rei judic. l.si ut proponis, Cod. de ædific. priv.* quemadmodum & pro trajectitia pecunia, & pro expensis factis in re communi reficienda, & pro re judicata, & pro eo quod tutor ex rebus pupilli clanculum in suam convertit utilitatem, *l.nihil, & l.periculi, ff. de naut. fœnore, & l. qui sine ff. de negot. gest.* Est autem *centesima usura*, cum
C pro eo quod interest, dependuntur aurei duodecim pro singulis centenis in anno: sic dicta quod singulis mensibus exolvitur nomine usurarum quanti est centesima pars sortis: ita Hermenop.declarat in *epit. jur.civil.lib.3.tit.7.* Quarum usurarum ratio ad usque Soccini tempora omnes latuit jurisperitos, eo ut deridicula viderentur de ea iuterpretamenta. Soccinus tandem ab Hermolao Barbaro edoctus, qui antiquarum usurarum rationem in *cast.gall. Plinian.* explanavit, ejus rei veritatem aperuit in *l. si hæres, §. item si rei. ff.ad leg.Falc.* Alciat. in *l.1.§.si quis simpliciter, ff.de verb.obligat.* vide Vigel. Zuich. in *præfat.in Theoph. ad Carol.V.* Qui vero fiscalem pecuniam ad militum stipendia destinatam extorserit, & qui per fraudes eorum stipendia ad
D suum lucrum converterit, quique commeatalem victum, idest alimenta quæ in commeando seu *marciando*, ut vulgo dicunt, in partem stipendii conferuntur ex publico, minuerit, & officii privatione & quadrupli repensione corripi sancitum est, *l.2. ver. nam si usurpaverit, Cod. de offic. præf. prat. Afr.*

In quam quidem pœnam quadrupli incurrit etiam Princeps si absque summi Pontificis & Imperatoris authoritate, extraordinarias collectas & taleas imposuerit, Luc. de Pen. in *l.1. Cod.de superind.lib.11.* Capyc.*de invest. feud. in ver.collectæ.*

Et Alberic. *ibi* in iis affert exemplum qui supponunt milites, & vigintiquinque, verbi gratia, dicunt esse, cum re vera non sint plures viginti, sicut & qui prædam ex hostibus captam surripit, ad quod vide *text.* in *l.pen.*

Digitized by Google

l. pen. ff. ad leg. Jul. peculat. imo & qui frumentum exercitui destinatum in pro- A
prium vertere lucrum, honestior quidem proscriptioni, humilior autem capitis supplicio subjacet, *l. uli. Cod. quæ res vendi non poss.* Et profecto acriter est in eos animadvertendum, qui militum numeros vel stipendia aut etiam commeatum ex fraude tractant; cum ea res maximum inferat reip. detrimentum, cujus exempla non sunt nobis longe quærenda. Romanorum res diu prave infeliciterque gestæ fuere ob diminuta militiæ stipendia, ut author est Læt. in *lege Junia*, & adhæc tempora Gallorum Regem Franciscum cum Car. V. adverso marte certasse novimus, quod multo plures, quam ei erant, certatores habere credebat, juxta largitatem stipendiorum, quæ in annos singulos erogabat. Dabantur autem stipendia partim ex publico, partim à Regibus & nationibus, ut ex Liv. *lib. 2. dec. 5.* notat Tiraq. in Alex. ab Alex. B
lib. 2. cap. 2. Suntque stipendia bellorum nervi, qui si deficiant, deficit & victoria: & proinde non defuerunt qui illis supplendis, nedum suis non pepercerint pecuniis & facultatibus, sed nec amicorum, nec publicis, nec sacris atque adeo quæ in templis erant, si Herodiano credimus *lib. 2. Stipendiorum enim largitio*, ait idem alibi, *omnem tollit militibus mœstitiam, essque Principi benevolos reddit, imperiique incolumitatem parit.* Quod barbari uberrime testari possunt, qui cum mercenario non uterentur milite neque stativis castris, sed multitudine confusa viri & mulieres, dum se occasio exhiberet, ad bellum properabant, facillime expugnabantur. Quod recte prospiciens Augustus, ærarium militare novis vectigalibus auxit atque edidit, unde prompta pecunia stipendiis sufficeret, ut testis est Svet. in C
ipsius *vita*, *cap. 44.* Alex. ab Alex. in *genial. lib. 2. cap. 2.* Et Macedones pecuniam ad belli usum reponebant secundum hunc ipsum auct. *ibi*, & Tiraquell. in eum. Romani quoque, Proconsules, Quæstores, Prætores in provincias mittebant, quorum præcipuum erat munus stipendia militibus erogare, maximeque curabant ne quid fraudis dolive in illis distribuendis admitteretur; quapropter summæ industriæ notæque probitatis Scribæ eligebantur, iique graviter aliquando à Catone correcti fuere, quod parum ex fide persolvissent æra. Et de Balbo Magno quæstore legitur in *Epistola Asinii Pollionis inter famil. Cicer. lib. 10. epist. 31.* quod magno argenti pondere coacto de stipendiis militibus non redditis, ex Hispania aufugit. Et notabile est, quod simile Cassan. in *Catal. par. 6. consid. 19.* factum fuisse ait tempe- D
state sua die 9. Augusti 1527. in Gallia, nempe quod quidam Generalis „
Franciæ (utar ejus verbis ad finem usque) detentus incarceratus Parisiis in „
arce quæ vulgo *Bastille* dicitur, fuit condemnatus per judices commissos à „
Rege, ut in patibulo Montis falconis suspenderetur & strangularetur (quod „
& factum fuit die lunæ 12. ejusdem mensis sequente) omnia bona sua „
confiscando. Et in dicta sententia continetur quod dicti Judices declaraverunt dictum Generalem astrictum & convictum de furtis, falsitatibus, „
abusibus, interversionibus, hoc est callidis surreptionibus, & malis administrationibus finantiarum regis mentionatis in processu, & privatum ab „
omni honore & statu pro reparatione dictorum criminum & delictorum: or- „

di-

A „dinantes insuper summam tercentum millium Parisiensium super dictis bo-
„ nis & confiscationibus accipi pro restitutione summarum & partium male
„ captarum per dictum Generalem super finantiis Regis, & aliis damnis &
„ interesse in eis factis, dictam summam adjudicantes Regi pro restitutione
„ prædictorum. Hucusque Cassanæus: & optime ita statutum fuit; Magi-
stratus enim qui Principis mandata contemnunt, nedum rem, sed &
substantiam, ideſt bona, amittunt, *l.* 1. §. *fin. Cod. de offic. Præf. prat. Afr.*
Nec minus est exemplare quod de Sultano Selymo narrat Paul. Jov. *hiſtoriar.*
lib. 18. Is princeps subacta Ægypto ejus regimen Ciajerbejo commisit, jus-
sitque Junusso Bassano summo in eo bello imperatori, ut militibus stipen-
dia augeret, quo præteritos labores præsenti compensaret præmio, milites-
B que in pugnando deinceps alacriores redderet. Junussus principis Selymi
voluntati obsequutus fuit, non multo tamen post tempore defitit; idque
consulto ut milites irascerentur seditionemque patrarent in Ciajerbejum,
cui æmulabatur quod ille ad Ægypti præfecturam, quam ipse ambierat,
prælatus fuisset: eam rem ut agnovit Ciajerbejus statim Selymo significa-
vit: is Junussum coram se trahi, strangulari, dilacerari, canibusque
discerpendum objici jussit.

Adde, quod multos thesaurariorum seu quæstorum ærarii bona in
Francia taxata sunt; & habito respectu ad facultates antiquas & acquisitas
ac etiam ad salaria, fuit æstimatum quantum pecuniarum ex ærario regio
rapere & mala inversione subtrahere potuerunt, idque totum confiscatum
C fuisse Cassan. est author in *Catal. par.* 12. *consid.* 72.

Stipendia vero, ut ad ea revertamur, in hoc regno propriam non
habent arcam, sed ex generali promuntur ærario, præter ea quæ hospitio-
rum causa debentur. Et id quidem cum aliter antea obtineret, fieri cœpit
anno si recte recolo M.D.LXXIIX. ubi pro gravi levique armatura patroci-
nium præstiti maximo cum honorario, ex jussu Illustr. Marchionis de
Mondejar Viceregis: & acerrime controversum fuit inter Thesaurarium
& Perceptores provinciarum, illo hoc sibi vendicare tentante, his contra
nitentibus. Est autem separata censio sive impositio in regno, octo & qua-
draginta assium (*grana* quæ vocant) in singulos focos pro hispanis tantum
copiis, atque in universale inferuntur ærarium: pro equestri autem mi-
D litia, nulla est censio nisi ratione hospitiorum, septemdecim assium ex quo-
libet foco; eaque solum pecunia seponitur. Urbs vero Neapol. omni hac
de re, gravamine levatur. Certe autem fiscalium creditorum exactio non
dum militibus & privatis, sed & ipsis templis atque adeo universæ reip.
utilis est & necessaria, §. *publicorum*, *Auth. de mand. princ. coll.* 3. & quæ
alia excluſa sunt, habes ex Rebuffo in *comment. ad conſtit. Gall. glo.* 1.
fol. 71. *to.* 2. Porro sunt & Regibus quodammodo stipendia constituta pro
administranda justitia, cujusmodi sunt regii introitus regnorumque tri-
buta & vectigalia, ut dicit D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 63. Isernia in *conſtitut.*
ſuper inciſionibus, & in *cap.* 1. *de pac. ten.* & in *cap.* 1. *ver. vectigalia*, *quæ*
ſunt reg. nam debitor est justitiæ, eamque subditis facere tenetur, *can. re-*

gum,

Digitized by Google

gum, 33. *q.* 5. unde qui regios introitus regaliaque usurpat, capitis fe- A
ritur pœna, ut est in *const. Reg. ea quæ ad speciale decus*, quod quomodo
rite procedat, dicemus in nostro *tract. de Regal. Reg. Neap.* Id quasi auc-
tarium subnecterim, stipendia intantum esse privilegiaria, ut æri alieno non
sint obnoxia nisi in subsidium, *l. commodis, ff. de re jud. l. stipendia, C. de exe-
qu. rei jud.* quod & ad clericorum præbendas diducitur secundum Glos. *ibi*, si-
cut nec arma militum, nec scolarium libri, Gl. in *l. nepos Proculo, ff. de verb.
signif.* quam Jason singularem reputat in *§. fin. Inst. de act.* Quid autem in feu-
di fructibus, an aliquid sit feudatario relinquendum ut militare valeat, habes
ex Afflicto in *Const. reg. Si quis post litem*, & in *dec.* 26. ubi Ursill. Camerar. la-
te in *c. imperialem, de prohib. feu. alien. car.* 20. & an in feudis locum habeant
dd. l. commodis, & l. stipendia, Isern. in *cap.* 1. *col.* 1. *n.* 6. *de inveſt. de re alie. fa-* B
cta; & super his ample Tiraq. *de retractu, fol.* 243. Alioqui apud Romanos
ipsimet creditores addicebant debitores suos militiæ, stipendiaque sibi exige-
bant; quod ex *legib.* 12. *tab.* originem sumpsit, ubi constitutum fuerat
debitores addici servituti creditorum, ut latius Germanus explicat hoc ipso
lib. cap. 10. & nonnulli juniores tradunt. Licet autem stipendia militum
sancta essent, aliquando tamen ob levia crimina mulctabantur milites sti-
pendiis vel integri anni vel sex tantum mensium: & isti, *ære diruti* dice-
bantur, quod æs dirnebatur in fiscum non in eorum sacculum, Fest. *lib.* 4.
& 16. Frontin. *lib.* 4. *stratag. cap.* 1. Alex. & Tiraq. in *genial. lib.* 2. *cap.* 13.
alias ob graviora delicta non stipendiis quidem, sed aut cingulo & honore
aut capite privabantur: & quidem qui recte pensat, optime id in eos sta- C
tutum judicabit, quippe qui tantis sunt privilegiis communiti, ut gravis-
simum sit censendum levissimum quodque scelus quod ipsi admittant, tan-
quam qui suis prærogativis abutantur. Et profecto milites privilegiis au-
ctorato esse decet, est enim armata militia reipubl. manus: *Nam sicut ma-
nus*, ait Seneca, *naturæ imperio, ad corporis nociva expellenda introdu-
cta est; ita ad reip. tutelam adinventa est militia; omnis enim à ferro salus*:
quæ quantum imperio Rom. adjumento fuerit, exponit Valer. Max. *lib.* 2.
cap. de disciplina militari. Eoque respexit Arist. cum *lib. polit.* 7. ait, mi-
lites partes esse civitatis ac veros cives, quod & à jure nostro civili etiam
agnoscitur, quando milites ubi stipendia merent, ibi domicilium habere
dicuntur, etiam si nihil in patria possideant, *l. municeps, ff. ad municip.* nos D
vero & filios civitatis recte vocari posse asseveramus, cum à rep. alimenta
ipsis ministrentur, *l. milites, Cod. locati*; quemadmodum & milites cœ-
lestis militiæ, idest clerici, quod *infra* latius explicabimus, ubi de camera
reservata agemus; pacem enim tribuunt universalem, *l. mulierem, ff. de
accusat.* Quamobrem non defuere qui armatos milites, togatis tanto præfe-
rendos asseruerint, quanto facta dictis: de quorum origine atque præstan-
tia, ac necessitate & privilegiis, præter alios, uberrime agit Cassan. in
Catal. par. 9. *consider.* 47. *& per omnes fere præcedentes*. Hinc est quod in
milites cujusvis sint nationis in quibuscunque hujus urbis auditoriis se ju-
dicio sisti cogantur ob quævis scelera, ad quæ inquirenda quæstione opus

Digitized by Google

A esset & tortura, non ex processu informativo, sed ordinario proceditur judicio, ad instar civium Neapolit. quod ego non semel observatum vidi cum pro fisco crimina persequebar, ut in meo *tract. de Regal. Reg. Neap.* late differo. Quod recte perpendens Illustriss. & Excellentiss. D. Dom. Henricus Guzman Comes Olivaris & Prorex, ea quæ ipsum decet vigilantia & prudentia, quam in omnibus præsefert maximam, summopere invigilat ne militum stipendia parum ex fide erogentur, latis ad id sanctionibus, quarum mentio frequentior erit nobis in dicto tractatu. Et proinde fraus quæ in stipendiis admittitur, pro admissi qualitate gravissime est corrigenda, *l. eos, in fin. ff. de falsis*, ubi Glo. exempla ponit, ut cum deberet quis equitare cum decem equis, equitavit cum viginti, vel cum deberet percipere sala-
B rium pro viginti miliaribus, accepit pro duobus diebus cum unus sufficeret. Quod facit contra eos qui à Scriba rationum mittuntur in provincias ad solvenda stipendia, ac tales admittunt fraudes; contra quos inquirit Reg. Camera prout hodie extat ejusmodi inquisitio. Huc facit quod Thesaurarii cum de susceptis non faciunt cautionem solemnem, & ii qui singulis quatuor mensibus rationem suæ exactionis non transmittunt, vel quod ex causa lucrativa acquirunt, non scribunt, puniuntur per Principem, *l.* 1. *in fin. Cod. de apoc. publ. lib.* 10. & *ibi* Bart. Restaur. Castald. *de Imper. qu.* 110. *num.* 106. At vero singulis mensibus Perceptores & Limenarchæ, idest, *Magistri portulani* ut vocant, has exhibent rationes in Reg. Cam. quod *bilancium* appellant: in fine autem anni, totius administrationis rationes excu-
C tiuntur: eæque si fuerint defectivæ, arbitraria mulcta vindicantur: in singulas præterea hebdomadas danda est à Quæstore ærarii, accepti & expensi notitia Proregi & Comiti patrimoniorum sive Locumtenenti, eamque *Relationem* appellant, singuloque semestri rationes exhibendæ, quam *Cedulam* nominant: quod si neglexerit mulctæ sit reus. Certe Præfecti prætorio munus erat nosse præscribereque quantum in milites esset insumendum, eo tempore quo populis, imperialis indicebatur necessitas: quam formam si prætermitterent Præsides, omne damnum ex suo sarciebant si quid minus solutum esset; idque *delegatio* appellabatur, *l. annonas, Cod. de erogat. milit. anno. l.* 1. *Cod. de annon. & capitat.* Guid. Pancir. in *Not. imp. orien. cap.* 5. Sane in *cap. Regis Car. Adhæc volentes, de publicand. gag.* nonupli pœna
D statuta est in ministros qui fiscales subtrahunt pecunias; *in privatos* vero, quadrupli. Nil autem mirum si in stipendiis servandis & distribuendis tantum curæ adhibuerunt leges; cum bella obedientiam ministrorum in Principem potissimum exposcant; adeo ut si quis non steterit jussis, etiam si rem feliciter gesserit, capitis sit ultima pœna mulctandus, qua de re non rara in historiis habentur exempla. Notissimum autem est id Manlii Torquati, qui filium suum securi percussit quod injussu suo certasset, tametsi vicisset, ut author est Cic. in 2. *de finib.* Liv. Plin. Val. Max. Et scitum est in *l. desertorem, §. in bello, ff. de re milit. l. fin. ff. de usu & habitat.* ubi res immutata etiam in meliorem statum præter domini voluntatem, deterior esse censetur. Culpam autem in his, ex loci, temporis, causæ, & personarum

qua-

Digitized by Google

qualitate, dolo exæquari habetur ex Principum observationibus, & A
Alexander ab Alexand. late de his agit *dict. lib. 2. c. 13.* cui titulus est, *Quæ multæ militares majores, & quæ minores, & ob quæ delicta inferri solebant.* Decedenti autem militi (& sic finiverim) absque hæredibus, succedit legio, *l. 2. Cod. de hæt. decur.* eam tamen successionem hodie dominus Rex noster pietatis ergo transtulit ad Valetudinarium D. Jacobi hujus urbis, ut latius exponit Germanus in *hoc lib. cap. 26. num. 13.* Est etiam in hoc Regno novum quoddam genus militiæ, cum equestris, tum pedestris, quasi auxilium, & vulgus *Battaglionem* appellat: institutum quidem ab Illustriss. Marchione de Mondejar Vicerege, excogitatum autem & procuratum à Cæsare Januario patritio Neapolitano, Portusque sedilis equite, dum provinciæ Hydrunti præsideret. Suntque hic auxiliares, ut sic licet minus proprie dixerim, ad certum numerum ex universo regno lecti, statisque temporibus innovantur: stipendia vero tunc tantummodo faciunt, cum bellicæ oportunitates arma illos induere coegerint; alio autem tempore, ærarii quidem non sunt, sed aliis prævalent immunitatibus, quæ in *pragmaticis sanctionibus* de iis æditis sunt videre. In hac militia equestris copiæ institutus fuit tribunus Fabius Surgens meus alius germanus. Quod autem paulo ante diximus milites in Mag. Cur. Vic. id prærogativum habere, ut in ipsos non procedatur *ex processu informativo* (sic dicunt ubi reo jus se defendendi negatur) ad instar civium Neapolitanorum, alias apud militarem Judicem controversum fuit, me pro fisco militis crimen persequente. Et certe potestatem hanc non habet nisi ipsa Magna Curia, suo C
arbitratu, quam idcirco *præeminentiam*, & *arbitrium Vicariæ* appellant: & eam quidem, ipsam Magnam Cur. sibi usurpasse volunt, cum fere dubitetur an Magistro Justitiario sit concessa, & singulari tantum personæ, idest Joanni de Aya concessa reperiatur, per ea quæ cumulat Constantinus Papa in suo *tract. de Arbitr. Mag. Cur. Vic.* quem posthæc scripta mihi videre contingit. Usurparunt eandem etiam præeminentiam & Reg. Audientiæ, cum antea ad tempus ipsis concederetur: cumque militaris Judex consuetudini inniti studeret, res fuit ad Collaterale Cons. perlata, quod decem dierum spatium militi ut se defenderet, permisit: siquidem omni jure jus hoc defendendi reis permittitur, *cap. qualiter & quando, il 2. de accusat. l. unius, §. cognituram ff. de quæstion.* facit *text.* in *l. eum qui puerum, ff. ad leg. Jul. de vi publ.* Profecto Vicerex ad famosiora crimina per- D
sequenda cum hac ipsa præeminentia Legatos constituere solet, nedum contra criminum principes, verum & contra conscios, complicesque, atque adeo contra testes: cujusmodi me nuper legavit ad quærendum facinus adulteratæ monetæ, commissum ab operariis in ipsamet æde monetæ, de quo loquitur *text.* in *l. sacrilegii pœna, §. qui cum, ff. ad leg. Jul. pecul.* ubi, qui cum in moneta publica operantur, extrinsecus sibi signant pecuniam forma publica, vel signatam furantur, hi non videntur adulterinam monetam exercuisse, sed furtum publicæ monetæ fecisse, quod ad peculatus crimen accedit: cum eaque me delegavit facultate nil mora-

Digitized by Google

A tus quod ii operarii cives essent Neapolitani : ad quos torquendos jussus principis expectari debet, quod *mandatum regium* nuncupamus, cum M. Cur. in hoc nil eis præemineat. Mandati autem regii interponendi ordo est, ut M. Curia Vicariæ referat Proregi esse indicia quæ satis sint ad torturam, eaque justificat; qua re prorex cum voto Collateral. Consilii, torqueri jubet : contra tamen hoc mandatum Neapolitani jus habent appellandi seu reclamandi ad Sac. Consilium respectu indiciorum; ubi quid examinandum veniat, titulus ne an indicia, in dicto nostro tractatu plene explicuimus. Barones autem cæterique quibus reos coercendi facultas est, si crimina persequi cum hac præeminentia maluerint, proregi supplicant; is alicui ex Judicibus Vic. mandat ut qualitatem titulumque delicB torum & delinquentium scripto ipsi deferat : quibus cognitis si ita aptius ei visum fuerit, fieri jubet.

Num. 30. *Generalis autem syndicandi potestas.*

Extant *capitula* Civitati Neapol. hac de re concessa.

Num. 36. *Locatoris vice fungi intelligatur Rex.*

Ad eum solum approbatos officiales removere pertinet, *l.* 2. *Cod. de agent. in reb. lib.* 10. & eorum numerum reformare, Cassan. in *Catal. par.* 5. *consC sid.* 24. *num.* 97.

Num. 39. *Curiales ita dicti, &c.*

Curiales in Civit. Neap. Napodan. in *Consuet. Curiales*, in *rub. de instrum. confect. per curial. Neapolit.* aliquos originarios, aliquos adventitios ponit, *l. ex omnibus, Cod. de decurion.* ac de prioribus loqui eam *rubricam*, quorum cura & sollicitudine urbs Neapolitana antiquitus regebatur, exposa illorum opinione, qui cum Longobardis venisse autumant, cum per cives Neapolit. illis temporibus jam adinventos sciatur : iique eligebantur de melioribus atque adeo legalioribus civitatis, qui & jurgia D plurium civitatum terminabant, ad instar triginta curiarum Romanarum, *l.* 2. §. 1. *ff. de orig. jur.* Erantque alii curiales qui, eo quod reip. certis negotiis consulebant, *Decuriones* appellabantur, ut in suo *tit. Cod. de curial. urb. Roman. lib.* 10. quemadmodum & regimini dictæ urbis expediebat, in unaquaque civitate à Senatu constitui curiam, §. *nec interest, Institut. de hæredit. quæ ab intest.* Et hæc publica curia dignitas est; tenetque civitatis vicos seu casalia, *l. si quis vel liber, Cod. de natural. lib.*

Pro his facit text. in *l.* 2. §. 1. *ff. de orig. jur.* jam allegatus, ubi curia capitur pro societate quæ est inter nobiles sediliarios, ut abunde docet Germanus in *epith. Civit. Curia.*

Sunt-

Digitized by Google

Suntque Civitatis consiliarii ut *ibi*, & primates secundum Spiegell. De quibus mentio fit in *Ritu M. C. V.* 160. ubi vera interpretatione curialium sumpta, de omnibus nobilibus quinque Sedilium intelliguntur, quibus urbis regimen semper curæ fuit: quam sententiam sequutus est Par. de Put. in *tract. de Syndic.* in *ver. Fidejussor Officialium, n.* 8 *fol.* 135. & Boer. in *dec.* 315. *n.* 2. allegando *text.* in *l. curialis, Cod. de locato*; in quo fidejubere prohibentur, sicut & milites, *l. milites eod. tit.* allique cummuniter comment. in *d. Ritum*, & novissime Caravita. Et profecto in cunctis sedilibus nobilitas militaris semper extitit, & imperiti esset interpretari contrarium, ac fidejubendi restrictionem inducere, quæ in commercio est, *l. si remunerandi*, *§. fin. ff. mandati*, Bald. in *l. antiquæ, Cod. eod.* Det. in *consil.* 7. *col.* 1. & facit *text.* ubi Bart. in *l. hoc jure*, §. *Labeo*, *ff. de donation.* Quod etiam multas habet limitationes in causa mutui vel reditus redimibilis, Glos. Paris. in *tract. de usur. quæst.* 31. *num.* 251. *& seq.* Et cum hoc officium ex charitate nascatur, denegari sine peccato non potest, imo ad illud compelli, secundum Glos. & Archid. in *can. sicut*, 11. *q.* 1. & quæ Luc. de Penna in *l. quicunque*, *num.* 9. *Cod. de fund. patrimon. lib.* 12. & ex officio & amicitia originem trahit, *l.* 1. *ff. mand.* Bald. in *l. si per ea, Cod. eod.* Et si bonum non fiat, certe non invenitur, *l. sed si lege*, §. *consuluit*, *ff. de petit. hær.* idcirco ad certos restringere nobiles in malam partem, interpretatio prava & sinistra redderetur, prout latius prosequitur Germanus meus in 3. *lib.* ubi *de sedilib.* agit. A B C

Num. 42. *Accusari vero inconsulto Imper. non possunt.*

An illustres condemnari possint inconsulto Principe, vide Pancirol. in *notit. imper. orient. cap.* 2. Et profecto cum electi sint à Principe, & administratione honorati, non potest Præfect. Præt. sive Prorex ipsos dignitate movere, *cap. cum inferior*, *de major. & obed. l.* 2. *Cod. de lib. & eor. lib.* Restaur. Castald. in *tract. de Imper. q.* 82. & *quæst.* 110. *casu* 62. ubi adduxit exemplum septemvirorum imperii, qui Imperatorem deponere non possunt, licet illum eligant. D

Num. 44. *Senatus qui facit leges ut noti juris est.*

L. non ambigitur, *Cod. de legib.* Qui vero legis ferendæ, præter senatum potestatem habeant, repetit Goffr. in *sum.* in *rubr. de constit.*

SUMMARIUM

CAP. XVIII.

1 *Sententiæ sine scripto ferri regulariter non possunt.*

Sententiæ, quibus in casibus libellum non requirant, eod.

2 *Sententiam sine scripto ferre, maximæ est dignitatis.*

Illustres personæ absque scriptura in jus vocari non debent, eod.

3 *Sen-*

Digitized by Google

3 *Sententiæ, quæ libellum requirunt, etiam à Principe sunt in scriptis ferendæ.*

4 *Libellus Viceregi porrectus, litis contestationem non facit.*
Princeps solo verbo, Condemno, *vel*, Absolvo, *sententiam dicit*, eod.

5 *Sententiæ a Principe sine scripto ferri possunt.*
Feudi investitura solo Principis verbo fieri potest, eod.

6 *Dominium acquirendum, possessionem requirit.*
Dominium sine apprehensione acquiri potest, si consuetudo id patiatur, eod.

7 *Princeps nutu, & præsentia, sententiam dicere potest.*
Nutus, vel capite, vel humeris fieri dicitur, eod.

8 *Princeps, Judex est, & ordinem judiciarium servare non tenetur.*
Princeps libelli vires egredi potest, & ipsum supplere, eod.
Princeps solus secundum conscientiam judicare potest, eod.

9 *Princeps, lex est animata, & quasi quidam Deus corporalis.*

10 *Verbum Regis habetur pro lege.*
Cardinalis, Regi æquiparatur: & si cui ad mortem damnato, galerum suum imponi mandet, cum ducitur ad supplicium, ipsum à morte liberat, eod.

11 *Rescriptum ex supplicatione ad Principem, impetratum, litis contestatæ vim obtinet.*
Sententiæ libello non conformes, à Præfecto prætorio ferri possunt, eod.
Sententia quæ in rem judicatam jam transivit, à Vicerege rescindi potest, eod.

12 *Sententiæ inferiorum, solo verbo ab Vicer. irritantur.*
Appellatio deserta per se à Præf. prat. reparari, eod.

13 *Honores, & dignitates solo verbo à Principe conferuntur.*

14 *Excommunicatio solo verbo à Papa aboletur.*
Doctor solo verbo à Principe creatur, eod.
Privilegium solo verbo concessum, æquipollet concesso in scriptis, eod.

15 *Nobilium promissa pro factis habentur.*

16 *Gratiæ, quarum solus Princeps est distributor, solo verbo fiunt.*

17 *Scriptura ad privilegia probanda non est necessaria.*
Privilegia à die concessionis exequutionem habent, eod.

18 *Princeps authoritate absoluta uti potest, si bono publico expedit.*

19 *Neapolitanorum causæ, licet criminales, sunt in tribunalibus terminandæ.*

20 *Collaterale Consil. quibus rebus potissimum intendat.*

VERBO SENTENTIAM DICIT. Idest, absque causæ cognitione: vel verbo, quia non cogitur scripto sententiam ferre, *l. 2. Cod. de sent. ex brevic. recit.* idque in formula Vicer. his verbis exprimitur: *Et etiam cum potestate summarie, & de plano procedendi*. Hoc autem cum in judicando, tum in elargiendis gratiis, ex his quæ sequuntur, potissimum apparet, cum ex his potissimum ejus excelsæ potestatis radii aliqui nobis eluceſcant: nec temere dixi, *radii aliqui*; nam

co-

Digitized by Google

cogitatione plenitudinis poteſtatis illius, hallucinatur intellectus, æque atque oculi intuendo ſolem. Sententias autem ſine ſcripto proferre, regulariter non licet: nam ſcriptura libello pariter eget, *l.ſi. Cod.de ſent. ex brevic.recit.* §.*ſancimus*, *Authen. de exhib. vel introduc. reis*, *coll.*5. Et quibus in caſibus excuſari fertur, id ſpeciale eſſe dicimus, de quibus in §. 1. *in princ. Auth. ut cler. apud propim epiſ. collat.* 6. puta in laico clericum conveniente, vel ſi inter ipſoſmet clericos quæſtio oriatur, vel inter perſonas viles, parviſque cauſis pertractandum venit, §.*ſit tibi*, *Auth. de mand.prin.* Alius etiam expreſſe perpenditur caſus, de quo, item & cum aliis ſermo eſt, in §. *neceſſitatem*, *ubi* Gloſ. in *ver. ex non ſcripto*, *Auth.ut judic. ſine quo. ſuffr. l. 2. Cod. de ſenten. ex brev. recit. l.ſi. Cod.de princip. agent. in reb. l.*1. *Cod. de mand. princip.* Gloſ.in *l.* 2 *pen. Cod. de dignit. lib.*12. Maximæ autem eſt dignitatis, verbo & non in ſcriptis ſententiam promulgare: quandoquidem perſonæ illuſtres, nec civiliter, nec criminaliter ſine ſcriptura in jus vocari debent, *l.quoties*, *Cod. de dignitat. lib.* 12. Feli. in *cap. 2. de jud. col.* 4. & quæ in his adducit Caſſan. in *catal. glo. mun. par. 7. conſiderat.* 3. Idque etſi ex *Conſtit. Reg.* omnibus in cauſis confirmandum veniat, tamen locum habere in ea præcipue dignoſcitur, quæ libellum requirit, ut in aliis *Conſtit.* ſcilicet 1. *de dilation.* & *conſtit. In pecuniariis*, & ex tex.in *cap.fin.de re judic. in* 6. *l.ſtatutis*, *Cod. de ſentent.* quo caſu, in ſcriptis etiam à 3 Principe ſunt proferendæ, §.*ſi vero aliqui*, *in Auth. in medio litis*, *collat.*8. quod quidem jam dictis pro limitatione deſerviret, & quomodo intelligatur, ex §.*neceſſitatem*, *Auth. ut jud. ſine quo. ſuffr.*Specul.in *tit.de ſentent.* §.*juxta*, *ver. non enim*, *Luc.* de Pen.in *l.in ſubeundis*, *Cod. de Caſtr. omn. palat. pecu.* Alex. in *l. jubemus*, §.1.*ff.de in lit. jur.* Paul.Caſtr. in *l. hac conſultiſſima*, §.*at cum humana*, *C.qui teſtam.fac.poſſ.*ubi etiam Baldus. Quid autem in cauſis brevioribus dicendum veniret, ut in mercedis præſtatione, an inſpecta rerum & perſonarum condi tione, arbitrarie judicetur, late deducta per Par. de Put. in *tract.de Synd.de ſent. cap.*1.Quidque in libellis pauperumque cauſis,celeritatem requirentibus: quidque in cauſis ex non ſcripto, à lege vel à ſtatuto terminandis, & quid tandem alia diſpoſitione interpretandum veniat illis ſub verbis, in Delegatorum mandatis apponi conſuetis, ſcilicet, *Levato velo*, & *ſummarie procedi mandatur*: diffuſe congeſtum eſt per eundem Par. de Put. in *d. Tract. tit. Libellus qualit. form. in Synd. cap.2. ver. An contra.* Quæ autem res ſcripturam requirant, præter ea quæ *ſupra* recenſuimus, ubi de liberantia egimus, habetur per Jaſ. in *l.non ſolum*, §.*morte*, *col.2. ff.de nov.oper. nunciat.*& in *l.cum proponas*, *Cod. de pact.* & per Caſſan.in *Catal.glor.mun.par.*7. *conſiderat.* 61. Sane autem id perſpicitur ſpeciale in Præfecto præt. ideſt in Vicer. ut libellus ipſi porrectus, litem conteſtatam non faciat, *l.*1. *Cod. de offic. Præf. præt.* non ſecus ac ſi Principi porrectus fuiſſet, *l.* 1. *Cod. quan. libell. Princ. dat.lit. conteſtat. fac.* ſecundum Duaren. in *tit.de poteſt.præfect. cap.*3. An autem ſententiæ

tiæ verbo prolatæ, appellationibus, sive provocationibus, & reclamationibus sint subditæ; quæve in his detur forma, nos *infra* dicemus. Quas quidem suas sententias, per alios legere, ipsi concessum est, *l.1.C.de sent. ex brevic.recit. cap.fin. de re jud. in.* 6. Et si nullum aliud proferret verbum, id tantum sufficeret, *Condemno*, vel, *Absolvo*; ut ex Jason. doctrina in *l.1 ff.de off. ejus*, & aliorum per Cassan. adduct. in *Catal. gl.m.par.7. consid.3*. Princeps igitur sententiam ferre potest sine scriptura, Alber. de Ros. in *auth. nisi breviores, Cod. de senten.& interloquut. omn. judic.* de quo meminit Cassan. in *Catal.par.5. consid.73*. Et id quidem in tantum extenditur, ut solo Principis verbo, feudi investitura procedat, cum scilicet coram paribus Curiæ dixerit, *Vade in possessionem illius feudi, & teneas illud pro feudo*, tex. est in *c.1. de consuet.recti feudi*, licet præcipuus modus acquirendi feudi sit ipsa investitura, *cap.sciendum, quib.mod. feud.constit. poss.* In quærendo enim dominio, ultra causam illius transferendi, ut noti juris est, possessio requiritur, *l.traditionibus, Cod.de pact. l.si agere*, ubi Glos. *ff.de rei vendic.* idemque requirendum in feudi concessione, ut corporalis investitura interveniat, *cap.1.quid sit investit.* in Regis tamen concessione contrarium est, ut dominium & possessio transferatur, juxta adducta per Jas. in *l.quotiens, la 2. col.3. Cod. de rei vendicat.* An autem consuetudine fieri possit, ut sine apprehensione transferatur dominium, non ambigitur, *cap.2. de consuet.* à Principe autem induci posse clarum est, ex §. *quod Principi, cum sequent. Instit. d. tit. l. fin. Cod. de fideiussor.* eoque magis, quod in [illegible] concessionibus feudalibus, hæc ex consuetudine ponitur clausula: Quam investituram, vim, & robur veræ, & realis traditionis, & possessionis habere volumus, Luc.de Pen. in *l.prædia, Cod. de locat. præd. civil. lib.11*. Bal. in *prælud. feud. in 6. col.* cum aliis adductis per Loffred. in *prælud.* An autem per actus fictos, ut puta per annulum, biretum, & similia, quæ propria authoritate adeptam possessionem, quam transactionem possessionis indicant, & an dicatur imperfecta, & abusiva investitura, si adipiscendi vel recuperandi interdictum parant, late est videre per Afflict. in *decis.299.* & quæ circa hæc curiosius tradidi & prælegi in *repetitione l.traditionem, Cod.de pact.* & in *rubr. ff. de legat.1.* quas Deo duce, suo tempore edendas curabimus. Nedum autem verbum, verum & nutus Principis aliquando sententiam dicit: antiquitus enim Princeps nutu poterat revocare feudum, per ea quæ disserit Glos. in *cap. 1. de his qui feud. dar. poss.* & ibi Isern. quam allegat Loffred. in *paraphr.feud.in princ.* In contractibus autem, qui verba expressa requirunt, ut est contractus stipulationis, in quo id de substantiali forma esse non ambigitur, nutus responsionem parit defectivam atque imperfectam; quia verba necessaria sunt, nec per æquipollens adimplere sufficit, dum tamen contractus solo consensu non perficiatur, ex text.& Glos.in *l.1.§. si quis ita*, & *l. si stipuler, §. fin. ff de verb. oblig. l.in venditionibus, ff. de contrab. empt.* Nutus autem, vel capite vel humeris fieri dicitur, secundum

Digitized by Google

dum *d. glo.* actus autem & signa non prodesse, tradit Bart. *ibi*, & licet ex *Leonina Constitutione*, sublata in his verborum solemnitate, sensus & consonans intellectus ex utraque parte solum desideretur, quibuscunque verbis exprimatur; id tamen interpretandum venit, verbis habilibus, *l. qui autem, §. fi. & l. seq. ff. de constit. pec. l. ut gradatim, §. etsi lege, ff. de muner. & honor.* & notatur per Glos. in §. *in hac re, Instit. de verb. obligat.* Nutus autem in milite muto, testandi facultatem habere non dubitatur, §. *quinimmo, Instit. de milit. testam. l. discretis, Cod. qui testam. facere poss.* quod secus est in pagano, & in aliis, hujus testandi juris incapacibus, ut est *glo. magistr.* in §. *item surdus, ver. ex lege Cornelia, Instit. quib. non est permis. fac. testam.* & aliquando etiam sola Principis præsentia, regium assensum qui in contractibus requiritur, præstitum facit; dum coram ipso contrahatur. Fret. in *quæst.* 31. & ideo contractus Principis, juris & legis vim habet, *l. 2. Cod. de donat. inter. vir. & uxor.* licet enim connubiales donationes sint prohibitæ; si tamen Augustæ ab Imperatore, vel e contra, emanaverint, valent, ut videatur contrarium legi, disponenti per hujusmodi contractum, aliam legem prioris derogationem parientem, ut per Connan. præter alios, differitur in *comm. jur. civil. lib.* 1. *cap.* 16. idque & locus etiam facit, ubi enim in comitatu Cæsaris aliquid gestum est, omni timore prorsus caret, *l.* 1. *in fin. Cod. de his qui per met. jud. non appell.* & not. per Boer. *decis.* 100. & ejus latus extollit actum, *l. omnium, Cod. de testib.* Joan. de Plat. in *l.* 2. *Cod. ut dignit. or. ser.* & excusat aliquem ab oneribus, & honorandum præbet, secundum Lancil. Conr. in *templo hmn. jud. tit. de Cancell. Mag. offic.* & Summus Pontifex, solo verbo creare potest Sacerdotem, vel Episcopum, Felin. in *rubr.* & *cap.* 1. *de Constit.* & per verbum, *Fiat*, gratia censetur perfecta, & post mortem nobilitat, & militiæ gradum præbet, Bart. in *l.* 1. *Cod. de dignit. lib.* 12. Abb. in *cap. nobis, il* 2. *de sent. ex. com.* & hominem, quem Princeps honorat, quisquis honorare tenetur, *l.* 1. *Cod. de domest. & protect.* Mart. Laud. in *tract. de Princ. quæst.* 206. per dict. Lancil. relati. Et quodcunque Princeps per epistolam, vel subscriptionem, cognoscendo & de plano interloquutus est, legem esse constat, & *constitutiones appellantur*, dicit Ulpianus, sed non de omnibus judicabat causis, sed de quibus visum erat, nunc Prætorum loco, nunc in Senatu, aut domi: & Julius Cæsar nonnunquam in nocte, & cubans, & aliquando in prandio, & cum primoribus Civitatis, sententias ferebat, juxta *l. humanum, Cod. de legib.* Et hoc sectatus Robertus Andegavensis, Rex, in edicto osculi violenti, omnes Urbis nostræ primates convocavit, ideſt, omnium nobilium platearum, tamquam de negotii experientia imbutos: quæ vero Principis cognitionis forma, in his adhibita sit, quæve circumstantia, plene habes per Connan. *lib.* 1. *jur. civil. cap.* 16. Ipse enim Princeps, judex est, in *Auth. de dignitat. §.* 1. *collat.* 6. secundum Bald. in *cap. quis dicatur Dux*, nec ordinem servare tenetur judiciarium, Felin. in *cap. in causis, ext. de re judic.* Jacob. de S. Geor. in

Digitized by Google

tract. feud. ver. Princeps, Jas. in *l. certum, colum. penult. Cod. unde legit.* vireſque libelli, ipſi tantum egredi licet, Ant. de But. in *cap. licet, il* 1. *extra de ſimon.* & ex cauſis ſibi notis, eundem ſupplet libellum, ſicut coram Principe, Angel. in *l. omnium, Cod. de teſtam. in princ.* & Scribentes in *l. edita, Cod. de eden.* Ratio eſt ea, quia cauſa potius quam concluſio attenditur, ſecundum dicta per Innoc. in *cap. ſuper literis, extra de reſcript.* & in ſua Regali Curia, inſtantia non currit, Felin. in *d. cap. in cauſis, de re judic.* ipſumque ſolum, ſecundum conſcientiam judicare poſſe, tradit Bart. in *l.* 1. *in fin. Cod. ut quæ deſ. advoc. par.* Jaſon in *l. ſive noſtrum ff. de in lit. juran.* Nec mirum id videri debet, cum omne jus quo utimur, aut conſtet ex ſcripto, aut ex non ſcripto, *inſtit. de jure nat. §. conſtat autem*: ex ſcripto jus eſſe, quod in voluminibus eſt *Cod.* & *Digg.* nemo non novit; quod autem Principi placuit, legis habet vigo-
9 rem, *eod. tit.* Princeps enim lex eſt animata, ut eſt tex. in *Authen. de conſul. circa fin. collat.* 4. & in *Auth. quib. mod. nat. effic. legit. §. ſat igitur, collat.* 6. & Gloſ. in *l. more, ff. de juriſd. omn. jud.* & tanquam quidam corporalis Deus dicitur, Bal. in *cap.* 1. *§ fin. de probib. feu. alie. per Frider.* ut dicitur de Papa, qui Dei viventis vicem in terris obtinet, *can. inter hæc de pœnit. diſt.* 3. cujus voluntas pro ratione habetur, Spec. *de legat. §. nunc*, & Principis epiſtola in omnibus cauſis vim legis obtinere, ex multis patet in *l. item veniunt*, §. *pen. ff. de petit. hæred.* & ex decreto, §. *ſed & quod Principi, Inſtit. d. tit.* quod in Judice non eſt, nam ejus vox non eſt ſententia, *l. ex ſtipulatione, C. de ſent. ex peric. recit.* & verbū Regis habetur pro lege, *l. bene à Zenone, C. de* 10 *quadr. præſcr. l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor.* Afflict. *dec.* 299. Idque ad Cardinales extenditur, qui Regibus æquiparantur, Det. in *l.* 1. *ff. de offic. ej. cui man. eſt jur.* Lancel. Conrad. *in temp. om. jud. par.* 3. *concl.* 77. in quibus reſidet tota fere majeſtas Chriſtianę Reip. in tantum ut ſi damnato, dum ad ſupplicium dicitur, obviam factus Cardinalis aliquis, galerum purpureum illius capiti imponi mandaret, liberandum eſſe tradidere, Bal. in *l. addictos, in fin. Cod. de appell.* Paul. Caſtr. & alii adducti per Tiraq. *de pœn. cau.* 55. Jul. autem Clar. in *pract. crim. lib.* 5. *§. fin. quæſt.* 98. hoc in praxim deductum nunquam vidiſſe teſtatur, ipſe tamen ejus eſt ſententiæ, ut ſaltem ad leviorem pœnam condemnandum eſſe putat, ob dictæ Regalis dignitatis reverentiam. Non tamen omnis Principis voluntas lex eſt putanda, niſi publico decreto, non privati juris cauſa ſtatuiſſet. Unde D. Trajanus, ne contra leges moreſque majorum ad alias cauſas transferrentur, neve in foris, pro lege acciperentur, duplomatibus libellis nunquam ex ſcripto reſpondebat, ſed tantum verbo quibus viſum eſt, aſſenſus fuiſſe fertur, licet vetus eſſet mos Principem ſcripto adire, & conſulentibus per libellum reſpondere, juxta Neronis ſtilum, aliorumque Principum qui juſſerunt ſuis decretis impune adverſari licere, ſi contra leges, & jura emanaſſent. Multi etiam ex Illuſtribus Oratoribus, conciones ex ſcripto edere abſtinuere, ut plurimum enim ſibi ipſis contrarii de-

pre-

Digitized by Google

prehendebantur. Quod cum L. Craſſo eveniſſet in duabus orationibus invicem repugnantibus, & proinde ea de re increparetur, *Orationes*, reſpondit, *eſſe temporum, & cauſarum, non hominum*, ac ſi vellet ſignificare, contrarietatem, non ſibi imputandam, ſed cauſis quæ eam requiſiverant. Alex. ab Alex. *lib.* 6.
11 *cap.* 23. Et reſcriptum, quod ex ſupplicatione Principi porrecta, impetratur, litis conteſtationis vim obtinet, *l.* 1. & 2. *Cod. quan. libel. princ. dat.* Duar. *de poteſt. præfect. cap.* 2. poteſtque ſuo Officiali demandare, ut ita pronunciet, Bal. in *l.* 1. *col. ult. C. quom. & quan. jud.* abſtinere autem debet, nequid juſtum inhibeat, *c.* 1. *de re jud. in* 6. Sententias item, libello non conformes ferre poteſt, Bar. in *l. Æmilius, in fi. ff. de minor.* quod ad dirimendas lites conceditur, Alex. in *l. vinum, colum. ult. ff. ſi cert. pet.* Et ſententiam, quæ in rem judicatam tranſivit, reſcindere, & revocare poteſt, Abb. in *cap. qualiter, ext. de accuſat.* Gloſ. in *l. fin. Cod. ſent. reſcin. non poſſ.* Det. in *l. cognitio, ff. de off. ejus*, & ſententiam ex ſuo reſcripto abolere, Arch. in *can. omnibus* 35. *q.* 9. *l. Divi, ff. de pœn.* Luc. de Pen. in *l. prædia, Cod.*
12 *de locat. præd. civil.* Verbo etiam inferiorum ſententias irritat, Ang. in *l.* 1. *Cod. de ſent. paſſ.* & abſque ſuæ poteſtatis plenitudine, aliqua ſubſiſtente cauſa, poteſt citationem tollere, Gloſ. in *l. antepen. ff. ex quib. cau. major.* Hoſtienſ. in *cap. in noſtra, extra de procur.* Cur. Jun. in *conſ.* 49. & pari modo deſertæ appellationis detrimentum reparare, cum clauſula, præciſam ſuam intentionem declarante, Bal. in *l. impetrata, circa fin. Cod. ſent. reſc. non poſſ.* ab ejuſque ſententia appellari non poteſt, Bart. in *l. ult. in fin. ff. de off. Præf. præt.* & nos *infra*, ex ejuſdem Caſſiod. textu, latius dicemus: tanta enim eſt ejus authoritatis imperium, ut nemo poſſit illi dicere, cur ita facis? *Eccleſ.* 43. & *can. in memoria, diſt.* 19. Jaſ. in *l. reſcripta, Cod. ſi cont. jus vel util. publ.* & *conſ.* 95. *vol.* 4. Soc. *conſ.* 13. *vol.* 1. Det. *conſ.* 655. Lanc. Conr. in *T. o. jud. lib.* 1. & apud eum, ſufficit pro ratione voluntas, Gloſ. in *c. inveſtivit*, & in *cap. propoſuit, extr. de conceſſ. præb.* & in *cap. ſi gratioſe, de reſcript. in* 6. & in *l. relegati, in fi. ff. de pœn.* Et hæc quidem ejus autho- 13
ritatis ſumma, majore ex parte ex Caſſan. *Catal.* excerpta eſt, *par.* 5. Sed quod ad dignitates atque honores conferendos & acquirendos attinet, proprium Principis eſt, abſque ſcriptura, ſed quaſi ad inſtar divinæ poteſtatis, dicendo, & loquendo, efficaciorem ſuam voluntatem explicatam facere: ea enim cōparatione tantum in mundi creatione, ut dixit Deus & facta ſunt, *Geneſ. cap.* 1. verba enim ſunt ſigna voluntatis, *l. Labeo, ff. de ſuppell. leg. l. ille aut ille, §. in verbis*, & *l. non aliter, ff. de legat.* 3. Ariſtot. in *lib. periher.* & quod vult fieri pro facto habetur, *l. apud eum, ff. de manumiſſ.* Luc. de Pen. in *l. contra, Cod. de re milit. lib.* 10. & quod dari mandat, pro dato habetur, *can. in novo*, 21. *diſt.* quicquid enim voluerit, faciet, & ſermo illius, poteſtate plenus eſt, *Eccleſ.* 8. quemadmodum & Papa, ſolo verbo excom- 14
municationem delet, 6. *q.* 3. *can. debet*, & ſola nominatione Epiſcopum creat, 93. *diſt. can. dominus*,

2.q. 1. *can. sacerdotibus*, & *cap. per tuos*, *ex. qui fil. sint legit.* Et militi à Principe, sola voluntate testamentum condere, concessum est: quæ quidem cum aliis, luculenter enarrantur per Luc. de Pen. in *l. prædia*, *Cod. de locat. prad. civil.* Et solo verbo Doctorem facit, Angel. in *l. 1. C. de sent. pass.* quem refert Cassan. in *catal. glor. mun. par. 5. consid.* 91. ubi ex Jasonis relatione in Maximiano Imper. hanc praxim de Medico atque Doctore obiter visam fuisse testatur, & Fret. *de suffeud. lib. 1. tit. De origine Baronum*. Paria enim sunt privilegium verbo, vel vivæ vocis oraculo, datum, & in scriptis, in *clement. dudum*, §. *nos etenim*, & *ibi* Glos. sicut & paria sunt, voce exprimere, vel scribere, Alex. *cons.* 33. *lib.* 3. Corn. *consil.* 79. *voto* 4. Et verbo, à diffinitiva sententia appellatur, *l. scio*, ubi Bar. *ff. de appellat.* prout Boer. in *quæst.* 1. multa subnectit: imo propter ejus excellentiam, soli ipsius verbo statur, *can. nobilissimus*, 66. *dist. cap. literis*, *de probationibus*, cum aliis adductis per Cassan. 15 in *loc. prad.* nec immerito Nobilium promissa, pro factis habentur, *cap. nobilium*, *ex. de donat.* Isern. in *cap.* 1. *colum.* 1. *qui succ. ten.* ut id, ex celeritate circuitum excludente, proprium & naturale videatur esse Nobilium, *cap. grande*, *de suppl. negl. prælat.* eoque magis in Principe, cui magnificentia, & liberalitas peculiares esse debent, *l.* 1. *Cod. de thesaur. lib.* 10. Luc. de Pen. in *l.* 1. *Cod. de veter. lib.* 12. *l. cum multa*, *Cod. de bonis qua lib. l.* 1. & *l. fin. Cod. de cad. toll. l cum fundus*, §. *servum*, *ff. si cert. pet.* Cagnol. in *l.* 2. *ff. de pact. int. empt. & vendit. num.* 201. quas, ex multis authoritatibus, celebrat Cassanæus in *catal. glor. mun. par. 5. consid.* 8. & 9. qui quidem circuitus, pro efficaciori atque breviori actionis explicatione, si inutilis sit, rejicitur, *l. dominus*, *ff. de condict. indebit.* In 16 gratiis autem & honoribus conferendis, quorum quidem solus Princeps est distributor, secundum allegata per Cassan. verbum ipsum & sermonem maximæ esse efficaciæ, ambigendum non venit: quandoquidem si in gratiarum concessionibus innitamur, dubium non est quin illico perfectæ reddantur, Archid. in *decret.* & in *prob.* 6. Bald. in *l. humanum*, *Cod. de legib.* Felin. in *rubr. de constit.* Afflict. *decis.* 253. Fret. *de suff. in alleg. Regent. Albertini*, *num.* 66. Solo item verbo civitatem 17 facit. Scriptura enim in privilegiis, non est ad probationis vires necessaria, Bald. in *l. si qua per calumniam*, *Cod. de episcop. & cler.* & in his ex sola nominatione jus quæritur, *cap. capitulum Sanctæ Crucis*, *de rescript.* Rebuff. in *tract. nominat. qu.* 21. *num.* 9. Oldr. *cons.* 180. *colum.* 3. Ripa in *lib. 2. de rescript. cap.* 2. Tiraq. *de Nobilit. cap.* 6. Cassan. in *consuetud. Burg. tit. Des Judices*, *doctr. 2. rubr.* 1. §. 5. & à concessionis die, omnimodam sibi exequutionem trahit, Bart. in *l. fin. Cod. de sent. pass.* & absenti etiam prodest, *cap. si tibi*, *de præb. in* 6. Bald. in *l. illud*, *Cod. de sacrosanct. Eccles.* & ignoranti pari modo, *l. Labeo*, *ff. de jurejur.* Doct. in *l. qui absenti*, *ff. de acquir. possess.* Luc. de Pen. in *l. prædia*, *Cod. de locat. prad. civil. lib.* 11. Fret. in *d. tit. quæst.* 29. quod

secus

Digitized by Google

secus est in officiorum largitionibus, ubi tria requiruntur, ut alias diximus, electio siquidem, acceptatio, & administratio, *l. sed & si, §. quæsitum, ff. de excusat. tut.* ubi Bal. Par. de Put. *de Syndic. in ver. Officio.* Boer. *decis.* 150. Idque etiam in contractibus Principis locum habere, satis clare patet, ex quo dominium, sine traditione, & possessione transfertur, propter regulam tex. in *l. in traditionibus, C. de pact.* & limitatur text. in *l. quoties, C. de rei vendic.* ut ex donatione, primævo jure sequuta, licet possessione roborata, non officit, secundum Cassan. in *loc. cit.* & Luc. de Pen. in *d. l. prædia, Cod. de locat. præd. civil.*

18 Tunc autem est maxime perspicua ejus authoritatis sublimitas, cum potestate absoluta, vel ordinaria Princeps usus fuerit: potest enim excedere potestatem ordinariam, si bono publico expediet, Isern. in *cap.* 1. §. *contrahentium*, n. 17. *quæ sunt regal.* & quando ordinaria, vel absoluta uti censeatur. Idem *ibidem* in *apostill. num.* 6. peccat autem si id absque justa causa faciat, Innoc. in *cap. novit, de elect.* notatur in *l. relegati, ff. de pen. l. fin. Cod. si contra jus vel util. publ.* Profecto si quando Principes absoluta authoritate sunt usi, magnam alterationem populis intulerunt, ut etiam tumultus inde sint orti: quod cives Neapolitani & Nobiles ad tempora Illustris. Dn. Petri Toleti Vicer. experti fuere: qua de re ad

19 historias me refero. Et certe Neapolitanorum Civium causæ, licet criminales, in Regiis Tribunalibus sunt ventilandæ, & terminandæ, ut ex compluribus *capitulis* Civit. concessis liquet: quorum custodiæ, si Civitas ipsa invigilasset, ut illæ, sive ordinariis, sive delegatis demandarentur, ex novellis etiam sanctionibus inhibitum esset, ex suæ Celsitudinis amplitudine: dum inde visum est absolutæ potestatis, & circa causas, & personas militares, officiorum nexui non subditas, ut in *præcedenti cap.* diximus, eos cives esse, ex regula text. in *l. magisterium, ff. de jurisd. omn. jud.* Postea successores Vicereges, omni qua decet religione, abstinuissent. Præter tamen Alcalanorum, & Ossuni Duces, qui nonnullas etiam illustres personas, & ab Urbe & Regno exulare jusserunt ex abrupto, per privatum libellum, cui statim exequutio, & obedientia data fuit. Sed quam breviter negotia expediantur per Præs. præt. idest, per Vicer. absque ordinaria juris forma, tum libellorum brevitas, tum sui Consilium Judicum, idest, Regentium, exiguus numerus indicat. Sunt enim tres tantummodo, licet olim quatuor esse consuevissent. Regnicolæ duo, duoque Hispani: & quamvis multi sint modi sententiarum à Principe ferendarum, ut per epistolam, per edictum, per decretum, per subscriptionem libellorum: hoc ultimo, Vicetegem suumque Collaterale Cons. frequentius uti videmus: & moris quippe erat, inquit Tacitus, quamquam præsentem, libello adire Principem in quo Neronis diligentia celebratur, qui postulatoribus non temere, sed per libellos & sequenti die respondebat, ut ait Svet. Cui vigilantiæ, & pro subditorum indemnitate, & pro Principis bono, vacare conveniret: alia etiam exempla refert Conan.

Digitized by Google

nan. *lib.*1. *cap.*16. ut non sine ratione, Regentes Cancellariam, dicantur *Præfecti libellorum*, ut *infra* late dicemus. Vacat autem hoc Collaterale Consilium, nedum Urbis, sed Regni totius regimini, & annonis universalibus; omnibusque præest tribunalibus ad rectam justitiæ administrationem coadjuvandam: insuper & rerum Fiscalium custodiæ, & incremento, latronum vires atque infestationes compescendo; hospitiorum militarium oneribus, inimicorum insidias publicas, & tacitas expellendo: aliorum autem Tribunalium causas, ipsos audire perraro evenit, & tunc tandem, cum maximi fuerint ponderis, & qualitatis: intenti solum rebus prædictis ad ipsos spectantibus.

ADNOTATIONES

Verbo sententiam dicit.

Si Imperator scribens alicui corpori civium quod non erat civitas, & appellaverit civitatem, illico efficitur civitas ex certa scientia, Bar. in *Extrav. ad reprimendam*, in *Clem. si summus Pontifex*, *de verb. signif.* *idem* Bar. in *l.*1. *ff. eod.* Alexand. ad *eund.* in *l.* 1. *C. de metrop.* Ber. *lib.*12.

Tiranni esset non Principis per libellum vel literas aliquem indemnatum mori jubere, quia rei imperatæ argumentum cædis extinguendum veniret, Herodian. *lib.*3. At vero solus Princeps sententiam libello difformem profert, Abb. in *cap. cum super*, *extra de confess.* Bar. in *l. Æmilius*, *ff. de minor.* Jas. in *l. vinum*, *ff. si cert. pet.*

*Num.*4. *Libellus ipsi porrectus litem contestatam non facit.*

Facit *text.* in *l. sicut*, §. *nec sufficiat*, *Cod. de præscr.* 30. *vel* 40. *ann.* Host. in *cap.*2. *de dilat.* & conclusio pari modo non est necessaria sing. est Innoc. in *cap.*1. *de lit. const.* Ang. in *l. omnium*, *Cod. de testam.* Jas. in §. *omnium*, *Instit. de action.* Restaur. in *tract. de Imp. quæst.*110.

*Num.*7. *Princeps nutu poterat revocare feudum:*

Ad instar fere divinæ potentiæ, cujus virtus est ad nutum omnia perficere, quod & christiani & gentiles uno testantur ore, & habes ex Pind. in *Pyth. Ode* 2.

Et inferius: *Sola Principis præsentia:*

Sola Principis præsentia invalidos instaurat actus, *l. adoptio*, *ff. de adoption. l.*2. *ff. de reb. eor.* cum aliis adductis per Cassan. in *Catal. par.* 5. *consid.*35. & sola præsentia nobilem facit, & qui ipsum comitatur, nobilis præsumitur, Bald. & Jas. in *l. omnium*, *Cod. de testam.* *idem* Cassan. in *Catal. par.*8. *consid.*38.

Num.

Num. 10. *Cardinalis aliquis galerum purpureum, &c.* A

Hoc prærogativum, liberandi videlicet à morte damnatum, olim Romæ Vestalibus debebatur; ut scilicet qui ad supplicium ducebatur si qua ei Vestalis occurrisset Virgo, liber esset, quod admonuit Spiegell.

Inferius: *Licet vetus esset mos Principem scripto adire.*

Et id quidem ne inconsulte responderet, ut ex Tranq. in *Tib.* adnotatur.

Num. 12. *Verbo etium inferiorum sententiam irritat.* B

Ambigi contingit an Principi sit facultas commutandi remittendive pœnam in reum constitutam à Judice, læsa parte non quiescente. Et certe Judex ipse ut agere id non possit post prolatam sententiam jam cautum est, & habetur ex Isern. in *cap.* 1. *§. argentariæ, quæ sint regal.* Par. de Put. in *tract. de synd. vers. licet, fol.* 23. sed ante sententiam potest pœnam ipsam ex causa imminuere vel augere, Luc. de Penna in *l.* 1. *num.* 42. *C. de desertor.* & *l. si apparitor, num.* 17. & 18. *C. de cohort.* Ang. *de mal. fol.* 361. Joann. Millæus in *praxi perseq. crim.* in *rub. Denunciationis formula, vers. sed quæritur quomodo.* Grammat. *decis.* 5. 23. 107. sicut & immutare pro personæ, temporis, loci, ætatis atque rei conditione, & criminum uni- C versitate, & delictorum qualitate, ita ut pro corporis coercitione pecuniariam infligat pœnam. ad quod late divagatur Afflict. in *decis.* 287. & Capyc. *decis.* 27. quod tamen sine causæ cognitione facere non potest, iisdem authoribus. Non autem nova pœnarum genera excogitare potest contra jura etiam municipalia, ut admonet Paris de Put. in *d. tract.* in *ver. An in causa pecuniaria, fol.* 334. nam debet irrogare pœnas jam à legibus constitutas, facti enim quæstio in arbitrio judicantis relinquitur, pœnæ vero persequutio non ejus voluntati mandatur, sed legis authoritati reservatur, *l.* 1. *ff. ad Turpil. l. ordine*, §. 2. *ff. ad municip. c. si quem pœnituerit*, 2. *q.* 3. & facit *text.* in *l. sed hodie, l. moris*, §. *sed enim, l. capitalium*, §. *majores*, *ff. de pœn. l.* 1. §. *sed & judex*, *ff. ad leg. Corn. de fals.* Bald. in *l. incredibile*, *Cod. de pœn.* Isern. in *loco alleg. num.* 9. Tiraqu. late in *præfation. de pœn.* D habes ex *l. sed si severior, Cod. ex quib. caus. infam. irrog. l. quid ergo*, §. *pœna gravior*, *ff. de bis qui not. infam.* quinimo judicibus immodice sævientibus fræni temperies est adhibita, *l. si quis in ea, Cod. de cust. re.* nec enim ira excandescere, nec precibus calamitosorum illachrimare debent; sed ita jus est illis reddendum, ut dignitatis authoritatem nihilo minuant, secundum Millæum, in *d. praxi pag.* 185. Sed & variorum tormentorum gradus, numeri & qualitates, variis ex causis atque temporibus, reis inflictas, commemorat Alex. ab Alex. *lib.* 3. *cap.* 5. Ideo non debet judex suam sententiam propere & tumultuarie exequutioni mandare, & tunc præcipue cum de crimine lata fuerit; relinquendum est enim principi tempus de-

Digitized by Google

A deliberandi an velit gratiam facere, pœnamque illam relaxare, *l.pen. & ibi* Salicet. *Cod. de pœn.l .vindicari, ff. eod.* ubi communis scribentium schola, Gul. de Bened.in *repetit.cap.Rainutius, in quæst. an occid. peccat.lic.* ex auctoritate Guliel. de Gun. Bald.in *auth.interdicimus, Cod. de episcop. & cler.* & in *l.1. Cod. de calumniator.* Imo vero aliquando sententia non statim exequenda curatur, quæ alioqui intra decem dies est exequutioni mandanda, *can.sicut, 2. q.1. l.cum reis, Cod.de pœn.* primo si Princeps iracundia motus severius judicavit; secundo cum mulier prægnans morti damnatur: tertio cum in eum profertur sententia, qui publicis est obnoxius ratiociniis: quarto cum in insulam quis condemnatur, quæ à principe est assignanda, Gosfred. in *summa de judic. num.13.* In civili vero negotio longum præstituitur
B exequutioni tempus, quippe quatuor mensium, *cap.quærenti, de off.de leg.* §.1. *Instit. de off. jud.* rationem diversitatis ponit Guliel.de Cun.in *l.addictos, Cod.de episc. aud.* & est quod primo casu quilibet appellare potest, secundo vero unus tantum. Secundo quia sententiæ in pœnalibus accuratius proferuntur, & ex clarioribus probationibus, quam in civilibus, *l.fin.Cod. de probat.l.qui sententiam, ff. de pœn.* Ideoque in sententiis sibi Principes reservant facultatem vel gratiam faciendi, vel redimendi, quod Guliel. *loc.allegato* improbat, & judicibus inhibitum est, *l.apud acta, ff.de re judic.* itidem & barónibus aliisque regiis officialibus ex *nov.pragm.* Postea vero ad reorum copiam exhauriendam cum ego fisco patrocinarer insteti ut id faciendi facultas esset in M. C. Vicariæ & in iis criminibus quæ triennii pœna corri-
C pienda essent, obtinui. In principe vero absolutum est ut ipse solus illam commutationem facere possit, *tex.* in *l.divi, ff.de pœn.* ubi Glos.in *ver.minuta*, in aliis Codicib. dicit legi, *immutata*: & per æquipollens id fieri recte dicitur, *l.si mater, Cod.de instit.l.fideicommissa*, §. *si cui, ff.de legat.3.* Sed pœnam jam dictam à judice, remittere ne possit princeps aut minuere dubio vertitur, nulli autem dubium quin princeps latam jam sententiam ac transactam in rem judicatam, rescindere possit, Abb. in *cap. qualiter & quando, colum.2.de accusat.* dum tamen clausulam adjiciat, *non obstante, &c.* Glos. in *l.1. Cod. sent. resc. non poss.* Angel. in *l.1. Cod.de sent. pass. l.fin. eo.tit.* Jus enim tertiis in his aufert *l.quaris, ff.de natal.restituen.l.item*
D *si verberatum*, §.1. *ff.de rei vendic. l.Lucius, ff.de evict.* Jal. in *l. conventionis, ff. de pact.* & alii quos habes ex Cassan. in *Catal.par.5.consid.24.* & Capyc. *decis.166.* & 169. ut tamen id intelligatur secundum Luc. de Penna in *l.fin.col.ult. Cod.de condit.in publ. horr.lib.10.* nec remittit pœnam, ut dicit Isern. in §. *item nulla vers. banno imperiali, de stat. & consuet. advers. libert. eccles.* id tamen sine causa & in alterius juris necem, *l.2. Cod. de precib. imper. offer.* in publicam utilitatem & in grassantium extirpationem, *vulgata l.non omnes*, §. *fin. ff.de re milit.* Ad principem enim spectat pœnam corporalem post latam sententiam remittere, Isern. in *constit.Reg. Intentionis*, Par. de Put. *de Syndic. in verbo, licet, fol. mihi 230.* item & deportatum restituere in integrum provinciæ honoribus & muneribus, *l.1. Cod.de sent. pass.* & Senatorem ob turpitudinem remotum, ad originalem patriam revo-

Digitized by Google

revocare, *l.filii*, §.*Senator*, *ff. ad municip.* Et liberare post confessionem & damnationem, constante innocentia & sine appellatione, *d.l.divi*, *ff.de pœn. l.1.§.fi. ff. de quæstion.* & uno verbo irritare sententias inferiorum judicum absque appellatione prænarratas, Det. *cons.*638. Restaur.*de Imper.quæst.*110. *num.*321. ubi etiam de Abbate episcopo remoto: omnemque pœnam arbitrariam facere, Bald.in *l.cunctos populos*, *colum.*3.*Cod.de sum.trin. & fide cath.*& in *cap. nos Romanorum*, *de pace const.* Levem insuper ac modicam læsionem privatorum disponit, *l.quoties*, & *l. rescripta*, *Cod.de precibus Imper. offer.* quemadmodum in magnum regalis jurisdictionis præjudicium Rex non posset successorem obligare, secus in parvum, *cap. Abbate sane*, *de re judic. in* 6. Bart. in *l.prohibere*, §.*plane*, *ff. quod vi aut clam*, ex interpretatione *cap.intellecto*, *de jurejur.* modica enim damna tolerantur, *arg.* B in *can.terrulas*, 12.*q.*2. & *cap.si quos*, *de servis*, *l.Sejo*, *ff.de in integr.restit.* ficut & modica læsio, *l.in causa*, §. *idem Pomponius*, *ff.de minor.* magna vero rescinditur, *l.*2. *Cod. de rescin. vendit.* Cæterum rescripta, quæ enorme inferunt damnum jura absorbendo, non valent, *cap.suggestum*, *de decim.cap.ad apostolicæ*, *de donat.cap.quid pro novale*, *de verb. signif. l.*1. §.*si quis à principe*, *ff.ne quid in loco publ.* Quæ quidem citra delicta locum habent, at ea si extant, cuncta etiam bona auferunt, ut *Cod.de bon.damnat. per tot. cap. ad liberandum*, *de hæret.* alias non esset verisimile principem improbe indulgere velle actioni, *l.*1. *Cod.de pet. bonor. sublat. lib.*10. *l.denique*, *in princ. ff.de minor.* quæ habes ex Goffr. in *summa*, *de rescript.col.*4. Princeps etiam optionem dat damnato pœnam quæ sibi libuerit eligendi, *l.* C *aut damnum*, §.2. *ff.de pœn.* cum Glos.quod Nero feciisse dicitur Senecæ magistro, Bald. in *l.*1.*Cod.de his qui ad libert.perven.* Roman. in *l.si quis bona*, §.*fin. ff.de acquir.hared.*& id quomodo sit intelligendum pete ex Felin.in *cap. inter cæteras*, *col.*3.*de rescript.* & Restaur. *de Imper. quæst.*110. *num.*95. Et ob delictorum enormitatem licitum esse jura transgredi in puniendo, non autem in procedendo, ex Innoc. docet Jul. Clar. in *pract. crim. ver. Superiore*, *fol.* 1. indulgentia enim Principis in corporalibus pœnis magis quam in pecuniariis prona est, Isern.in *cap.* 1. §.*argentariæ*, *col.*1. *in fi. quæ sint regal.* dum tamen parti læsæ sit satisfactum, præter causas privilegiarias, prout idem dicit in *d.cap.*1. §.*contrahentium*, *num.*6.& 7. & in *cap.*1.*n.*14. *de stat.& consuet. contra libert. eccles.* & quando in modicis consistit, nullus D datur scrupulus, Glos.in *l.*1.*ver.non egreditur*, *ff. de constit.* quod quandoque in temporis beneficio exercetur,*l.quoties*,*C.de prec.Imperat.offer.*quandoque etiam verendum venit ne debita introitusque veniant, ut per Boer. in *quæst.*296. & Isern. in *d.cap.*1. §.*condemnatorum*, Guido Papa in *quæst.*211. Grammat. *decis.*14. *num.*34. Campa.in *cap.Reg.*112.*num.*11. Id etiam scire oportet quod judex mulctam remittit perinde ac Rex pœnam, sed diversis rationibus, ut ob inopiam, *l. eos*, *Cod.de modo mulct.l.illicitas*, §.*fin. ff.de off. præs.* & si ad pinguiorem devenerit fortunam dubitatur, prout *ead.l.* §.2. ob gratiam, *l.*1. *ff.de quæst.l.*1 *in fi. ff.de pœn.* præviis tamen distinctionibus *supra* adductis, & signanter ex Isern. in *d.cap.*1. *num.*13. *de stat.& consuet.*

Digitized by Google

A *contra lib.eccles.* Cæterum ab hoc gratiarum genere principes se abstinere deberent, non enim sunt congruæ decori; & licet dicantur soluti legibus, subjiciuntur nihilominus legibus naturalibus, & divinis, *can. sunt quidam, 25. q.1.can. quo jure, 8.dist.* sunt enim liberi secundum quid, at in Dei foro nequaquam: quod in tantum arctatur ut ne interceſſio quidem pro aliquo ipsi conveniat, quam sanctissimi viri exhorrent, quod de D. Augustino fertur, cum eo modo judicibus etiam peccandi ansam præbeant; prout cum aliis notatu dignis explicat Navar. in *rubr. de jud. num.* 110. & 111. Profecto rescriptum impetratum super mutatione pœnæ ampliando vel minuendo, post sententiam, non valet, nec ei creditur nisi expressim dicat, non obstante ea lege, Glos. est not. in *l.stata*, §. 1. *ff. de re jud.* & *ibi* Bart.

B quæ etsi sententia confirmetur tenet aliquam altercationem relatam per Restaur. *de Imper.quæst.* 111. Sed passim Viceregis arbitrio pœnarum commutatio reis condemnatis relinquitur, quod quidem moris est justa suadente causa fieri, cum ab ejus voluntate dependeat, *l. relegati, ff. de pœn.* unde cum non semel id infringere pro fisco tentassem, haud quivi.

His consequens est dicere, quod licet sententia contra sententiam non teneat, ex reg.tex. in *l.1.Cod.quan. provoc.non est nec.* fallit tamen in sententia consulta cum Principe in causa criminali, *l.fin. ff.de quæstion.* & alia adducta per Restaur.de Imperat.*quæst.*110.*privil.*234.certe qui sententiam propriam interpretando corrigere potest, idem Restaur. *ibid. privil.*241. Sed

C Præses & Procurator Cæsaris possunt suas sententias interpretari, & non alii, *l.ab exequutione, ff.de appellat.* Glos.in *l.si ut proponis, Cod.de exeq.re jud.*

Huic proxima est ambiguitas an Viceregi facultas sit transigendi de rebus fiscalibus, scilicet immobilibus, inconsulto Principe; tametsi dubio id verti non posse videatur, cum apertissime jam vetitum sit hoc jus procuratori Cæsaris, *l.nulli, ff.de transact.l.*1.*Cod. de offic. procur. Cæs.* ubi Doctores, & præcipue Bart. & Jas. in *d.l.nulli* ampliant in omnes rerum alienarum administratores; ut tutores curatoresve, & tales, *l.*1.*Cod.si adverſ. transact.* & tunc potissimum cum de re immobili transactio esset, cumque transigendo res ipsa remaneret penes adversam partem, quod in tantum est coarctatum ut non possit transigi etiam si res de qua lis est, possideatur ab adversario, secundum Bar. & Jas. *ubi supra*, & idem Jas. *cons.*108. Gl.

D Par. §.22. *glo.*20. *num.*67. Ratio poterit esse vel ad vitandas fraudes, vel quia minuerentur jura principalis transigendo, quæ procurator non potest eo inscio nisi augere; vel potius quod ad vitandas litium ambages procurator pronior esset in transactiones, & sic quod totum per jus & justitiam uni competeret, alteri injuste impertiretur. At vero in Reg. Camera, quod est tribunal procuratoris Cæsaris, id nunquam à fisco in controversiam deductum memini quo tempore ibi præsideo; sed perpensis causa, negotio, & fisci commoditate, cum ipsius Reg. Cam. consultatione & Collateralis Cons. voto, coram Vicerege terminari, in causis indifferenter civilibus & criminalibus: facilius autem annui moris fuit si fiscus ageret, quam si excipiet. Et id quidem non ex adversariorum importunitate, sed ex of-

ficio

Digitized by Google

ficio & sponte sua, Regia Cam. facere consuevit, cum viderit causæ per- A
plexitatem, sæpius autem vota super recipiendæ transactionis examine panduntur; & qui pro ea votum tulit, pro ea etiam in judicando suffragium præstat, & fisci deterius fit jus: aliquando tamen fiscales hanc veriti Viceregis potestatem, adierunt Regem; hucusque autem mos ille haud immutatus fuit. Cæterum in pecuniariis pœnis atque etiam in corporalibus in pecuniarias commutandis læsa parte non amplius persequente, quod *redemptio & compositio*, quas vocant, locum habere possint, quotidiana praxi jam compertum habetur: eæque fieri novimus ab experto cum fiscalem advocatum agebamus, ad M. Cur. Vicariæ consultationem, prævia relatione: idque sane intelligendum cum judex suum jam interposuit officium, ideſt, cum sententiam tulit aut exilii, aut relegationis, aut deportationis, B
aut etiam mortis: tunc autem proniores in hujusmodi compositiones Vicereges esse scimus, cum fisco aliqua imminet præsens pecuniæ necessitas, & vidimus Cardinalem Granvelam, quo tempore christiani orbis proceres in turcas inierunt fœdus, maximam in fiscum coegisse æris summam ex compositionibus, & ad remiges comparandos, qui morti damnati erant, triremibus destinasse. Est autem compositio idem quod transactio, *l. ab accusatione*, ff. *ad Turpilian.* licet compositio proprie tunc dicatur, cum ab reo pro corporali pœna pecunia extorquetur, *cap. presbyteri, extra de pœn.* quamvis nemo debeat recipere pretium à reo sanguinis, unde improbantur statuta, quibus homicidia pecuniis vindicantur, Archid. 23. *q.* 4. *can. duo, §. item illud.* Host. in *sum. de consuet. §.* 4. *in fin.* Jo: Andr. in *cap. cum tanto, eod. tit.* Suntque etiam jure nostro improbatæ, in *Auth. ut non fiant pignorat. in princ.* tametsi in publicos Curiæ usus, non autem in privatos magistratuum conversæ, tolerentur. Et judices ante sententiam multis perpensis circumstantiis componere possunt, post vero sententiam soli principi licet; qui ut *ibi*, si pars adversa querelam non abolevit, compositioni locum dare non solet. Qui autem magistratus & quibus in delictis, quove tempore componendi facultatem habeant, & quid constare debeat in inquisitione, late explicat Par. de Put. in *tract. de Syndic. in ver. compositio, cum seqq.* C

Num. 13. *Quasi ad instar divinæ potestatis.*

D

Princeps plenitudinem potestatis habet, & ipse solus hanc potest apponere clausulam, & specialiter exprimi debet, ut per Cassan. in *Catal. par.* 5. *consider.* 22. *num.* 132.

Num. 14. *Papa solo verbo excommunicationem delet.*

Cap. si aliquando, de sent. excomm. quam allegat Specul. in *tit. de legato, §. nunc, num.* 43. cum aliis, ubi multa visu digna super Principis potestatem congerit, sicut & solo verbo sacerdotem facit vel episcopum, prout Princeps doctorem, Det. post Angel. in *cap.* 1. *colum.* 6. *de constitut.*

Digitized by Google

A Felin. *ibid. colum. 7. & l. nemo præfectus, in fin. Cod. de dign. lib. 12.* Castald. *de Imper. quæst. 110.* Huc facit quod princeps potest judici mandare ut sic judicet, Bald. in *tit. si de invest. int. dom. & vass. col. 2. vers. nota sententiam*, Innoc. in *cap. significantibus, de off. deleg.* Cassan. in *Catal. par. 5. consid. 22.* ubi habes 400. regulas. Hinc ortum reor habuisse praxim quæ in proferendis votis coram Vicerege servatur à Magistratibus, ut scilicet statim quam suam propalarint sententiam, subdant, *probabiliori tamen tuæ Excellentiæ me omnino sententiæ remitto.*

Num. 15. Nobilium promissa pro factis habentur.

B Idque ex majore fide quæ est illis adhibenda; ob dedecus enim ab ipsis frangendam non esse præsumitur, quod secus est in ignobili, secundum Cassan. in *Catal. par. 8. consid. 34.*

Num. 19. Per privatum libellum.

Epistola à Principe missa vim habet legis, Angel. in *l. item veniunt, §. pen. ff. de petit. hared.* Cassan. in *Catal. par. 5. consid. 22. num. 104.*

Num. 20. Vacat autem Collaterale Consilium.

C Suprema consilia majestatem tuentur, cum rebus solum gravioribus vacent quæ ad illam spectant: unde abstinere ab his debent, quæ Magistratuum ordinariorum cognitioni sunt demandata; proinde Caligulæ perfidiam detestantur, qui Jurisconsultorum sententias repellebat inquiens, *faciam ut nihil respondeant nisi æquum*. Principem autem decens est rebus tantum gratiosis vacare, criminosas vero & forenses magistratibus relinquere: cum enim Respubl. ex præmio in bonos & pœna in facinorosos servetur, debet Princeps præmia ipse conferre quo sibi subditorum animos devinciat benevolosque reddat; pœnas autem à Magistratibus infligendas relinquere, ne populare in se odium concitet: nam qui punitur naturaliter odio habet punitorem; sicut & qui beneficio afficitur, benevolentia prosequitur benefacientem.

SUMMARIUM

CAP. XIX.

1 *Præfectus Prat. ad tempus creabatur, quemadmodum Prorex.*

2 *Præfectus Prat. Regi comparatur ab aliquibus.*

3 *Appellatio in sententia Regis locum non habet, nisi cum judicaverit ut Comes, vel nisi sit evidenter iniqua, vel cum de Judicis competentia agitur, vel cum fuisset male informatus: quod & in Papa etiam currit.*

4 *Ap-*

Digitized by Google

4 *Appellatio in sententia Præfect. Prat. non datur.*
Sententia Papæ, & Imperatoris, appellationi non subest, sed supplicationi, ad instar Magistratuum Romanorum, eod.
A sententia Reg. Camera Summ. & Sac. Conf. Parlamenti Delphinatus, Ducis Venetorum, Delegatorum Principis, & generaliter omnium non cognoscentium superiorem, non appellatur, sed supplicatur, eod.

5 *Supplicatio non admittitur quando appellatio est prohibita de jure communi, sed tantum quando est prohibita ob excellentiam Judicis.*

6 *A sententia Judicis prorogati, vel dati de consensu partium, potest appellari.*
A sententia Episcopi prorogati appellari non potest, eod.

7 *Appellatio suspendit exequutionem, suplicatio vero non*, eod.
Appellatio iniquitatem sententiæ indicat, & Judicis authoritatem tangit, eod.

8 *Appellatio, & supplicatio quid differant.*
Supplicationis faciendæ ritus antiquus, eod.
Supplicatio Principis nomine recipitur, eod.

9 *Appellatio deserta, reparari potest à Rege, & à Præfecto prætorio.*
A sententia Collateralis Conf. de causa criminali lata, non reclamatur, & quare, eod.

10 Præfectus Prat. *quibus titulis decoretur in jure.*
Illustris, Magnificus, & Excelsus, eod.

11 *Illustris, titulus est Regibus competens.*

12 *Tituli, quibus Summus Pontifex diversos Principes, scribendo, honorat.*

13 *Imperatores quibus in locis in jure dicantur Divi.*

14 *Divi Fratres qui fuerit.*
Regni hujus Reges, Divi dicti, eod.

15 *Imperatores, cur dicerentur Divi.*

16 *Majestas quotuplex sit & quibus competat.*

QUID EST QUOD NON HABEAT COMMISSUM? CUJUS EST VEL IPSE SERMO INDICIUM. PENE EST UT LEGES POSSIT CONDERE, QUANDO EJUS REVERENTIA POTEST NEGOTIA SINE APPELLATIONE FINIRE. In formula Viceregis hoc modo exprimitur: *Causas quascunque patrimoniales, & alias quasvis, civiles & criminales, motas, & movendas, etiam supplicationum, & appellationum, jam introductarum, & introducendarum, & alias quascunque, tam viduarum, pupillorum, & pauperum, quam Universitatum, & singularium personarum, ad se, & audientiam nostram Regiam, evocare: easque committere, & decidere, & fine debito terminare: & servatis in omnibus privilegiis, constitutionibus, pragmaticis sanctionibus, capitulis, & observantiis dicti Regni, ad effectum deducere*, &c. Verba tamen Cassiodori, quia Regis potius quam ejus Vicarii potestatem indicare videntur, me pene in eorum traxere sententiam,

Digitized by Google

tiam, qui Præfect. Præt. Regi æquiparandum censent: sed duas potissimum ob causas Viceregi coæquandum suscepi. Primo ut Viceregis authoritas, & circa quæ versatur, magis eluceſceret; dein, quia ordo literæ idipsum expoposcit, ut huc hanc comparationem rejicerem: idque non eo me movit, ut vel meæ me opinionis pœniteat, vel ut aliorum adverser: quando, si Regi æquiparetur, poterit & Proregi commode æquiparari, qui Regis personam, per omnia refert. Prorsus autem Præfectum Præt. Viceregi comparari, inde patet quod ab alio, ideſt, ab Rege dependet, & constituitur, quemadmodum Præfectus Præt. ab Imperatore constituebatur: & Viceregi defertur Regni administratio à Rege, per diplomata, sive Regios codicillos, vel *patentes literas*, ut nuncupant, non secus ac Præf. præt. deferretur ab Imperatore, ut ex hac formula inspicitur. Rex autem non habet qui administrationem sibi demandet, est enim perpetuus Regni Dominus jureque successionis transfertur, quod in Præfecto præt. nequaquam erat, cum ad tempus crearetur, ut *supra* innuimus, & hic repetendum diximus. Erat igitur Præfectus prætor. temporarius, non perpetuus; sicut & temporarius est Prorex: idque præterquam quod patet in ejus formula, clarissime patet ex *l.2. Cod. de offic. Præf. præt.* ubi vocantur *Expræfecti*, qui præfectura jam functi erant, quemadmodum exconsules, exvicarii, excubicularii, &c. qui consulatus, vicariatus, cubiculariatus munere abierunt: qua forma poterit etiam *Exprorex* dici, qui Prorege aliquando fuit: patet etiam ex innumeris, & *Cod.* & *Authenticarum* constitutionum ad Præfectos directionibus, in quibus dicitur, *Imper. Justin. Joanni Præf. præt. secundo*, ideſt, secunda vice: & in inscriptione mox subnectenda, *Saturnino Præf. præt. iterum*: & licet Rex sit subditus S. Pont. *c. solitæ, ex. de major. & obed.* non tamen est impedimento nostro instituto. Antiquorum igitur scribentium, Regi comparandum opinio fuit: eamque tuentur Gulielm. in *l.1. ff. eod.* Bart. in *l.1. ff. quod quisque jur.* & in *l. omnes populi, n.8. ff. de just. & jur.* Bald. & Alber. in *d.l.1.* Affl. in *prob. constitut. Reg. quæst.21.* Cato Papiens. in *rubr. de Senator. num.7.* Alex. in *l.1.* ubi omnes, *ff. de offic. ejus, cui mand. est jur.* Lancell. Conr. in *tem. om. jud. par.3. de provoc. conclus.77. num.4.* Quibus facile Franc. Duar. *eod. tit.* si Regi, Imperatori, subdito assimiletur, assentit. Et Dictatori jure comparari posset; cujus ductu jamdiu Imperium stetit: & apud Græcos, Lacedæmoniosque parem Regiæ dignitati potestatem habuit: & pulsis Regibus, & Consulari Imperio erecto, cum omni Regia potestate decorato, ex Pomp. Læto, *De Magistrat. Roman. cap. de consulib.* omnesque illius temporis Summos Magistratus, ne authoritate penitus regia uterentur, Suffectos sive adjunctos habuisse legimus: unde Tribunus celerum Regi aderat, cujus ope nitebatur; & Legatus Consuli; & Prætori Quæstor, & Dictatori Magister equitum; & denique Cæsari Præfectus prætorio: qui eis auxilio, & adjumento erant: & eis absentibus, ne regiminis moles impedimento

Digitized by Google

pedimento foret, quasi sufficienti honore præsidioque erant ex Feneſt. *de Magiſtrat. cap.*9. & Alex. ab Alex. *lib.*6.*cap.*23. quod poterit inde conſtare, quod cum deſinit præfecti prætor. nomen, ſucceſſit nomen Regis: prius enim nemo regium nomen ſibi vindicabat, ſed *Præfectus prætor.* appellabatur, ſecundum Alexan. ab
3 Alex. *lib.*6. *cap.*23. Cujus opinionis rationes eſſe poſſunt, quia ſicut à ſententia Regis non appellatur, *l.*2. § *exactis*, *ff. de orig. jur. l.*1. §.1. *ff. à quib. appell. non lic.* niſi quando, ut Comes judicaret, Gloſ. in *prob. ſex.* in *ver. Filii*, Bald in *l. ſi quando*, *Cod. de appellat.* Barbat. in *tract. de præſt. Cardin. col.* 14. Guido Pap. *quæſt.*436. Purpur. in *l.*1.*colum.*44. *ff. de offic. ejus*: vel niſi evidenter eſſet iniqua, Corſet. in *tract. de poteſt. Reg. quæſt.*22. Jac. de Nigr. in *d. l.*1. *de off. ejus*, *num.*14. vel niſi de judicis competentia diſceptaretur, Gloſ. in *clem.*1. in *ver. non obſtante*, *de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct.* quæ ſingularis reputatur à Bal. in *l. generalis*, *C. de epiſc. & cler.* Marſil. *ſingul.*10. Det. in *conſ.*8. & à mala Principis informatione, Det. in *cap. cum omnes*, 2. *lect.* 4. *not ab. de conſtit.* ex text. in *l.*1.*C. de relat.* & in *l.*1.§. *quæſtum*, *ff. de appellat.* Idemque in Papa: nam ad ſeipſum bene informandum, appellari poteſt, 35. *qu.* 9. *can. cum apud*, & per alia jura per Caſſan. in *Catal. glor. mun. par.*5. *conſid.* 34. *privil.* 103. Ita à ſententia
4 præfect. prætor. non appellatur, ſed ſupplicatur, *l.*1. §.1. *ff. eod. l. præfecti*, *ff. de minor. Cod. de ſentent. præf. prætor. l. ſi quis*, & *Authen. quæ ſupplicatio*, *Cod. de precib. Imper. offer. l. à proconſulibus*, *Cod. de appellat. l. epiſcopale*, *Cod. de epiſc. aud.* §. *aliud*, *Auth. ut ſponſal. largit. can. anteriorum*, 2. *qnæſt.*6. Sicuti etiam à ſententia Papæ, & Imperatoris ſupplicatur, *cap. ex literis*, *extra de in integr. reſtitut. cap. cum cauſam*, *ext. de re judic. l. præfecti*, *ff. de minor.* appellari vero nequaquam poteſt, 11. *qu.*7. *can. anteriorum*, 9. *q.* 3. *can. cunctis*. A Conſulibus autem, licet Regis vice fungerentur, provocari tamen poterat ad populum, ne per omnia regia potirentur authoritate, ob Regis nomen, ob Tarquinii facinus, exoſum: neve injuſſu populi in caput Civis Roman. animadverterent: ex Pomp. Læto, in *tit. de conſul.* & adverſus omnes Magiſtratus erat provocatio, Feneſt. in *lib. de Magiſtrat. can.*7. A Dictatore vero ad populum provocatio non dabatur, & capitis animadverſio conceſſa: quia ſummus erat Magiſtratus ex Pomp. Læt. *de Magiſtrat.* & *tit. de Dictatore*. Feneſt. *cap.*8. Alexand. ab Alex. *d. lib.*6. *cap.*23. de quibus per text. in *l.*2. §. *populo*, *ff. de orig. jur.* Nec etiam à ſententia Magni Camerarii, cujus vices Regia Camera Summar. gerit, appellatur, ſed reclamatur, non ſuſpenſa exequutione, ſicuti à ſententia præfecti prætor. Fret. in *tract. de ſuffeu.* tu vide *l. cum poſt ſententiam*, *Cod. de appell.* quæ non allegatur à Fret. Extenditur ad ſententiam Sac. Conſ. ſub Regio nomine latam, Afflict. in *prob. Conſtit ut. quæſt.*21. *in princ.* Sereniſſimi Ferdinandi Regis *pragmatica*, quæ incipit, *Sacrum*, ſententias Sac. Reg. Conſ. nomine Regio proferendas eſſe, ſancitum eſt: & ex alia ejuſdem Regis *pragmat.* 3. quæ incipit, *Ad*

ſub-

Digitized by Google

subditorum, probari potest; quo factum est, ut nunc in istis sententiis Regiis superinscribatur PHILIPPUS DEI GRATIA REX; præcedit tamen, *In Dei nomine, amen*. Sed in actis antiquis aliter legimus, scilicet: *Quod Nos Philippus Dei gratia Rex*, quod Sac. Consilium Senatui comparari, ex hac etiam communitate constat, præter ea, quæ hac de comparatione diximus *supra*. In Delphinatus Gallorum parlamento, ad instar Præfectorum prætorio redactum ajunt, ut simili modo supplicetur, Guid. Pap. *quæst.* 80. & *quæst.* 436. *n.* 53. secundum Specul. in Rege Franciæ, in temporalibus superiorem non cognoscente, *cap. venerabilem, qui fil. sint legit.* in §. *videndum, tit. de appell.* & ibi an ab Episcopi, Arbitri, exequutoris & communiter electi. Ampliatur etiam in Ducis Venetorum sententiis locum habere, Cyn. in *l. fin. Cod. de petit. hæred.* Angel. in *l. item veniunt*, §. *fin. d. tit.* In Senatus sententiis idem est, *cap. opposita, de arbitr. l.* 1. *ff. à quib. appell. non li.* Specul. in §. *videndum, tit. de appellat.* Phil. Franc. in *rubr. de appellat. colum.* 4. Dilatatur in Principum Delegatis locum habere, Capyc. *decis.* 111. Gram. *decis.* 35. licet huic sententiæ refragari videatur *l. etiam, Cod. de appellat.* ubi Bal. & Salicet. cum etsi imago Principis sit, non tamen essentialiter est, & Principem non decet, sine causa, tollere etiam quæ de jure positivo, & civili sunt; nisi expresse eam abstulerit, nec omnimoda potestas, cum causarum universitate sufficit, ut inde appellabilis sit Delegati sententia, licet Principis sit inappellabilis, quibus verbis & aliis cum authoritatibus, utitur Lancell. Conrad. in *Templo omn. jud. lib.* 1. *cap.* 1. in *ver. Sententiam inappellabilem*. Octavo in sententiis M. C. Vicariæ procedit, nam licet ab illis non supplicetur, sed appelletur, Affl. in *Constit. Reg. quæ incipit, Magnæ Curiæ, num.* 6. tamen quando Princeps, ut bannum sive edictum aliquod faciat, committit, minime appellatur, sed supplicatur, *l.* 1. *ff. quand. appell. sit*, cum aliis adductis per Carav. in *pragm. Per excellentem, ad Senatusc. Maced.* §. 14. *num.* 9. Vendicat pariter locum, ut si Regia Majestas eidem M. C. vel cuivis alio inferiori Tribunali, committeret, ut appellatione remota procederet, supplicari possit, quia cum remedium ordinarium cessat, extraordinarium non denegatur, not. in *cap. ex parte, il* 2. per Abb. & Dec. *de rescript. l. plane*, & *l. fin. ff. de petit. hæred.* Fab. de Pep. in *auth. ex causa, num.* 40. *Cod. de liber. præter.* Carav. in *Ritu* 252. *num.* 7. expressim ex aliquibus Doctoribus asseruit. Et mihi persuadetur ex communi regula, quæ se habet, quod appellatione remota per statutum, supplicatio non denegatur, Dec. in *cons.* 533. & *cons.* 34. per ea quæ Franc. Ripa in *l. nemo potest, num.* 92. *ff. de legat.* 1. citantes, inter cæteros Glos. in *l.* 1. *Cod. eod.* & adde satis notanter Isern. in *Constit. Reg. Disputare*, & præcipue quando de jure communi appellatio non est prohibita; quia supplicatio non admittitur, nisi favore matrimonii, & minoris ætatis, secus autem quando est prohibita appellatio ob excellentiam Judicis, ut est in Præfecto præt. tunc enim

Digitized by Google

enim ſupplicatio admittitur, Jaſ. in *auth. quæ ſupplicatio, col.2. Cod. de precib.Imper.offer.* Marſ.in *l.1. §.opportune, n.* 68. *Cod. de rapt. virg.* Lancell.Conrad.in *Templo omn.jud.* Idem in omnium ſententiis non recognoſcentium Superiorem, ut Ducis Januenſium, & aliorum, quos referunt, & ſequuntur DD. & maxime Jac.de Nigr. *num.*15.& Orian. in *d.l.*1. *ff. de off. ejus.* Nec eſt contemnenda ampliatio in omnibus confœderatis, & adhærentibus, qui ſint poſiti ſub alterius protectione, nam liberi videntur, *l.non dubito, ff.de capt.& poſtlim.rev.* quæ literis aureis eſſet ſcribenda, eamque Hieron. Cagn. in *prob. ff. num.*19. commendat, limitat tamen, niſi tenor
6 adhærentiæ aliter dictaret. Et licet à ſententia Judicis prorogati, ſive de partium conſenſu dati, appellari poſſit, *l.ex conſenſu*, ubi Bart. *ff.de appellat.* tamen à ſententia Epiſcopi prorogati, cum ad inſtar ſit Præfecti præt. non poteſt appellari, ſed ſupplicari, Doct.in *l.epiſcopali,Cod.*
7 *de epiſ.& cle.* Effectus, licet vulgatus, tamen maximus eſt, qui ex prædictis ſequitur, nam cum appellatur, exequutio ſuſpenditur, quia appellatio in juſtitia innititur, & merito pendente appellatione nihil innovandum, *tot. tit. ut pend.app.* Sed cum reclamatur, ſupplicatur vel revideri petitur; quod idem eſt, licet de reviſione Afflict. dubitet, *deciſ.*231. Carav. *prag.*54. ex Principis benignitate conceſſa videtur, Afflict. *deciſ.*341. & 346. & ideo exequutio non ſuſpenditur, per prædicta, & alia allegata per Afflict. *d.deciſ.*231. Appellatio enim, quia iniquitatem indicat, Judicis authoritatem tangit, quæ illis ſummis Magiſtratibus illæſa remanſit, *cap. non ſolum, de appellat.in* 6. ſupplicatio vero etiam adverſarii circumventionem, *d.l.præfecti, ff. de min. cap. cum olim, de re jud.* in reſtitutione autem in integrum, juri etiam innitenti, mixtam habet gratiam, à jure ſic introductam. Supplicatio enim habet præſumptionem contrariam ex perſona proferentis, cum Præfectus præt. etiam legis condendæ poteſtatem habeat, prout Papa, Imperator, & Rex, *l.2.Cod.de offic. Præf. præt.* idcirco media hæc eſt ſupplicandi forma inventa, ut infra decem dies porrecta, cautionis nexum pariat; poſtea vero biennii ſpatium ſufficere, *d. Auth. quæ ſupplicatio, §.illud, Auth.ut ſponſal. larg.cap. ſuſcitata, de in integ. reſt.* & ad id conferunt tradita in *c. quærenti, de off. deleg.* Sed nonnullas 8
advertimus eſſe differentias inter provocationem, atque ſupplicationem: in prima enim bis appellatur, in ſecunda, ſemel ſupplicatur: in prima nil innovatur, ſecunda exequutioni demandatur: prima, ante ſententiam recipitur, ſecunda vero ſecus: prima, ſuper quibus interpoſita eſt ſententia, *d.l.præfecti,* & *d. cap. ſuſcitata*, ſecunda, etiam ſuper novis: prima Judicis iniquitati innititur; ſecunda vero, proprii erroris culpæ, ut ſupra dictum eſt: prima, ſolo verbo explicatur, ſecunda, cappello & pallio depoſito, & flexis genibus, humiliter preces porrigit: & denique, ne prolixior fiam, ſupplicationis cauſam, ſolius eſt Principis examinare: quæ quidem, cum aliis adhæc conferentibus notata percipiuntur per Spe-

Digitized by Google

cul. *tot. tit. de supplicat.* & *ibi* per Jo: And. in *apostill.* & per Lancell. in *Tem. omn. jud.* Hanc autem extrinsecæ humilitatis in supplicationibus formam, prætermissam videmus, attamen in S. Cons. in omnibus supplicationibus verbo exprimitur, cum in principio dicitur, *Humiliter supplicatur pro parte*, &c. Nec mirum esse debet, ut in eodem S. Cons. hac gratia recepta, idem suas reformet sententias, & revocet etiam ex novis deductis, ut *supra* dictum est, & in clausulam ordinariam devenit, *Si illa noviter deducta fuerunt*; cum Principis nomine agitentur, & accipiantur supplicationes. Cujus potestati, & corrigendi, & interpretandi atque mutandi sententias suas, subjicitur, per ea quæ Bart. in *l. 2. Cod. de sent. ex peric. recit. l. 1. in fin. ff. de quæst.* & facit tex. in *cap. cum olim, de re jud.* Bal. in *d. l. 2.* Abb. in *cap. tum ex literis, de in integr. resti.* idemque in successore locum haberet, Mart. Laud. in *tract. de Princip. quæst. 389.* secundum Lancell. Conrad. in *Templo omn. jud. lib. 1. cap. 2. ubi supra*. Quibus consequens esse arbitror, ut idem dicendum veniret in Judicum diversorum fororum contrariis sententiis, siquidem super eadem facti serie prolatis; ut proinde in suspenso sint jurgia; multoties super his consulendum Principi venit, ne magis Reip. exosum sit, per ea, quæ Scribentes tradidere in *l. ingenium, ff. de statu homin.* & in *l. 1. Cod. quan. provoc. non est nec.* Et quid judicandum foret Princeps rescribebat; exemplo Trajani, quem Plinius, quid sequi deberet, rogabat: & in his, an victo appellare liceret, eadem nempe reverentia, non tanquam ab iniqua sententia, sed tanquam Principi obreptum fuisset, nec in ea appellatione obtinebat, nisi Principi, non bene relatam fuisse controversiam ostenderet, *l. 1. Cod. de relat.* & ex tex. in *l. 2. Cod. de appellat.* ubi Bal. & Salyc. qui de sententia lata secundum Principis responsionem, præcedente judicantis relatione, seu consultatione appellari posse, in casu tamen si relationi dissentierit; sin autem & provocare voluerit, quasi male Princeps consuluerit, prohiberi. Sed de novo si aliquid probare obtulerit, admitti, secundum justificatam distinctionem Lancellotti Conr. in *Templo omn. jud. lib. 1. cap. 1. §. 4. de Imperat.* exemplaque in foris sequuta idem recensent: & Connan. *lib. 1. cap. 15. comment. jur. civil.* Idemque in S. Pont. observandum venit, si ambiguitas in foro vel Ecclesiastico, vel civili, si de causa criminali, aut civili quæstio oriatur, & ejus judicium perquirendum esset, Abb. in *cap. per venerabilem, de foro compet.* Ant. Butr. in *cap. super literis, colum. 3. de rescript.* Lanc. Conr. *loc. cit.* & praxim inde sequi in Urbis foris videmus. Quandoquidem si à Sac. Cons. aulis differenter super eodem facto judicaretur, si idem in R. Cam. Summ. contrariumque in Sac. Cons. hoc fortiretur; Vicerex omnium unionem jubet, & si ipsi libet, Collaterale etiam convenire, & quod inde judicatum remanet, id præcipue à Judicibus postea intuendum venit. Etsi de consultationum viribus, quas R. Cam. ad Viceregem transmittit, in *cap. præcedenti* diximus, id tamen mihi animadverten-

Digitized by Google

tendum in mentem venit, & in his quæ rerum illius fori regimen concernit, non autem privatorum justitiæ complementum. Quod si Vicerègis votum cum Collaterali, sequi fas non foret, sua Majestas consulenda venit: quæ si cum adjunctorum Judicum numero, explicandum mandaverit, vel si quorum Collateralis, & R. Cam. votis adhærere maluerit, recte cautum erit, nullam Collaterali in his superioritatem tribuens, nisi unicum votum, prout, & alio R. Cam. potitur. Et in *pragm. Ferd. quæ incipit, Sententias*, duabus ejusdem Sac. Consil. sententiis conformibus latis, perpetuum ponatur silentium. Quando autem sumus in criminalibus, in quibus actus est irreiterabilis, etiam si relatio sit in Collaterali facta, volens Princeps clementer & benigne se gerere, per viam recursus ex eisdem actis reclamatio est permissa, Grammat. *decis.* 35. de recursu qui fisco conceditur, qui de jure in criminalibus potest appellare, præterquam per Ritum M. C. scribit Grammat. *decis.* 14. de quo alibi dicetur. Rationem autem quare à Præfecti præt. sententia non appelletur, sed supplicetur, Aurelius in *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* ita pulchre replicat, ut & nos *supra* retulimus. Præfectorum authoritas initiata, in tantum meruit augeri, ut appellari à Præfectis prætorio non possit; nam cum ante quæsitum fuisset, an liceret à Præfectis prætorio appellari, & jure licere, & extarent exempla eorum qui provocaverunt, postea publice sententia Principali lecta, appellandi facultas interdicta est; credidit enim Princeps, eos qui ob singularem industriam, explorata eorum fide, & gravitate, ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos esse, pro sapientia, & luce dignitatis suæ, quam ipse foret judicaturus. Hermogenes etiam in *l. præfecti, ff. de minor.* ita scripsit: *Præfecti etiam prætorio ex sua sententia, in integrum possunt restituere, quamvis appellari ab his non possit*: hæc idcirco tam varie, quia appellatio quidem, iniquitatis sententiæ querelam; in integrum restitutio vero, erroris proprii veniæ petitionem, vel adversarii circumventionis allegationem continet, & Bal. in *d. l.* 1. *ff. eod.* præsumit pro his qui sunt à Principe electi, & facit *Constit. Reg. quæ incipit Disputare*, ibi, *An is dignus sit, quem ea elegit*. Sed præcedens conclusio, pro nunc, duas recipit restrictiones, primam, quando ex natura causæ non licet appellare; quia nec licet supplicare; si vera est *decis.* Dec. contra Pau. de Cast. in *l.* 1. *Cod. de edicto D. Adr. toll. num.* 50. Alteram, conclusio intelligi potest quando ob dignitatem proferentis non licet appellare, sed supplicare; secus quando in contumaciam, tunc enim nec posset supplicari, Par. de Put. *de Synd. in ver. An si statutum, fol.* 54. Potest autem Rex & Præfectus præt. appellationem desertam admittere, Innoc. in *cap. ex literis, in fi. de in integr. restit.* Guido Pap. *decis.* 158. Carav. in *Ritu* 260. quod in Form. Vicer. his verbis exprimitur: *Ac in causis spiritum vitæ insufflare*. A sententia vero Collateralis Consil. sicut & aliorum tribunalium delegatorum, in causa cri-

9

Digitized by Google

minali lata, non reclamatur; licet ordinarii juris sit, ut statim exequutioni mandetur, 2. *qu.* 1. *can. sicut*, *l. cum reis*, *Cod. de pœn.* & quatuor ex causis limitatur, secundum Goffr. in *sum. de judic. n.* 13. cujus jura, cum aliis affert Cassan. in *catal. glo. mund. par.* 5. *consid.* 22. *privileg.* 96. Cujus rei cum causam quærerem, quidam primi ordinis Magistratus ex more tantum id procedere dixerunt; nos vero ex plenitudine potestatis Principis, nam cum in eo Princeps etiam interveniat, plenitudine potestatis uti videtur, quando à competenti Judice causam ad se evocat, omnia autem per eum gesta, rite & recte geri præsumuntur, Felyn. in *cap.* 1. *n.* 26. *de constit.* Hippolit. *sing.* 24. Castr. in *l. ex imperfecto*, *Cod. de testam.* text. in *l.* 1. §. *credidit*, *ff. de off. Præf. prat.* & consequenter secundum veritatem judicasse præsumitur, cum neque fallere, neque falli posse præsumatur, Bart. in *l. Æmylius*, *ff. de minor.* Unde quia reclamatio præsumeretur potius ad dilatandam exequutionem, quam ad alium finem, res maxime legibus exosa, *l. cum reis*, *Cod. de pœn.* non permittitur: tractu enim temporis, aliud non detegeretur quam falsitas: & eo magis quod ex judicio sapientissimorum virorum sententia manavit, qui Principis latere digni sunt reputati, & proinde magna cum maturitate, prolata censetur, 3. *q.* 9. *can. Apostolica*: quod vel inde colligi poterit, quod tale decretum non sicut cætera pronunciatur, sed hoc modo: *Illustriss. Dom. Prorex mandat atque decernit*: & firmatur à Regentibus, aliisque omnibus delegatis: quod non observatur in decretis, & sententiis Sac. Consil. & Reg. Cam. in quibus sufficit causæ Commissarii subscriptio: & hoc jure utuntur. Verum hæc ratio minus arridere forte poterit: quandoquidem, cum Princeps omnium sit ordinarius, & competens Judex, ut *supra* diximus, jure ordinario, & non plenitudine potestatis utitur, cum aliquam causam coram se agitandam jubet; nam licet diversa constituerit tribunalia, quæ diversis causarum generibus præsint, id fecit quod non omnes causæ apud se agi poterant; dilatarentur enim lites contra juris formam, & Reipub. utilitatem, vulgata *l. properandum*, *Cod. de judic.* ad recidendas igitur lites erexit plura Tribunalia: ex quibus, ad ipsum Principem, tanquam ad ultimum, & supremum Judicem, recursus tandem habetur: quorum Tribunalium Judices licet respectu partium, competentes, & ordinarii dicantur; tamen respectu Principis, delegatorum vice funguntur. Cum igitur Princeps coarctare voluerit litem, ut debito mandetur fini, apud se terminari mandat: sciens quod si à competenti Tribunali terminaretur, adhuc ad ipsum deduceretur, & sic lis prolongaretur: pars enim succumbens, non statim cederet sententiæ, idque inde manifestum est, quod causas tantum graves, & quæ inter potentes partes vertant, ad se evocat. Possent enim Judices, vel corruptione vel timore alicujus partis, inique judicare, quod coram ipso Principe locum non habet, cum ejus comitatus omni timore prorsus careat, ut *supra* diximus. Quia igitur criminalis 10

nalis causa coram Principe definita, ultimo judicio definita est, supplicationi locus non datur. Secunda æquiparatio est respectu Tituli, nam Præfectus præt. est illustris, *l. de ordinario*, *Cod. de offic. Præf. prat. or. l. nemo*, *Cod. de jur. omn. jud. l. 2. Cod. de sent. ex brevic. recit. l. 1. C. de mo. mulct. l. defensores*, *Cod. de defens. Civit. l. fin. Cod. ubi Senat. vel Clariss. l. præcipimus*, §. 1. *Cod. de appellat. §. illud*, *Auth. de appellat.* Lanc. Conr. in *Temp. omn. jud. par. 3. de provoc. conclus. 77. num. 4.* Est autem illustris, qui multis claret, ut splendore generis, vel sapientiæ vel nobilitatis. Fuit etiam *Magnificus* ab Imperatoribus appellatus, *l. præcipimus*, *Cod. de appellat. l. fin. Cod. de advoc. diversi. jud.* magnificæ ejus sedes, *l. fin. Cod. ubi Senat. vel Clariss.* & sub nomine magnificentiæ rescribitur, *l. sancimus*, *la 1. Cod. de advoc. diversi. judic.* quæ jura minime præcedentibus adversantur; nam Magnificus & Illustris idem est titulus, Tiraq. in *tract. de Nobil. cap. 8. num. 15.* & doctor in *d. l. 1. ff. de off. ejus cui mand. est jur.* illustrissimus dictus est, *§. illud*, *Authen. de appell.* Cassan. in *Catal. glor. mun. par. 7. consid. 7.* & magnificus, & excelsus idem, *l. fin. Cod. de prox. sacr. scrin.* Luc. de Pen. in *l. 2. num. 6. Cod. de pet. bon. sublat. lib. 10.* Nec obstat, quod dicatur *Clarissimus*, *l. 1. Cod. de sent. pass.* Tiraquell. *de Nobil. cap. 2. num. 13.* nam Clarissimus pro Illustrissimo, & e contra, usurpatur, Tiraq. *de Nobil. cap. 8. num. 16.* Declarat idipsum inscriptio in Concordiæ templo, Romæ inventa, in marmore his literis incisa, quam memorat Bartol. Marl. *lib. topog. urb. Rom. cap. 2.*

FL. STILICONI V. C.
FLAVIO STILICONI ILLUSTRISSIMO VIRO,
MAGISTRO EQUITUM PEDITUMQUE,
COMITI DOMESTICORUM, TRIBUNO PRÆTORIANO
ET AB INEUNTE ÆTATE PER GRADUS CLARISSIMAE MILITIAE AD COLUMEN GLORIAE
SEMPITERNAE, ET REGIAE AFFINITATIS EVECTO
PROGENERO DIVI THEODOSI, COMITI DIVI
THEODOSI AUGUSTI IN OMNIBUS BELLIS
ATQUE VICTORIIS, ET AB EO IN AFFINITATEM
REGIAM COOPTATO, ITEMQUE SOCERO D. N.
HONORI AUGUSTI APHRICA CONSILIIS EJUS
EX PROVISIONE LIBERATA EX SC.

Idque etiam ex alia liquet inscriptione, Romæ ad Forum Trajani posita, per Ald. Manuc. in *Orthograph.* relata.

SA-

SATURNINO SECUNDO V. C.
PRAESIDI PROVINCIAE AQUITANIAE,
MAGISTRO MEMORIÆ. COMITI ORDI
NIS PRIMI, PROCONSULI AFRICÆ. ITEM
COMITI ORDINIS PRIMI INTRA CON-
SISTORIUM. ET QUAESTORI, PRAEF.
PRAETORIO ITERUM, OB EGREGIA
EJUS IN REM PUBLICAM MERITA,
DD. NN. VALENTINIANUS ET
VALENS, VICTORES AC TRIUMPHA
TORES SEMPER AUGUSTI
STATUAM SUB AURO CONSTI
TUI LOCARIQ; JUSSERUNT.

Nam notæ illæ V.C. *viro clarissimo*, significant: & postquam in hunc incidimus locum, id obiter admonuerim, *Inlustris* eo tempore, non *Illustris* scribebatur, ut Tiraq. *ibidem* advertit: tamen doctissimus Aldus in *lib. ortogr.* non visa inscriptione, *Illustris* potius scribendum putat. Obstat autem præfatæ opinioni text. in *l.* 1. *Cod. ubi Senat. vel clar.* & text. in *l.* 2. *Cod. de sport. Senator est superillustris, tamen clarissimus appellatur*, *l. fœminæ, ff. de Senat.* Paul. Oria. in *l.* 1 *ff. de off. ejus*, *num.* 19. *l.* 11. *Cod. de præpos. labor. lib.* 10. verbum, *illustrat*, exponit, *clarificat*, Sebast. in *l.* 1. *num.* 3. *in fin. ff. de off. ejus*. Invenitur autem horum titulorum *Illustris*, *Magnificus*, *Spectabilis*, *Nobilis*, usus in veteribus sepulchris tam varius, ut confundi potius quam aliquam inter se differentiam habere videantur. In d. D. enim Laurentii complura ejusmodi sunt epitaphia, ex quibus hæc aliquando notavimus, & aliqua etiam *supra* memoravimus.

Hic jacet Catherina filia Regis Alberti, & neptis Regis Rodulfi Romanorum Regum, ac soror Federici in Regem Romanorum electi, Ducum Austriæ, consors spectabilis Caroli primogeniti Serenissimi Principis & Domini nostri Domini Roberti, Dei gratia Jerusalem, & Siciliæ Regis Illustris, Ducis Calabriæ, ac ejusdem Domini nostri Regis Vicarii Generalis; insignibus vita, & moribus exemplaris: quæ obiit Neapoli anno Domini nostri Jesu Christi. 1323.

In Ædicula Reginæ.

Hic jacet corpus illustris puellæ Dominæ Mariæ de Duratio filiæ Regis Caroli tertii, quæ obiit anno Dñi 1371.

Hic

Digitized by Google

Hic jacet corpus Sereniſſimi Principis & Domini Domini Caroli Ducis Duracii qui obiit anno Domini 1347.

Hic jacent corpora Illuſtrium Dominorum Domini Roberti de Aſtois, & Dominæ Joannæ Duciſſæ Duracii conjugum, qui objerunt anno Domini 1387.

Hic jacet corpus magnificæ, ac Illuſtriſſimæ Dominæ, Dominæ Joannæ de Baucio, relictæ quondam nobilis Domini, Domini Nicolai de Janvilla Comitis Sancti Angeli, quæ oblit anno Domini 1363.

Hic jacet corpus magnifici viri Dñi Amelii de Baucio baroniæ Avellarum Domini qui obiit anno Dñi 1351.

Hic jacet corpus Dominæ Dominę Franciſcę de Avellis & baroniæ Avellarum Dominę relictę quondam magnifici viri Dñi Amelii de Baucio, quæ obiit anno Dñi 1371.

Hic jacent ſpectabiles Juvenes Bertorannus, & Franciſcus de Baucio fratres, filii magnifici Domini Amelii de Baucio Avellarum Domini, anno Domini 1336.

Dicitur item *glorioſiſſimus*, §. *aliud*, in *Auth. ut ſponſal. larg.* §. *fin.* in *Auth. de non alien.* peræque ac perilluſtris valere videtur, Tiraq. *de Nobilit. d. cap.* 8. *num.* 15. Viri excelſi in Urbe Romana Præfect. prætor. & eminentiſſimi per provincias Illirici, & Africæ, *l. raptores*, §. 2. *C. de epiſc. & cler.* & eundem eminentiſſimi titulum ſequutus in *l.* 2. *Cod. de ſent. ex brevic. recit.* & ſublimiſſima ſedes, *l. apertiſſimi*, *Cod. de judic.* leges innumeræ in Cod. ſunt, quæ ad Præfectos præt. diriguntur, ut per ſuperinſcriptiones legitur, licet in corpore de eo non loquantur de his, & quibus aliis titulis decorati ſint Præfecti præt. & quibus in Regnis ad ejus inſtar inſtituti atque recepti fuere, plane idem Lancellot. Conr. *ibidem lib.* 1. *cap.* 1. *de Imper. tit. Dignitates confert*; & ſupra modum, ante ipſum, Caſſan. in *Catal. gl. mun. par.* 7. *conſid.* 7. *verſ. fuit*, & in *par.* 9. *conſid.* 17. *in fin.*

Reges, illuſtres pariter eſſe, jure probamus, ut de Rege Aragon. Sicil. & Apuliæ, Portugalliæ ſive Luſitaniæ, Francorum, Anglorum, Sueviæ, Hungariæ, Scotiæ: licet aliquando ad eos diverſimode per ſummos Pontifices ſcribatur: quod omnino probatur in *cap. quanto*, *de jurejur. cap. inter alia*, *de immunit. eccleſ. cap. ex ſpetiali*, *de jud. cap. novit*, *de jud. cap. novit*, *de offic. leg. cap. novit*, *de appellat. cap. pervenit de jurejur. cap.* 1. *de probat. cap. non eſt*, *de ſponſal. cap. clariſſimus*, *de converſ. conjug. cap. licet de vot. cap. intellecto*, *de jurejur.* Caſſan. in *Catal. gl. mun.* Renatus Chop. *de dom. Franc.* Et ut de hujus Regni Regibus, expreſſius ſcribamus, cum Pontificum inveſtituras quibus Regnum concedebant, le-

Digitized by Google

legeremus, hos titulos obſervavimus: *Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Cariſſ. in Chriſto filio Carolo Regi Siciliæ illuſtri ſalutem: Clemens Septimus, Cariſſ. in Chriſto filio Ludovico charæ memoriæ Joannis Regis Francorum nato Regi, & Cariſſ. in Chriſto filiæ Joannæ Reginæ illuſtribus*: & prius: *Ferdinando de Aragonia Regi Siciliæ illuſtri*: & *Martinus, Joannæ ſecundæ Reginæ Siciliæ illuſtri, & Clemens II.* in anno 1529. *Cariſſ. in Chriſto filio, Carolo Romanorum & Hiſpaniarum Regi Catholico in Imperatorem electo, de*
12 *offic. Cappellani majoris*. In brevium Romana Secretaria, tituli iſti leguntur, à fido amico tranſmiſſi: *Cariſſimo in Chriſto fil. noſtro, Carolo Romanorum Imperatori ſemper Auguſto: cariſſ. Ferdinando Romanorum, ac Ungariæ, & Boemiæ Regi illuſtri: cariſſimo in Chriſto filio Philippo noſtro Hiſpaniarum Regi Catholico: cariſſimis in Chriſto filiis noſtris, Philippo Regi & Mariæ Reginæ Angliæ illuſtribus: cariſſimo in Chriſto filio noſtro Henrico Francorum Regi chriſtianiſſimo: cariſſ. in Chriſto filiæ noſtræ Catherinæ Francorum Reginæ chriſtianiſſimæ. Dilecto filio nobili Viro Herculi Ferrariæ Duci: dilecto filio Gulielmo Mantuæ Duci: dilectæ in Chriſto filiæ, nobili mulieri, Margaritæ de Auſtria, Parmenſium Duciſſæ, Flandriæ Gubernatrici: dilectæ Victoriæ Farneſiæ de Ruere, Urbini Duciſſæ: dilecto filio, nobili viro Ludovico Urando de Mendotia, Marchioni de Mondejar: dilecto filio, nobili viro Hieronymo Priolo, Venetiarum Duci: dilecto filio noſtro Hieronymo de Louchere S. R. E. Presbytero Cardinali*. Infidelibus: *Magno Turcarum Principi Sultano Soliman*o: non capitur, ni fallor, *Princeps*, pro Imperatore, vel eo titulo inſignito, cum nec à Summo Pontifice, Imperatore, vel alio cunque ad quem concedendi facultas jure ſpectat, permiſſum eſt, ut *infra* dicemus, ubi de Romæ titulis tractabimus, ſed quod primum locum de facto, illis in locis obtinet. Rex autem noſter cum ad Viceregem ſcribit, titulo *Illuſtris* ipſum honorat: *Illuſtri Marchioni de Mondejar noſtro Vicegi, &c.* quod ab Juſtiniano aliquando diverſimode factum legimus: ut eſt in *Auth. de appellat. Tribuniano illuſtri magiſtro officiorum*; & in *Auth. ut nulli mutuans agric. Dominico viro illuſtri, præpoſito per Illyricum*, & in *Auth. ut facta novæ conſtit. Joanni glorioſiſſimo præf. prat. Orientis*. Idem & in *Auth. ut clerici apud propr. Epiſ.* & in *Auth. de adminiſtrator.* & in *Auth. ut ſponſal. larg. Petro glorioſo præpoſito ſacrorum per orientem prætoriorum*, & in *Auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. Petro glorioſiſſimo præfecto prætor.* & in *Auth. de immenſ. donation. Joanni Præfecto prætor. viro clariſſimo*: ubi id obiter adnotaverim, *Præpoſitum*, idem eſſe ac *Præfectum prat.* in ſacris conſtitutionibus. Joannes enim qui perſæpe *Præfectus prat.* dicitur, aliquando & *Præpoſitus per Orientem* appellatur, ut eſt in *Auth. de reſtitution.* & in *Auth. de uſur. nauticis*: & Petrus indifferenter *Præfectus prat.* & *præpoſitus* nominatur: quod licet nullam parere debeat ambiguitatem, cum *præficere*, unde *Præfectus*, & *præponere* unde *Præpoſitus*, idem ſint; quia tamen differre videri poterant, adverti. Id etiam eſt opportune notandum, quod tum in regiis diplomatibus, cum in privatis literis quas Rex Viceregi ſcribit Hiſpano idiomate, ipſum Viceregem, *conſanguineum* appellat; id enim exprimunt

Digitized by Google

munt verba illa: *Nuſtro primo*; quod honoris cauſa facit, & Præfectis præt. ab Imperatoribus factum invenitur. Alexander enim Severus Domitium Ulpianum ſuum Præfectum præt. *parentem* appellavit, *l.ex Divi,Cod.de loc.*& in *proœm. Inſtit.* § *cumque*, Magiſtratus *anteceſſores* nominantur,& 2.*Eſdræ,c.*3. Caſſan. in *Catal. par.*1. *conſid.*37. & quamvis dicta vox *parens*, in propria ſua ſignificatione, patrem, & matrem & cæteros aſcendentes uſque ad tritavum, ſecundum Feſtum, & uſque in infinitum, ſecundum Cajum in *l. appellatione*, *ff.de verb. ſignif.* adhuc tamen apud antiquos nec parvipendendos authores, pro conſanguineo invenitur, quo ſenſu acceptum eſt in *d. l.ex divi.* Salluſt. in perſona Romanorum loquens,*Parentes abunde habemus*, ait: ideſt, *conſanguineos*. Et Æl. Lampr. de Alex. Severo ſic ſcribit: *Amicos & parentes Alexander ſi malos reperit, aut punivit; aut ſi vetus vel amicitia, vel neceſſitudo non ſivit punire, dimiſit à ſe, dicens, his carior eſt mihi Reſpublica.* Jul. Capitol. de M. Antonino refert, quod in imperium evectus omnibus parentibus ſuis, tantam reverentiam, quantam privatus exhibuit, inde parentela deducitur,ideſt conſanguinitas. Idem Capit. in *Gordi.Duxit uxorem filiam Miſitei doctiſſimi viri, quem cauſa eloquentiæ dignum parentela ſua judicavit*. Sed non erit inutile ſcribere quibus inter ſe Reges in vita & poſt mortem, & de ipſis loquentes, & inſcriptionibus monetarum & opere ſepulchrorum utantur: & ſubditis certa lex loquendo, & ſcribendo dari poſſet: quæ omnia, non ſolum communi, ſed & Regni jure, potiſſima ac nova ſanctione probabimus.

In multis Præfectus prætorio & Rex æquiparari, verſa vice diſſimiles apparebunt. Si curioſius ſcire oportet Regum ſecreta in ſcribendo, & nobis celata, quod adhuc de eorum ſecretis non habemus periculum, & ideo omittamus. *Divos* Im- 13
peratores poſt eorum mortem, millies appellatos legimus, de Divo Auguſto, in *l.*1. *ff.ad leg.Jul.de adul.* D.Claudius, *l.D.Claudius*, *ff.ad leg. Cor.de fal. l.D.Claudius*, *ff.de jure patr.* Divus Adrianus, *ff. de uſu & habit. l. Divus Adrianus*, *ff. de divort. l.Divus* Adrianus, *ff. de re jud. l.*1. §.1. *ff.ad leg. Corn. de falſ. l.Divus Adrianus*, *ff ad leg.Corn. de ſicar. l.Divus* Adrianus, *ff. ad leg. Pomp.de parricid.l.Divus* Adrianus, *ff.de term.mo. l.Divus* Adrianus, *ff. de cuſt. & exh.re. l.*D.Adrianus, *ff. ad S. C. Turpil. l.*D.Adrianus, *ff.de pœn. l.*D.Adrianus, *ff. de bon.damn. l.*D.Adrianus, *ff.de caſt. pecul. l.* D. Adriani, *Cod. de conſtit. pecun.* D. Marcus, *l.D.Marcus*, *ff.de off. præt. l.oratione*,*ff de ri.nupt. l.D.Marcus*, *ff.de manum. l.divo*, *ff.de manu. l.*1. *ff. de manumiſſ. l.D.Marcus*, *ff. ad S. C. Syllan. l.Divus Marcus*, *ff. de tut.& cur. l.Divo Marco Cod.de qu.* Div.Antoninus, cognomento *Pius*, *l. Divus* Antoninus,*ff.de in int.reſt. l.Divus* Antoninus, *ff.de var.& ext. cogn.l.cum hic ſtatus*, *ff.de donat.inter vir. & ux. l.Divus Pius*, *ff. de petit.hæred. l.Divus* Pius, *ff de ſerv. ruſt.præd. l.Divus* Pius, *ff.de ſer.fugit. l.D.Pius*, *ff.de reg. jur. l.Divus* Pius, *ff.ad leg. Corn. de falſ.l.Divus* Pius, *ff.de cuſt.& exhib.reor.l.Divus*

Pius, ff. de quæst. l. Divus Pius, ff. de manumiss. test. l. Divus Pius, ff. de opt. leg. l. rescriptis, ff. de diverf. & tempor. præscr. l. fin. ff. de privil. veter. l. fideicommissa, §. 1. ff. de legat. 3. leg. Divus Pius, ff. de ritu nupt. l. à Divo Pio, ff. de re jud. etsi plures fuerint Antonini; nam alter Severi, & non Adriani filius ut iste *Pius*, & jura allegata de hoc intelligunt. D. Severus, *l. divus Severus, ff. de ju. dot. l. D. Severus, ff. de injur. l. Divus Severus, ff. ad municip. l. Divus Severus, ff. de his quib. ut indig. l. Divus Severus, ff. qui pet. tut. l. Divus Severus, ff. ad leg. Fal. l. Divus Severus, ff. de ju. codic.* Divi Severus, & Antoninus, pater & filius, *l. D. Severus & Antoninus, ff. de extraord. crimi. l. Divi Severus, ff. de capt. & postlim. rever. l. Divi Severus & Antoninus, ff. de crim. expil. hared. l. Divi Severus & Antoninus, ff. de requi. reis, l. Divi Severus & Antoninus, ff. ad leg. Jul. pec. l. Divi Sev. & Ant. ff. de administr. tut.* Divi Verus & Antoninus, *l. Divi Verus & Antoninus, ff. ad leg. Jul. pecul. l. Imperatores Verus & Antoninus, ff. ad leg. Jul. de anno. l. divi Verus & Antoninus, ff. de administ. tut. l. Divi, ff. de*
14 *adimen. legat.* Divi Fratres qui fuerint, varie traditur; aliqui enim Verum, & Antoninum fuisse existimant: Theophilus *Instit. de excusat. tut. §. sed & propter*, Severum & Antoninum, *Divos Fratres* appellat, cujus opinionis est & Accurs. in *l. de qua re, ff. de inoff. testam.* Bartolinus tamen Pius in *annotat. cap.* 58. & Ægyd. Perr. in *d. l. de qua re*, Accursium falli, ut plerunque alias, existimant; non enim fratres fuerunt Antoninus & Severus, sed Severus pater fuit Antonini: qui igitur *Divi Fratres* leguntur, fuerunt Marcus philosophus, & Commodus, qui ante Severum & Antoninum regnarunt. De divis Fratribus mentio habetur in *l. divi Fratres, ff. de jur. patr. l. fideicommissa, §. fin. ff. de legat. 3. l. divus, ff. de ritu nupt. l. divus, ff. ad leg. Corn. de fal. l. 3. §. fi. ff. de test. l. divi Fratres, ff. de accusat. l. divi Fratres, ff. de pan. l. 1. ff. de extract.* Nam Marcus Antoninus, & Lucius Verus, T. Antonini Pii filii, qui M. Antoninus, Annium sive Lucium Verum Fratrem, ad imperii partem ascivit, *Duo Augusti* dicti, *l. Lucius, §. 1. ff. ad municip. l. fin. ff. ad leg. Jul. de anno.* ex Lampridio & aliis cumulatis per Tiraq. *de jure primog. 17. quæst. 4. opin.* & Anton. August. *lib. singul. ad Modest.* Quandoque divus Pius, & à Marco, & Severo rescriptum est, *l. 1. §. 1. ff. de liber. exh.* modo *Verus* legendum esset, alter Antoninus filius Severi, *l. cum hic status, ff. de donat. inter vir. & uxor.* cum legatur, *Severus, & Antonius*, pater & filius sunt, ut per allegatos scribitur. Divus Vespasianus, *l. divus Vespasianus, ff. de jure patron.* D. Trajanus, *l. D. Trajanus, ff. de milit. test.* D. Constantinus, *Cod. de natural. liber.* Divus Diocletianus, *l. solita, Cod. de con. princ. comic. l. 12.* Divæ memoriæ Zenonis, *l. divæ memoriæ, & l. 1. Cod. de decur. lib. 10. l. 1. Cod. de locat. prad. civil. lib. 11.* Alii Imperatores de eorum patribus, *l. divi patris nostri, Cod. de locat. prad. civil. lib. 11.* de prædictis omnibus, innumeræ leges sunt. Regni Reges, *divos* etiam suos prædecessores appellant, Feder. Imperator expressim Rogerium Regni

etiam

Digitized by Google

etiam Regem maternum avum, *divum* nominavit in *Conſtitut. Reg. l.obſcuritatem*, *l.diverum*, *l.quanta cæteris*, *l.durum*, & *diram*, *l. dignum*, *l.conſtitutionem divæ memoriæ*, *l.ſi quis poſt locum*, *l.univerſis*, *l.ut dilecti*, *l.conſtitutione præſenti*, *l.lenas*, *l.matres*, *l.cum conceſſiones*, *l.capitalem*, *l.terminum vitæ*, & Rex Carolus I. in *conſtitutione Reg.Juſtitiario Terræ Hydrunti*, & de Ferdinando Rege. Divus Ladislaus, & diva Joanna Soror in Sancta Maria ad Siculam, & in Di-
15 vo Joanne ad Carbonariam. Sed cur Imperatores & Regni Reges, *divi* fuerint vocati, ratio eſt nam mos erat Romanis conſecrare Imperatores, qui ſuperſtitibus filiis, vel ſucceſſoribus, moriuntur: quique eo ſunt honore affecti, relati inter divos: qui honor, *apoteoſis*, ideſt deificatio appellabatur, ut ex Herod. *hiſtor.lib.*4. Cornel.Tac.*lib.*15.Bud.in *l.ſi adulterium*, *ff.de adult.* Iſern.in *cap.1. qual.olim feu. pot. alien.* Anton. Auguſt.*lib.ſing. ad Modeſt.*Cæſ. Conſta Archiep. Camp. *lib. 1. var. ambiguit.cap.*8. liquet etiam per ea quæ latiſſime in *l.filius familias*, §. *divi*, *ff.de legat.* 1. ſcripſimus: nam cum nulla eſſet monarchia mortalibus pectoribus, necdum hæſerat ulla regnandi cupiditas, Principes quia juſti erant, jure habiti *Dii* & dicti, ſub illo aureo ſeculo, Fab.Pict. antiquiſſimus Romanus in ſuis *annalibus de aur.ſec.par.*1.de quo, *lib.* 1. *de divinat.* Cic. & Plin. *nat. hiſt. lib.*14. *cap.*13. mentionem faciunt: & divi Imperatores & Reges, multa allegantur jura per Petr.Bellapert.in *l. beneficium*, *in princ. ff. de conſt. princ.* & Boer. *de author. mag. Conſ. num.*178.& divi à divinitate, Joan. Ann.*de antiq. reb. Hetrur. fol.*467. & in genealogia plerunque durum poſt diluvium, *fol.* 89. Utique Reges deorum nomina plerunque aſſumebant, ex Cic.*de nat. Deor.* & Lactant. Firm. Ann. in *commentar. in Beroſ.de æquivo.* non inepte dici poteſt, quod ubivis non multum differt ut admittendus intelligatur, ex Ariſtot. *lib.7.ethic.cap.*1. *divum* appellant, quem admirare ſolent.

Secunda eſt differentia inter Regem & Præfectum prætorio, nam Regi datur *Majeſtatis* titulus à ſub- 16
ditis, & aliis; Præfecto præt. nequaquam: eſt autem *Majeſtas* triplex, *Imperatoria*, *Regalis*, & *Prætoris*, quæ uſurpate & inepte illi aſcribitur, & maxime in *Auth.Gazaros*, *Cod.de hæret.* ubi utrique attribuitur: nempe veriſſimum eſt Deo convenire, *l.non diſtinguemus*, §.*ſacerdotio*, *ff.de arbitr.* Imperialis, *d. Auth. Gazaros*, qui Imperatores & Reges eam ſibi uſurpaverunt, *l.ut nemo privatus*, in *rubr.& nigro legis*, *ff.& Cod.ad leg. Jul.majeſt.l.fin. Cod.de legib.l.bene à Zenone*, *Cod.de quadr.præſcrip.l.fin.Cod.ubi & apud quem*, §.*publica*, *Inſtit. de pu. jud. cap.*1. *de pace ten.* Soccin. *conſ.* 22. *num.*4.*vol.*1.Lancell.Conr. in *Templo om. jud. lib.*1. *de ornatu corp. Imper.* & ante eum Luc. de Pen. in *l. ſervum*, *in fine*, *Cod. de delator. lib.* 10. Et Regni Reges, ut legitur in *Conſtit.Reg. etſi Federicus II. Imperator ſit*, in *l.poſt mundi machinam*, §.*cum igitur*, *l.de perſonis*, *l. ea quæ ad ſpeciale decus*, *l.cum ſatis*, *l.hi qui per inquiſitionem*, *l.regiæ majeſtatis*, *l. cum circa*, *l.ſi civiliter*, *l.prædictorum Regum*, *l.ſi*

Digitized by Google

quando, *l. si vasallus*, *l. eos tantum*, *l. majestati nostræ*, *l. probationum defectum*, *l. castra munitiones*, Carol. I. in *cap. Carolus Dei gratia*; & millies in *Const.* MAJESTAS hoc in loco *major status*, *major potestas* dicitur, Oldr. *consil.* 43. Ripa *respon.* 2. *tit. de accusat.* De aliorum autem titulorum usu & prærogativa, ad saturitatem agit Pancir. in *Notit. Imper. part.* 1. *ubi in princ. cap.* 5. inter Illustres primum locum Præfectum prætor. obtinuisse dicit; quod & in corpore juris & ex ejus authoritate satis patet, & ad comparationem cum Vicerege valde facit; cum ipse hodie inter illustres primum habeat locum. Licet autem Reges illustres sint, ut omnes fere Doctores sentiunt in *l.* 1. *ff. de off. ejus cui mand. est jur.* Cassan. in *catal gl. mun. par.* 7. *consid.* 2. Renat. Chopp. *de doman. Franc.* ubi jura Brittanniæ allegat; Rex tamen noster, quia exemptus est ab Imperio, & in hoc Regno imperii jura habet, Afflict. in *proœm. constit. qu.* 1. Fret. *de suffeud. lib.* 2. Loffred. *consil.* 4. imo majora, quia Regnum transmittit ad hæredem, quod non facit Imperator de Imperio, Capyc. in *invest. feud. sub rubr. Feudorum officia*, Soccin. *cons.* 165. *volum.* 2. & propterea dicitur *Monarcha*, Bald. in *l. exempta*, *Cod. de probation.* Soccin. *d. cons.* 165. Det. *cons.* 390 *n.* 10. Cagnol. in *l.* 2. *num.* 27. *ff de orig. jur.* qui se citat in *proœm. ff.* ut & *supra* nos diximus, est superillustris; nam Imperator est superillustris, secundum DD. in *d. l.* 1. Cassan. in *d. par.* 7. *consid.* 1. circumscripta pro nunc opinione Alciati, *lib. dispunct.* 2. *c.* 4. existimantis hunc titulum, qualitatis seu dignitatis adjectionem indicare, non gradum: quot autem & quanti tituli à legibus & canonibus dati fuerint, late prosequitur Cassanæus in *catal. par.* 5. *consid.* 27. & Paul. Orian. in *d. l.* 1. *num.* 11. Et decretalis epistola in *cap. solitæ*, *de majorit. & obed.* dirigitur Constantino Imperatori, & sic superinscribitur, *Illustrissimo Constantino Imperatori*: ubi Abbas notat, quod *Imperator dicitur Illustris*, *item & Rex Franciæ*, *cap. novit*, *de judic.* nec videtur iis assentiri, qui Papam & Imperatorem *superillustres* esse dicunt, ut notatur in *d. l.* 1. Et quod Rex non subditus dicatur superillustris, satis notanter per multa tenet Jacob. de Nigr. in *d. l.* 1. *num.* 14. *ff. de off. ej.* & *ibi* Paul. Orian. *n.* 16. tenens de Rege Hispaniarum, & Cassan. in *Catal. par.* 5. *consid.* 30. Guliel. in *cap. civitatis*, *de jurejur.* Sed quantum ex scripturis per nos ad hoc visis, observare potuimus, tres titulos in medium afferemus: primo respectu superioris, secundo quando inter se Reges tractant, tertio quando vasallus, sive inferior scribit. Quo ad primum, præter inscriptiones quas paulo superius Sanctissimi Papæ retulimus, in investituris à Summis Pontificibus factis de hoc Regno, semper Regibus dicitur *Illustris*. Cum autem Reges mutuo sibi scribunt, nota est forma, cui non insisto. Inferiores vero, ideſt subditi *Sacræ Majestat.* titulum tribuunt: cur autem *sacra*, præter Isern. Par. de Put. Fret. & quæ nos *alibi* scripsimus, affert Restaur. Castald. in *tract. de Imperat. quæst.* 18. & 19. & 36. Porro tituli, quos hodie privati homines al-

Digitized by Google

alter alteri sibi dare solent juxta personæ nobilitatem, exercitum, & valorem, hi sunt ab infimis ad supremos, *Honorabilis*, *Nobilis*, *Magnificus*, *Excellens*, *Illustris*: verum tantus circa hæc obortus est ambitus & abusus, ut qui vix Magnifici titulum mereret, Illustris & etiam perillustris appellari ambiat & affectet. Unde nos Equites & Patricii Neapolitani, ex vetustissimo militari genere mille ab annis descendentes, ignotis quibusdam & humillimi generis hominibus, eo titulo rescribere cogimur, qui tantum illustribus conveniret; quod sine pudore dici nequit. O utinam ad sedandam tantam confusionem, tantamque superbiam reprimendam dilataretur & huc Sanctio ab Rege nostro in Hispania ad hanc rem constituta, ubi nulli penitus titulum nec in scribendo, nec in rescribendo, dari jussit, *Domini* titulo tantum sibi recepto: si quis autem dignitatem habeat vel Titulatus sit, ejus dignitatis ejusve tituli nomine appellari permisit, ut, Regenti N. Duci N. &c. Est autem Domini titulus, excelsus & honoris causa usurpatus, *l. Nesennius, in princ. ff. ad leg. falc. l. uxori*, ff. *de legat. 3. l. fin. ff. de auro*, & *arg. leg. l. Titia*, §. *qui margo*, *ff. de ann. legat. cap. in Christi nomine, de pace Const. cap. acta*, *eod. tit.* & in *3. constit.* in *rub. l. proxime*, *ff. de his quæ in testamen. neque mil. neque fœder.* Restaur. Castald. in *tract. de Imper. quæst. 2.* Dominus noster, in §. 1. *Auth. jut ejur.* Dominus Romanorum, *cap. signum*, *de pace Const. cap. 1. Const. feud. in rubr.* Et Claudius Cæsar ut sæpe hortando rogandoque ad hilaritatem homines provocaret, *dominos* itidem appellabat, Svet. in *vita ipsius*, *cap. 21.* Non autem defuerunt, qui Domini titulum, ut maledictum, & opprobrium exhorrerent, quod de Octaviano refert Svet. in eum *cap. 53.* adeo ut in theatro, Dominus pronunciatus, edicto sequenti die gravissime corripuit, & Dominum posthac appellari, à nemine nec serio nec joco passus est. Et Tib. Cæsar Dominus appellatus à quopiam, denunciavit ne ipsum amplius contumeliæ causa nominaret, Idem auctor in illius *vita*, *cap. 27.* Quod fecerunt veriti Populum Romanum: sciebant enim hoc nomen esse illi exosum, & jam Regum Romanorum exemplum, licet per multos annos expulsorum, illis memoriam refricabat: etenim Domini appellatio, odiosa est, & tirannidem sapit, 94. *dist. can. fin. l. neminem, Cod. de suscept. & arc. lib. 10.* Rationem affert Connan. *lib. 10. jur. civil. cap. 5. num. 7.* & Jac. Rævar. in *l. qui vetante*, *ff. de reg. jur.* Joann. Ign. in *l. necessario*, §. *non alias*, *num. 419. ff. ad Sen. C. Syllan.* Et Alexand. Magn. ut Lamp. refert, nunquam nisi proprio nomine salutari voluit, *Ave Alexander*. Contra vero Domitianus, ut scribit idem Svet. in ipsum *cap. 13.* Eutrop. *lib. 6.* Euseb. in *hist.* Cassiod. in *chron.* Pompon. Læt. in ejus *vita*. Joann. Ferrar. *Instit. de adopt.* Carion in *chron. Dominus & Deus vester*, se subscribere cœpit: jussitque ut à nemine vel in scribendo vel in loquendo, alias quam ita appellaretur: quo nomine sæpe ei blanditur Martialis in *epigr.* Antoninus postea Imperator se-

Digitized by Google

seipsum etiam Dominum vocavit, *Ego quidem Dominus Mundi*, ut est in vulgata *l. deprecatio, ff. ad leg. Rhod. de jactu*: vide ad hanc rem quæ scripsimus in epitheto Urbis Romæ, *Domina*. Et Severus Imper. cum omnes nomine salutare consuevisset, ad quod Nomenclatore utebatur, ubi nomen non succurrebat, illum honoris causa, dominum appellabat, Herodian. in *vita* ipsius, Alexand. ab Alexan. *lib.* 2. *cap.* 19. Sen. *epist.* 3. Id postea jure feudorum permissum venit; nam vasallus Domino suo jurat fidelitatem, & sæpius invenitur, *Domino suo*, repetitum. Et Federicus in *constit. quoniam frequenter*: *Sumus*, inquit, *domini personarum*. At reliquum est, ad concludendum hoc *capitulum* ut illud addamus, nempe præter dictos titulos habet Imperator *excellentiam*, *cap. solita de major. & obed. capit.* 2. *de supplen. neglig. prælat. cap.* 1. *de probat. cap. fundamenta*, §. *inde*, *de elect. in* 6. prout & Reges Regni ut in *Const. & capit.* habetur *l. nihil*, *l. ea quæ ad speciale*, *l. patres pro filiis*, *l. crebra*, *l. occupatis*, *l. post mortem*, *l. in aliquibus*, *cap. Justitiario Terræ Hydrunti*, *cap. Castellanos*, *cap. super habitatoribus*: sicut & eodem insignitur Præfectus præt. *l. Excellentia*, *Cod. de erogat. milit. annu. lib.* 12. quemadmodum & Vicerex, ut nos diximus *cap.* 14. *num.* 9. & Urbis Præfectus, *excellentissimus*, *l. tam dementis*, *C. de episcop. au.* qui hodie parificantur, ut *infra* dicemus: & in *Constit. D. Feder. in initio*, & *Constit. Non sine grandi*. Oportet igitur Cæsarem fore justitiæ patrem & filium, dominum & ministrum: patrem & dominum in edendo justitiam & editam conservando: sit in venerando justitiam filius, & in ipsius copia ministranda minister. Præfectus autem præt. nunquam *dominum* appellatum legisse memini. Patriciatus vero dignitatem, prætoriana præfectura majorem fuisse patet ex §. *maxima*, *Institut. quib. mod. jus patr. pot. sol.* eo quod perpetua erat. Quo autem tempore *Illustris* titulus fuerit introductus, quo patricii primo insigniti fuere, & quibus aliis titulis ea etiam decorata fuerit, & quæ pœna esset iis imposita, qui vel scripto vel ore ab his titulis defeciissent, & an hi tituli accommodarentur inferioribus, satis dilucide tradidit Guido Pancir. in *Not. utri. imp.* in *rubr. de Præf. præt. & de illustrib. spectabilibus & clariss.* Quibus autem *Domini* titulum det Papa & Imperator, quosque titulos det idem Papa Imperatoribus & Regib. & quos Imperator ipsi Pontifici, & Regib. Cardinalibus, Senatoribus, Rectoribus Provinciarum, Monialibus, Scholaribus, amicis & devotis. & quomodo scribant subscribantque Pontifices, Imperatores & Reges ad invicem, & quando plurali, quandove singulari numero, quomodove mentionem de defunctis Principibus faciant etiam si sint damnatæ memoriæ, habes ad saturitatem ex Rebuf. Castal. in *tract. de Imper. q.* 59. & 63.

Verum illa Cassiodori verba discutiamus, quæ prius discutienda fuissent: PENE EST UT LEGES POSSIT CONDERE, ubi ea dictione, *pene*, videtur Cassiodorus, condendarum legum potestatem Præfecto præt. adimere, atqui

Digitized by Google

qui satis mihi displicet, contra tanti viri authoritatem insurgere, cujus doctrinam admiratus, ejus scripta legisse, & gloriæ, & delectationi semper mihi fuit. Porro P.P. constituendi leges facultate non caret, dum tamen legibus & constitutionibus contrarias non faciat, quod omnes uno fatentur ore & jura statuunt, præcipue *l.2. & 4. & ibi* Glo. *Cod. de off. Præf. præt. orient.* quibus, ultra Salyc. & cæteros ejus classis Doctores, inhæsere Duaren. in *tit. de off. Præf. præt. c.3.* Lud. Rom. *consi.37.* quem allegat Par. de Pur. in *tract. de Syndic. in ver. Arbitrium, cap.1. num.1.* Joan. And. in *apost. ad Specul. de supplicat.* Lancell. Conr. in *Templo om. jud. lib.1. cap.1. ver. dignitates præbet.* Quod quidem in tantum est verum, ut cum Præfectus præt. jura condit, censeatur condere Imperator per ipsum, *§. quæ igitur, in fin. Auth. de privil. dot. mul. hæret. non præst. coll.8.* Cassan. in *Catal. gl. mun. p.7. consid.7.* Poterunt autem Cassiodori verba recte intelligi, si leges, contrarias legib. ab Imp. emanatis, ut diximus, condere vellet P. P. vel si de generali lege intelligamus, quam solus Princeps condere potest, *l. fin. §. pen. & l. Princeps, ff. de legib.* quas ad hoc allegat Cassan. in *Catal. par.5. consid.24. num.27.* quo sensu comparatio P. P. cum Rege haud absimilis videtur: universalem enim legem neque Rex condere potest. Et licet in *d.l.2.* dicatur posse facere legem generalem, intelligetur generalis per suam diœcesim, non per universum Imperium: vel, *Pene est ut leges possit condere*, idest, auctoritate sua, & non ex mutuata sibi ab Imperatore, possit condere leges nullius correctioni subjectas, quod facere non potest nisi solus Princeps; leges enim quas Præfectus præt. constituit, Principis authoritati, & innovationi subsunt, ut ex *d.l.2.* liquet. Et tanta fuit in his, & eo assidua Imperatorum præventio, ut ea de causa, omnes fere leges, & Codicis, & Authenticorum, ab Imperatoribus ad Præfectos prætoruti ad suos ministros, & inferiores directæ fuerint: quas omnes aliquando adnotare volui, & infinitas reperi. Quæ quidem si recte intueamur, cuncti legum professores sciunt, & continua praxi vident, ab Rege cum Viceregibus id observari, ut editæ *Pragmaticæ* testantur.

ADNOTATIONES.

Ejus reverentia potest negotia sine appellatione finire.

De appellatione à sententia Præfecti præt. vide Alexand. ab Alexan. *lib.4. cap.23.*

Num.3. Quasi suffecti honore præsidioque erant.

In præsenti est Imperator & alter qui *Rex Romanorum* dicitur: & is quidem Imperii jura re ipsa possidet, quippe qui imperat, hic vero honorario

A rario tantum nomine gaudet, eligiturque ab iisdem septemviris Imperii, à quibus & Imperator: & cum Imperator diem obierit, Rex ipse Roman. Imperator instituitur. Idque & majestatis Imperii & dignitatis causa factum nemo negaverit. Cum enim qui successuri sunt in Regnis, aliquo præfulgeant excelso titulo, ut in Hispania Principis, in Gallia Delphini, Constantinopoli olim Despoti, &c. æquum erat ut qui successurus est in imperio *Rex* appellaretur.

Num.4. A mala Principis informatione.

B Adde notata per Caffan. in *Catal. par.5. consid.24.num.103.* ubi multa etiam de Papa melius informando.

Num.14. Divi fratres qui fuerint.

Nescio qui Germanus meus sit hic memoria lapsus; & sane vidit meliorem opinionem probavitque, deteriorem est sequutus, Divos fratres Marcum Philosophum & Commodum asserens; cum nec fratres fuerint, nec simul imperarint: quippe Marcus quadraginta fuit annis posterior Commodo, interceserunt que Macrinus, Caracalla, Severus, Pertinax. Verior igitur est illorum opinio, qui Divos fratres Antoninum & Verum asseverant: quod, ne longius testimonia petamus, aperte asserit Ulpianus C in *l.si procuratorem, ff.mandati*. Hac autem de re omnem abstergit maculam Cassiod. in *chron.* his verbis: *Usque ad hoc tempus* (loquitur de morte Antonini Pii) *singuli Augusti fuerunt; cui successerunt filii sui, idest Marcus Antoninus Verus, & Lucius Annius Antoninus Severus*. Hæc ille: Unde nec ii errare videntur, qui Severum & Antoninum Divos fratres dicunt. De iis id insigne tradit idem Cassiod. quod post subactos hostes actosque triumphos, pecuniam quæ fisco debebatur provinciis concesserunt: tabulasque debitorum in medio Urbis Romæ foro concremarunt.

Num.15. Mos erat Romanis consecrare Imperatores.

D Consecrandi ritum ex Herodiano descriptum, quem Germanus meus allegat, hic subjicere non pigebit. Is igitur statim à principio *lib.4.* ea de
„ re in hunc sensum scribit. Mos est Romanis eos consecrare Imperatores,
„ qui superstitibus filiis moriuntur, quam celebritatem, *deificationem* ap-
„ pellant: celebritati autem & religioni, per universam Urbem luctus qui-
„ dam videtur immixtus: defuncti enim corpus, de more, sumptuoso in-
„ humant funere; cereamque confectam imaginem mortuum quam similli-
„ me mentientem, supra amplissimum eburneum lectum altumque elatum
„ atque aureis instratum tegminibus, in regiæ vestibulo imponunt, eaque
„ instar ægroti, pallida recumbit. Ad lectum autem tota fere die utrinque
„ sedent, à sinistris quidem Senatus omnis, atris indutus vestibus, à dextris

au-

Digitized by Google

autem cunctæ mulieres quæ vel virorum vel parentum dignitatis honore, A
præfulgent: nulla vero vel auro, vel torquibus ornata inſpicitur, ſed te- „
nuibus tantum, iiſque albis veſtibus amictæ omnes, vultu ſe mœſtas „
oſtendunt. Et hæc quidem ſeptem perficiuntur diebus; medicique ſubinde „
ingredientes, accedunt ad cubile; inde contingentes ægrotum, in dies in- „
firmiorem eſſe nunciant. Ubi autem jam mori viſus fuerit, equeſtris ordi- „
nis item & ſenatorii, nobiliſſimi lectiſſimique juvenes tollentes lectum, per „
viam ſacram viciſſim humeris portant ac in foro veteri deponunt, ubi Ro- „
mani magiſtratu ſe abdicare ſolebant: utrinque autem ſunt quidam gra- „
dus quaſi ſcalæ; & in unis quidem nobiliſſimorum ex patriciis puerorum, „
in alteris vero fœminarum illuſtrium conſtituitur chorus; & utrique in de- „
functi honorem, venerabili flebilique modulatione hymnos canunt & pœa- „B
nas. Deinde lectum geſtantes extra Urbem, ferunt in Campum Martium. „
Ibi in ampliore campi loco ex maximis lignis quatrangulum compactum „
eſt æquilaterum ad ſpeciem tabernaculi; intus quidem combuſtibilibus ple- „
num, extra vero aureis obtectum ſtragulis, eburneiſque ſtatuis picturiſque „
variis exornatum: ſuper quod eſt & aliud, forma quidem & ornatu ſimi- „
le, anguſtius tamen, januis apertum: ſuper illud eſt tertium ſecundo „
contractius; dein quartum tertio item reſtrictius; & ſic deinceps quouſque „
ad ultimum breviſſimum perveniatur: eam formam comparaverit quis „
turribus quæ portibus imminent, noctuque naves igne in tutum dirigunt, „
quas *phares* appellant. In ſecundo igitur tabernaculo lecto impoſito, in- „
cenſum, omneque genus aromatum immittunt: ſimiliter & fructus aliqui, „C
herbæque & ſucci odori conferentes conquiruntur, & acervatim ſparguntur. „
Neque gens ulla eſt, aut civitas, aut perſona quavis dignitate conſpicua, „
quæ ſuprema hæc munera in Principis honorem alacriter non mittat. Poſt- „
quam autem ingens odoramentorum acervus congeſtus eſt, totuſque locus „
plenus, fit circum ſtructuram illam coequitatio; omneque equeſtre agmen, „
ordine quodam & regula, curſu numeroque Pyrrhichio in orbem currunt „
recurruntque. Currus etiam eodem circumaguntur ordine ab inſeſſoribus, „
veſte quidem prætextatis, vultu vero larvatis, illuſtriorum ducum Princi- „
pumque Romanorum perſonas repræſentantibus. His peractis, imperii ſuc- „
ceſſor facem capiens, eam tabernaculo admovet, tum reliqui undique „
ignem ſubmittunt, combuſtibilia itidem & odoramenta immittentes mul- „D
ta, omniaque facillime ab igne conſumuntur: ex ultimo autem, quod bre- „
viſſimum eſt, tabernaculo, tanquam à faſtigio quodam, aquila dimittitur, „
quæ una cum igne in aere ſe tollens, creditur à Romanis Principis animam „
ex terra in cœlum ferre, & ex eo tempore cum aliis Diis Imperator coli- „
tur. Hucuſque Herodianus. Atqui ſuperſtitioſa hæc & inanis religio. Hodie
Imperator eſt ſacer; conſecraturque & ungitur more à S. R. E. inſtituto.
Unde autem ſumpſerit originem unctio Imperatorum, quo oleo, in qua
parte corporis, & à quibus ungantur, habes ex Caſtaldo in ſuo *tract. de Im-*
per. à quæſtione 18. *ad* 27. *& infra*.

Num.19. Est autem domini titulus.

Quare Turcarum Princeps dicatur magnus dominus, quam perite exponit ex junioribus quidam monstruosæ eruditionis.

SUMMARIUM

CAP. XX.

1 *Insignia Præf.prat.quæ fuerint.*
2 *Faces accendi solitæ in judicandis causis ad augendam Magistratuum majestatem.*
3 *Carpentum vehiculi genus, cujus esset forma.*
Auratum carpentum soli P. P. usus erat, eod.
Magistratus argentata Carruca solum uti poterant, eod.
Carruca qua, eod.
4 *Principum imagines olim ante Præf. prat. præferebantur, sicut hodie ante Archiepiscopos crux, &c.*
5 *Procedere, quid proprie sit, processio, item.*
6 *Principum imagines in publicis locis locari ab Augusto cœperunt.*
Imagines Principum loco Asyli delinquentibus habitæ.
7 *Insignia armorum loco imaginum habemus hodie.*
8 *Mastigophori, sive Flagelliferi, qui* Mazerli *vulgo dicuntur, quibus comparentur.*
9 *Insignia Imperatoris, & Regum quæ sint.*
10 *Insignia Romanorum antiquitus Lupus, Minotaurus, Equus, Aper, & Aquila.*
Aquila sola à Romanis in insignia retenta, eod.
11 *Aquila in imperialia ab Octaviano recepta.*
12 *Aquila ab Imperatore cur biceps fiat.*
Columnas quare sibi sumpserit Car. V. in insignia, eod.
13 *Insignia Regum, sunt insignia Regnorum suorum.*
14 *Neapolis diversis usa insignibus diversis temporibus, puta Sirena, Apolline, Hebone idest Baccho, Equo, Asino clitellam excutiente, & hodie bicolore umbone, aureo & rubeo: & quare.*
15 *Hebo, Bacchus deus, unde dictus.*

NOn autem prætermiserim inter P. P. & Viceregem ex insignibus comparationem, quibus etiam privatarum personarum, aliarumque distinctionem, & discretionem habemus, *l. mima, Cod. de episcop. aud. l. stigmata, Cod. de fabricens. lib.10. cap.cum judex, & ibi* Glo. *extra de sententia excomm.* cum aliis per nos allegatis *supra*
1 *cap.* 10. *num.*50. Licet enim diversa fuerint illius insignia, ab his quibus Vicerex decoratur, ritus tamen idem perspicitur. Erant igitur P.P. insignia, quod ex *Not. utr. imp.* & ex Pancir. in eam *Commen.* constat, ligneus abacus, seu potius, ut Pier. sentit *lib.46. de igne augustali* Ara ænea, superinstrata alba mappa aureo limbo circundata, in cujus medio liber collocabatur, qui propterea quod quicquid in administrando

Digitized by Google

ministrando officio faciendum esset, continebat, *liber mandatorum* dicebatur: cujusmodi mandata habentur in universa *Constitut. auth. de mand. Prin.* in cujus altera dorsi parte, Augusti imago insculpta erat; in altera vero tot mulierum imagines quot provinciæ illi præturæ fuberant, quæ *dioeceses* dicebantur: singulæque mulieres, singulos signatæ monetæ calathos, sive canistros, in tributi signum conferebant. In utrisque aræ cornibus quatuor erant faces hinc illinc binæ ut liber in medio situs videretur, eæque accendi solebant in auditorio tempore finiendarum causarum ad augendam Principis, & Magistratuum majestatem. Præfectorum vero Vicariis pro facibus sive cereis, lampadibus utebantur, quod patet ex *edicto Justiniani* 8. Erat præterea in P. P. insignibus eburneum Carpentum deauratum quod quatuor albi equi trahebant. Est autem *Carpentum* vehiculi genus quatrirotum, uni tantum homini vehendo accommodatum; quod quo in posteriorem partem magis vergebat, eo in altum magis tollebatur in semicirculum incurvum; umbella vero carebat, cujusmodi triumphales currus effigiati cernuntur: dictum *carpentum* quasi carmentum, à *Carmenta* Evandri matre, quod ipsa prius eo usa fuisset, Ovid. *lib.* 1. *Fast.*

Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant.
Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor.

Carpento autem vehi tantæ erat dignitatis, ut nec Imperatoris quidem necessarii eo uti possent absque Principis indulgentia: Unde Caligula Agrippinam matrem illo uti decrevit, Svet. teste in *vita* ipsius, *cap.* 15. & Claudius Cæsar Messalinæ uxori item illud concessit, ut ex Dione docet Pancir. in *de Magistrat. municip. cap. de corporib. art. fin.* Soli autem Præfecto præt. aurato carpento uti concessum erat; cæteri enim magistratus argentatæ carrucæ permittebantur eæque intra urbem tantum: qua de re ita statuit Gratianus in *Constit. de honorator. vehic. lib.* 11. *Omnes honorati, seu civilium, seu militarium,* (munerum supple) *vehiculis dignitatis suæ, idest Carrucis intra urbem sacratissimi nominis semper utantur.* Eas vero carrucas, argentatas fuisse ex instituto, notum est ex §. *quæcunque igitur, Constit.* 24. *de præs. pisid. collat.* 4. *Carruca* vero vehiculum est, etiam nobis notum, quando innumeræ ejus speciei apud nos videntur: & à barbaris corrupto nomine, *Carroza* dicitur. Sed hic, quis tempestatis nostræ luxuriei non malediceret? quæ in tantum crevit, ut vulgaris quisque carruca utatur aurata, quæ jam olim non nisi argentata, & summis quidem Magistratibus permittebatur: ipsas autem argento cælare Romani prius cœperunt, Plin. *lib.* 33. *cap.* 11. Tandem inter P. P. insignia erant Principum (ideſt Imperatoris & uxoris) imagines. Eæ in una tabella ad humeros usque insculptæ erant, ita ut alteram altera inspiceret, viri à dextris locata, sub quibus Cornucopia effingebatur: & istæ quidem imagines, in publicum prodeunti Præfecto præt. supra auratum Cylindrum sive Balaustium, vel Columnellam

tripodem ad candelabri instar elatæ, præferebantur, æque ac Sacerdotibus provinciarum, ideſt Episcopis Archiepiscopisve, eorum insignia & dignitatis ornamenta præferuntur, ut est argentea crux, pastorale baculum, mithra & ejusmodi, de quibus intellexit Valerian. A. in 5 *l.5. Cod. de jurejur.* ut per Pancir. in *Notit. par.1.capit.22.* Idque sane intelligendum venit cum Præfectus procedebat; *Procedere* vero tunc dicebatur, cum solemniter præmissa pompa egrediebatur; cujusmodi ritum videmus, tum in ecclesiasticis, tum in sæcularibus dignitatibus observari. In ecclesiasticis quidem statis ab ecclesia temporibus: in sæcularibus vero cum res exigit. Qui actus *Processus* & *Processio*, (ut vulgo etiam dicitur) 6 *l.1. Cod. de sentent. pass. l.nam & Imperator, Cod. de donat. int. vir. & uxor.* Principis vero imagines, nedum ad P.P. insignia, verum & ad aliorum Magistratuum adhibebantur: imo in foris locisve publicis, & aliquando in privatis ædibus locabantur; quod ab Augusto incepit. Unde postea per totum orbem circumferri solemne fuit cum primum quis Cæsar creabatur: quod ex Josepho patet *lib.2.de bello Jud.* & Zos. *lib.4.* & 8. Herodian. *lib.8.* secundum Pancirol. in *Notit.Orient.Imper. cap.24.* sicut & hodie Arma affiguntur, vel Pontificis, vel cujusvis Præsulis, vel Regis instituti. Moris autem fuit aliquas ex iis imaginibus, quo religiosiores haberentur, publice consecrari: ad quas qui confugerent, tanquam in asylum, quocunque facinore culpabiles liberarentur, excepto læsæ Majestatis, de quibus habetur in *l.5.ff.ad Jul.majest.* in *l.capitalibus, ff. de pœn. tot. tit. Cod. de stat.& imag.* & *Cod.de iis qui ad* 7 *stat. confug.* Utcunque tamen sit, hodie Viceregis insignia, sunt sceptrum & Principis Arma: arma enim hodie loco imaginum succesſerunt, secundum Pancir. *loco præcitato*, & Cassan. in *Catal. par.1. consid.*38. ubi miratus fui P.P. insignia non posuisse, cum cæterorum posuerit omnium, eaque omnia in solemnibus processionibus & equitatibus, ipsi præferuntur: non secus ac P.P. principum imagines. Arma quidem in purpurea serica mappa utrinque depicta ad instar tunicæ, qua indutus qui ei rei perpetuo salario destinatus est, eques ante Viceregem suo loco incedit, ut tam ante pectus quam post humeros Arma videantur, à quibus armis denominatus, *Rex armorum* dicitur: ante eum, immediate quatuor præeunt sceptrigeri duplici ordine distincti, (prout reliquus processus omnis) hinc inde duo, qui deaurati argenti sceptra ferunt, & vulgo *Mazerii* dicuntur, quod est ac si latine flagelliferos, vel græce, Mastygophoros diceres. Hi lictoribus qui fasces & securim ante Præfectum prætorii ferebant, æquari possent. Nec solum in procedendo, verum & in prætorio Principis arma constituuntur, prout in quovis opere publico: quinimo & supremi Magistratus, ideſt Regentes Cancellariam, & alii, eadem arma in suis prætoriis in viridi panno amplissime effigiata, in insignia habent. Olim etiam Magistratus, principis imaginem Phrygio compositam opere, 9 an-

Digitized by Google

ante pectus consutam gestabant, qui mos dein abolitus fuit, eodem Pancir. authore. Imperatoris insignia multa sunt, de quibus agit Cassan. in *Catal. par.* 1. *consid.* 38. *concl.* 1. Restaur. Castal. in *tract. de Imper. quæst.* 71. nempe diadema, sceptrum, corona, ensis qui nudus ante ipsum præfertur in Processionibus, & globus terrestris Orbis: nudum ensem etiam Rex habet in insignia, qui in Regno suo Imperialia habet jura, ut alias diximus. Præcipuum autem ex imperialibus insignibus est Aquila; quam ex Romanorum insignibus sibi receperunt: primo enim Romani quinque animalibus in signa utebantur, Lupo, scilicet, Minotauro, Equo, Apro, & Aquila. Eaque omnia in aciem portabantur. Dein tantum Aquila portari cœpit, reliquis in castris relictis: tandem C. Marius in secundo consulatu Aquilam solam in insignia retinuit, cæteraque penitus abdicavit, ut author est Plin. *lib.* 10. *cap.* 4. Veget. *lib.* 2. *cap.* 6. Sveton. in *Calig. cap.* 14. Castald. *quæst.* 89. & 70. Eam sibi postea Octavianus A. vendicavit bonum ob omen quod statim in Imperii sui initio, ipsa prænunciavit. Composita enim pace inter ipsum, & Lepidum atque Antonium, universoque Rom. Imperio inter se distributo, statim Aquila super tentorium ejus stetit, duosque Corvos qui pennas ex ipsius alis vellere tentabant, occidit; portenditque Octavianum ipsum, & Lepidum & Antonium eversurum, qui ipsum ex imperio ejicere studebant; quod refert Dion. Nic. in *Aug.* Diviso autem posterioribus temporibus in duas partes imperio, Occidentale, scilicet & Orientale, Aquila biceps fieri cœpit. Carolus autem V. Imperialibus insignibus, binas adjunxit columnas: quas Charion in *chron.* ab Hercula sibi mutuasse dicit, ac si tempestate sua alter Hercules esset: recte quidem, sed Hercule majorem se iis fecit columnis. Hercules enim cum universum subegerit orbem, terminos suæ ditioni posuit, in Oriente quidem Aras, in Occidente vero duas Columnas, putavitque ulterius procedi non posse, Plin. *lib.* 3. *cap.* 1. & *lib.* 6. *cap.* 16. Car. autem V. qui longe ulterius suum Imperio dilatatum habuit, columnas sibi in insignia elegit addita voce PLUS ULTRA.

Peculiare etiam sibi fecere Reges, ut Regnorum suorum Arma sibi in insignia posuerint, quod in Rege nostro videmus, qui propterea quod tantis totque regnis potitur, quot nusquam alius, multiplicibus insignibus uno in umbonem utitur; inter quæ Regni hujus insignia non ultimum sunt demerita locum. Profecto autem diversis temporibus diversis usam fuisse insignibus hanc Civitatem observavimus. In ipso enim principio Sirena septichordem pulsante lyram utebatur, cujusmodi & adhuc in nonnullis videtur locis: quas chordas raro consonas imo fere semper dissonas dicere soleo, cum per septem sive sex voces perpetuo discrepantes hæc Civitas repræsentetur, ut infra de Sedilibus late dicetur, unde Ovid.

---------- *Et in uno corpore discors*
Partenope.

Postea Apollini statuam erexit columba,

lumba, in dextro humero insidente, ut eam Parthenope inspiceret atque adoraret. Ipsa enim Parthenope, non Sirena, sed Eumelis auguris filia fuit, & Coloniæ Calcidensium dux, quæ columbæ augurium sequuta solum Neapolitanum delegit, Stat. *lib.4. Silv.*

Nostra quoque & propriis tenuis nec rara colonis,
Parthenope, cui mite solum trans æquora vecta.
Ipse Dionæa monstravit Apollo columba.

Et alibi ad Jul. Menecratem ob susceptam prolem.

Tu ductor populi longe migrantis Apollo,
Cujus adhuc volucrem læva cervice sedentem
Respiciens blande, felix Eumelis adorat.

Tradit & id Alex. *gen. dier. lib. 2. c. 1.* licet Statiũ non citet, quem ibi Tiraq. refert. Aliquando item Bacchum sub Hebonis nomine coluit, Macrob. *lib. 1. c. 18.* qua de re ita cecinit Pontan. *lib. 1. Uran.* de Neapoli agens:

Hæc annis florentem, oculisque & crine decentem
Hebonem venerata, suos ritus, patriumque
Instituit morem, & sacris jam rite peractis
Urbs Hebona salutat, agrique Hebona frequentant,
Hebona & referunt simul antra & littora & amnes.

Dictus est autem *Hebo*, quia juvenis effingitur ab ἥβη, id est, juventute, quod clare monstrat Pontan. *eod. loco* cum statim subdit:

Hic etenim florem ætatis, reburque juventæ
Et speciem Deus, & formam dat habere decorem,
Oraque luminaque, & moderantes corpora sensus.

Et Phavorin. Ἥβη ἡ πρώτη τετελιχυῖα παίδων. καὶ ὁ τελειόμηνος ἐκῶς πως. ἔτι καὶ ὁ καιρὸς καθ' ὃν γίνεται τοῦτο. ἐξ οὗ παρωνομάζεται ὁ Ἥβων, id est: *Hebe prima pudendorum pubes, & locus is qui pubescit, & tempus quo id evenit, unde denominatur Hebo.* Extat in hac urbe inscriptio huic Deo ab Jun. Aquila facta his verbis:

ΗΒΩΝΙ
ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩΙ ΘΕΩΙ
Γ. ΙΟΥΝΙΟΣ
ΔΙΚΤΑΛΑΣ ΝΕ
ΩΤΕΡΟΣ ΣΤΡΑ
ΤΕΥΣΑΜΕΝΟΣ
ΕΠΙΤΡΟΠΕΥΣΑΣ
ΔΗΜΑΡΧΗΣΑΣ
ΜΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΣ

Citatur hæc epigraphe à Petro Apost. in *inscriptionibus Italiæ*, à Greg. Gir. in *de Deis Gentium Syntagm. 8.* & ab Adnotatore quodam Pontani: nemo autem ultimam dictionem μυκελαρχήσας adducit, sed unanimiter ita vertunt.

ME-

Digitized by Google

HEBONI
ILLUSTRISSIMO DEO
C. JUNIUS
AQUILA JUNIOR
MILES
PROCURATOR
TRIBUNUS.

Quod inde fortaſſe evenit, quod ejus vocis thema haud facile inveniri potuit; unde eam prætermittere quam male interpretari maluerunt: ego autem aſcribere non dubitavi, ſicut, & non intelligere fateri non erubeſco. Si tamen conjicere licet, in ea immutatæ literæ errorem Sculptoris incuria ineſſe puto; ut ſcilicet non μυκτλαρχίους, ſed μυκαλαρχίους legendum ſit, ut notetur Jun. hic Aquila Mycale Cariæ civitati Præſes fuiſſe: ſicut & σπρατιωμένον, non militem, ſed militia perfunctum, ideſt Veteranum ſignificat, & ἐπιτροπεύσας non procuratorem ſed procuratione functum, & ὑπαρχίους non tribunum, ſed qui Tribunatum egit. Sed hoc obiter. Aliquando, & equum noſtra hæc Civitas in inſignia habuit, qui & adhuc inſpicitur in aliquibus Civitatis partibus, eumque ex Caſtore & Polluce ut ſuo loco diximus, ſibi uſurpavit. Duo Galli Authores, nempe Jo: Nevizan. in *Syl. nupt. lib. 4. c. nubendum, n. 153.* & Caſſan. in *Catal. gl. mun. par. 1. concl. 17.* & Colen. in ſuo *Compen. hiſt. Reg.* Aſinum clitella oneratum aliquando in inſignia habuiſſe dicunt, qui antiquam ſellam uno ex latere prementem calcitrando deponat, & poſtea novam ſubire cogatur, quæ ipſum ex utroque premat. Quod quidam crebræ Dominorum mutationi, diverſis ex nationibus venientium aſcribunt, ut ſcilicet ubi eſt novus Rex nova etiam ſit lex; qua de re Jul. Cæſ. Scalig. *poet. lib. 3. c. 28.* de Italia loquens his verbis conqueritur: *Verum hoc fatale fuit ſemper miſerrimæ amentiſſimaque nationi noſtræ, ut perpetuo mallemus Dominos peregrinos.* Ex quibus perſpicuum eſt quantum Philippo domino noſtro debemus, qui longe juſtius & ſanctius nos regit, quam ut aliorum dominorum deſiderium habeamus. At quicquid id ſit, hodie in inſignia habemus Umbonem duplici diſtinctum colore, luteo ſcilicet, & rubeo, quod ad antiquæ, in Solis & Bacchi, venerationis ſignum referri poteſt; ſive Lunæ, quæ matutino tempore ut plurimum rubea videtur, licet alii dicant hæc Arma à Nortmannis nobis tradita fuiſſe, qui primi, Regni titulo hanc Civitatem decoravere, propterea quod, & auri, qui eſt color luteus, & virium uſque ad ſanguinis fuſionem, qui eſt color rubeus, fuit ipſis copia ſubminiſtrata. Ut autem ſic finiam, Sanctos etiam ſuis notari inſignibus haud erit ab re dicere, iiſque poriſſimum inſtrumentis, quorum cruciatibus de inimicis palmam portantes, cœlorum regna ſunt adepti, vel ſi qua re mirabile

Digitized by Google

bile quid fecerint cooperante Domino. Unde D. Petri insignia crucem esse videmus; D. Pauli, ensem, & sic de reliquis.

ADNOTATIONES

Ad *Num.* 3. *Est autem Carpentum.*

De materia carpentorum & rhedarum idque genus vehiculorum, & quæ mulis, quæve equis traherentur, & quæ publico cursui comparata essent, habes multa & opportune ex Guid. Pancir. in *Notit. imper. orien. cap.* 6. & ex Jo: Goras. in *Miscell.*

Carpentum vehi tantæ erat dignitatis.

B Quod de Carpento dicit, ad omnia voluptatis causa comparata vehicula extendere potes, & Liv. est author *lib.* 5. *ab urb. cond.* Senatum gratitudinis causa permisisse matronis Rom. ut carpento uti possent in sacris ludisque peragendis, propterea quod aurum tribuerant ad conficiendam coronam Apollini à Camillo votam. Hodie nostrorum temporum lubricum luxum detestatur Germanus meus, de hac potissimum carpentorum rhedarumque & carrucarum profusa licentia, quibus quisque, parum abfuit quin dixerim, pilio idque genus hominum excrementa & feces uti videtur, maximo cum publico tum privato damno; dum immodici eam ob rem sumptus fiunt, optime consultum esset si talis undique dilapsa libi-
C do reprimeretur, sicut Hispanæ Mantuæ, vulgo *Madrid*, apud Regis aulam, magnam in partem repressam audimus, ubi statutum est ne quis carruca utatur nisi quatriga, idest quæ quatuor trahatur equis: *certe enim* cum non omnes eum sumptum dilapidare valeant, arctior est carrucarum numerus, & subditorum bona in meliorem destinantur usum. Id addam quod de Nerone scribunt, quippe cum iter conficeret non minus mille secundum comportabat carrucas, additque Alex. ab Alex. *lib.* 5. *cap.* 26. mulos primum carrucis jungi cœpisse; fuisse autem Reges quibus à canibus, alios à cervis, alios à tigribus, sua trahi carrucas libuisse, secundum eundem, *lib.* & *cap.* 6.

D *Num.* 9. *Præcipuum autem ex Imperialibus insignibus est aquila.*

Erant inter Imperatorum insignia & virgæ laureatæ quæ ipsis præferebantur cum procedebant, secundum Herodian. *lib.* 7. de quibus Imperialibus insignibus, item & de Aquila vide Alciat. *lib. parerg.* 5. *cap.* 13. & faciunt quæ adnotavimus in *cap. præced.*

Num. 12.

Digitized by Google

Num.12. Aquila biceps fieri cœpit.

Aquilam bicipitem Carolus V. prior excogitasse dicitur, causam eam autumant, quod cum esset Rex Hispaniæ, cujus insigne est aquila, electus in Imperatorem, qui item aquila insignitur, duo illa insignia in unum conferere voluit eo modo, præsagium Imperii ita cum sua Sereniss. stirpe concorporati, ut nunquam sit timenda divisio. Verumtamen non defuere qui pro ingenii acumine alia dederint ei rei interpretamenta, cujusmodi est id Blosii Palladii Romani, adductum à Castaldo in *tract. de Imperat. quæst.79.*

Picta biceps aquila, hinc occasum, hinc dum aspicit ortum,
Alter, ait, nostri est Cæsaris, alter erit.

Vide autem an ea inventio alii quam Car. V. debeatur, nam ante ipsum biceps aquila usui fuisse scitur.

Num.14. Aliquando item Bacchum sub Hebonis nomine.

Sunt qui *Hebona*, Solem esse dicant, quod etiam Germanus innuit hoc eodem loco.

Num.15. Crebræ dominorum mutationi.

Vide Restaur. Castald. in *tract. de Imper. quæst.* 93.

SUMMARIUM

CAP. XXI.

1 *Adoratio quid, & quotuplex: latria, hyperdulia, dulia adorationis species.*
2 *Adorare quid sit, & unde dicatur: ador, sive adoreum quid.*
3 *Adorare, verbi nova ethymologia.*
4 *Adorare olim pro gerere, unde Adoratores Legati, quia aliorum negotia gerunt.*
5 *Adorandi actus quomodo proprie fiat.*
6 *Adoratio quare Principibus tribui cœpit.*
7 *Adoratio Cyro primum tributa.*
8 *Adoratio aliquibus Principibus exosa, aliquibus affectata.*
9 *Adorando, Regibus pedes osculari solitum.*
Pontifex Max. septem in partibus osculatur adorando, eod.
10 *Veneratio in transeundo per sacra fana, quomodo fieret à Romanis, & quomodo à nobis*, & num.sequen.
11 *Manus osculatio honorifica & antiqua est salutatio.*
12 *Imagines Principis aliquando adorari jussum.*
13 *Obsequium in alios multi fit modis, iique enumerantur.*
14 *Archiepiscopi Neapolitani ingressuri ritus.*
15 *Adoratio & Salutatio quid differant*, eod.
16 *Magistratus, quisque salutare te-*

Digitized by Google

tenetur, & sup.num.13.

17 *Principem salutare, ex privilegio conceditur.*

18 *Adorationem Romanis Principibus faciendam, ex Diocletiano primum constitutum.*

19 *Salutatio ad omnes extenditur.*

20 *Salutandi formulæ variæ,* Ave, Salve, Vale, *& earum usus.*

21 *Mortui apud antiquos cum tumulati essent salutabantur.*

22 *Adorandi Viceregis, ritus & tempora.*

23 *Principis copiam populo fieri Reipublicæ maxime interest.* Corteggiare & Cortegiani *vulgares voces unde dicti.*

24 *Salutans inimicum præsumitur remisisse injuriam, & qui non salutat amicum præsumitur inimicus.*

INGRESSUS PALATIUM NOSTRA CONSUETUDINE FREQUENTER ADORATUR, ET TALE OFFICIUM MOREM VIDETUR SOLVERE, QUOD ALIOS POTUIT ACCUSARE. *Ingressus Palatium*: si de eo Præfecto præt. intelligamus, qui Prætorio, ubi ipsemet residebat Imperator, præficiebatur, plana est litera: sin de eo, qui in longinquas mittebatur provincias, puta in Orientem in Illyricum, &c. (quod ad Viceregis comparationem facit) ingressus palatium, intelligetur cum administrationem susceperit, idest ut ajunt, cum possessionem cœperit; qua forma loquutus est Marcellus in *l. Publius Mævius, ff. de condit. & demonstrat.* *Nostra consuetudine*, idest, quemadmodum nos sueti sumus adorari: & dicit, *Frequenter*, quod intellige in certis solemnitatibus; non enim semper adoratur. Et tale officium morem videtur solvere, quod alios potuit accusare. *Tale officium*, scilicet, Præfecti præt. solus enim, ipse ex cunctis Magistratibus adoratur: vel *Tale officium*, scilicet adorationis, morem videtur solvere, idest patet quod sit præter communem morem: adoratio enim non debetur nisi soli Principi; & qui sese permittit adorari, Principis sibi jura usurpat. Præfectus igitur præt. in eam devenit magnitudinem, ut ipse tuto facere possit, quod in aliis capitale esset: & hoc est quod dicitur; *Quod alios potuit accusare*: certe dubio procul accusaretur & puniretur, qui Principis jura sibi vindicare auderet, ut Præfectus præt. facere videtur dum adoratur. At videre oportet quomodo Principi debeatur adoratio, quæ soli Deo convenit: est autem adoratio, exhibitio venerationis & reverentiæ; eaque est triplex: una quæ soli Deo debetur, & suo nomine, *Latria* dicitur: unde si talis honor Deo debitus, tribuatur idolis, idest statuis, & imaginibus, in quibus dæmon inhabitans, sive assistens, mirabiles & vitales operationes agit, *Idolatria* appellatur: res penitus execranda, & qui id agunt, *Idolatræ*. Altera adorationis species est, qua Christi Salvatoris humanitatem, insuper & ejus Matrem Mariam Virginem honoramus; & ista *Hyperdulia* nuncupatur. Tertia, quam Sanctis Dei eorumque reliquiis tribuimus, & hæc *Dulia* vocatur, ut est videre *lib. 3. sent. dist. 9.* & ibi per sacros Theologos.

Digitized by Google

logos. D. Auguſt. *de Civit. Dei* ſæpius, Georg. Reſch. in ſua *Margarita, lib.7. tract.2. cap.22.* Gyrald. Lil. *de Deis gent. ſyntag.1.* Eſt autem *Adorare*, venerari, colere, ſupplicare, deprecari, & ſi quid his eſt ſimile: ejus vocis originem diverſi diverſe agnoſcunt. Non. Marcell. & eum ſequutus Priſcian. ab *Ador*, ſive *Adoreo* dici voluit: cujus hæc ſunt verba: *Ador frumenti genus quod epulis, & immolationibus ſacris pium putatur, unde & adorare propitiare religiones poteſt dictum videri.* Valla autem, ut refert Cœl. *Adorare*, idem eſſe ac *ore precari*, voluit. Sed huic refragatur Nicol. Perot. qui mente potius quam ſermone adorationem fieri, dixit: pro quo eſſe videtur Jambl. *de myſter.* 3 Rhodig. *lib.4. cap.25.* Nos autem aliunde flectimus, nempe à græca voce, Ἄδωρος, quæ muneribus & largitionibus incorruptum & invictum ſignificat, ab α privativa particula, & δῶρον donum, quod ſcilicet donis & muneribus non corrumpatur Deus ut homines, ſed tantum pia mentis veneratione & humilitate placetur: pro qua expoſitione eſt, ni fallor, opinio Peroti, quam plurimi facio, qui adorationem mente fieri ſentit: & Don. in *Ter. Phor. actu 2. ſc.1. Adorare precibus*, eſſe ait. Quod quidem annuit & Proph. *Pſal.50.* cum ait: *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem, utique holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* Spiritus igitur ipſe contribulatus, pio mentis affectu & intimo cordis dolore adorans Deum & precans, eſt ipſi Deo ſacrificium. Nec obeſt quod & Deo aliquando elargitum inveniamus, ut fuit in trium Magorum adoratione in præſepio, quia id factum fuit in dominii recognitionem, non autem in corruptionem: fuit enim illi datum id, quod ſuum erat, ſicut omnia ſua ſunt: quod autem meum eſt mihi dari in corruptionem nequit. Quicquid autem ſit, apud antiquos, ad Deum ſemper relatam adorationem legimus, Virg. *Georg.1.*

In primis venerare Deos.----

Et infra.

Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret.

Et *Æneid.1.*

---- & quiſquam numen Junonis adoret.

Præterea? aut ſupplex aris imponat honorem?

Item 3.

Junonis magnæ primum prece numen adora.

Aliquando tamen pro ſuo ſimplici, *oro*, uſurpavit idem author ſecundum Erythr. *lib.10.*

-----vos o potius miſereſcite venti.

In rupes in ſaxa (volens vos Turnus adoro,)

Ferte ratem----

Et *Adorare* apud antiquos pro agere ſive gerere uſurpabatur, unde Legati, quia Reipublicæ cauſam & negotia gerebant, *Adoratores* dicebantur, Feſtus: unde adhuc apud nos *Oratores* dicuntur, ut *infra* dicemus, ubi de Legatis agendum erit. Profecto adorandi actus ſit proſtratis genibus, unde legitur *Geneſ.18.* quod Abraham adoravit in terra; & *cap.19.* Loth adoravit Angelos prono in terram,

ram, & *cap.*33. Jacob ſepties adoravit pronus in terram, donec appropinquaret frater ejus, & Magi procidentes adoraverunt Jeſum, *Matth. cap.*2. Et quanquam hujuſmodi adoratio, ſolius eſt Dei per ſe & præcipue; hominibus tamen tribui etiam cœpit, & præſertim Principibus. Rationem autumo eam, quam ex Fab. Pict. *ſupra* adduximus, nempe quia Principes cum juſti eſſent & religionibus dediti, jure habiti Dii & dicti. Ita Perſæ, Medi, & Indi Reges ſuos adorabant, templa & altaria erigendo, cujuſmodi adorandi cultum Cyro Perſarum Regi, primum delatum ait Arria, Nicomed. quod cum & Alex. Magnus in ipſum etiam fieri vellet, quod Jovis ſe filium putabat, fuit illi à militibus exprobratum, quod ſatius duceret ſe meretricis filium appellare, dum Jove natus credi mallet, quam Philippi Regis ex juſta uxore. Mos iſte & ritus adorandorum Regum apud Judæos, etiam tempore Chriſti Salvatoris in uſu erat, ut ex *Matth. cap.*27. colligitur, ubi ait: *Et genuflexo ante eum illudebant ei dicentes: Ave Rex Judæorum.* Leguntur autem & Principes qui adorationem recuſarunt, quod de Alex. Mag. traditur. C. vero Calig. nedum regio, verum & divino ritu adorari voluit; velato ſcilicet capite, quemadmodum Sacerdotes ſacrificaturi incedere ſolebant, quo in vitio, ſicut & in aliis multis, imitatorem habuit Domitianum, qui ut ſuum adauge-ret ſcelus, juſſit ut homines ſibi proſtrati pedes exoſcularentur, Auth. Dione *lib. ult.* Svet. in *Vitell.* Laert. Eutrop. in *Dioclet.* idque & aliis aliquando Imperatoribus arriſit, Zonar. *tom.*3. *Cum Britannio* (inquit) *Regis inſignia exuiſſet, plebejo habitu pedes Imperatoris tenuit*, item & *tom.*2. Sen. *de benefi. cap.*12. Laert. in *Domit.* Dion. in *Calig.* Amm. *lib.*15. Svet. in *Oth.* Gl. in *l.*1. *Cod. de domeſt. lib.*12. Unde Imperator cum adoratur numen in ſe eſſe oſtendit, *l.*2. *Cod. ut dignit. or. ſer.* Lancell. Conr. in *Tem. omn. jud. lib.*1. *cap.*1. Apud aliquas tamen nationes id ſolemne fuit, ut Regibus pedes oſcularentur, quod de Parthis ſcribit Mart. *lib.*10.

Ad Parthos procul ite pileatos
Et turpes humileſque ſupplices-que
Fictorum ſola baſiate Regum.

Et Pontifici Maximo de more oſculatur pes in adorando; item & Imperatori, Gl. in *l.*1. *Cod. de domeſt. lib.*12. Jo: de Plat. in *l.*1. *Cod. de ſilentiar. lib.*12. Caſſan. in *Catal. par.*5. *conſid.*33. Id autem notandum quod S. Pontifex ſeptem in partibus oſculatur, in ore ſcilicet, in pectore, in humero, in manibus, in brachiis, in genibus, & in pedibus; quod non eſt abſque myſtica ſignificatione, ſecundum Innocent. in *tract. de ſolemn. miſſ. lib. ult. cap.*6. quem nondum in lucem editum allegat Reſtaur. Caſtald. in *tract. de Imper. quæſt.*64. Ubi & addit quam ſalutationem faciat Imperator in coronatione, quæve ipſi fiat reverentia, ac de domeſticis & protectoribus Imperatoris, & quæ à Legatis Principum Pontifici electo. Siquidem humanior fuit Adrianus, & Maximinus; qui genua ſibi tantum oſculari permiſerunt, Spart. & Capitol. auth. Idque moris eſſe apud Romanos in ſalutando & renunciando Imperatore,

Digitized by Google

peratore, tradit Eunap. in *vita Edisii*, quem, antiquissimum esse, testis est Homer. *lib. Iliad. 24. & Odiss. 6.* Herodot. *lib. 2* Eurip. in *Hecuba*, Valer. Max. *cap. de human.* Pli. *lib. 12. cap. 45.* Plutar. in *Pomp.* Svet. in *Ner.* Nec genua solum, sed & pectus & caput osculari consuetum fuit, Plut. in *Bruto*, Marcellin. *lib. 28.* Sidon. Apollin. *lib. epist. 1. ad Mincium*. Ad manus autem osculationem, quia honoris gratia id ab Imperatoribus permittebatur, pauci admodum admittebantur, Homer. *Iliad. 24. Odyss. 6.* Seneca *epist. 118.* Plutar. in *Cat. Utic.* & in *Æmil. Capitol.* in *Galli.* Svet. in *Callig.* quem morem servat invictiss. Rex noster, & faciunt Præsules dexteram manum adeuntibus osculandam porrigentes, secundum Polyd. Virg. *lib. 4. cap. 10. de invent. rer.* Cassan. in *catal. par. 1. consid. 26. circ. fin.* & communiter hodie amicis obviam facti manus illis nos osculari dicimus. Et victrices Imperatorum dextras milites deosculari solitos se observasse ait Gregor. Gyr. *de Deis Gent. Syntag. ult.* Ubi & adnotasse addit, Romanos cum fanum aliquod præteribant, manum labris & ori admovere solitos, tanquam Deos venerarentur, quod Deo maxime silentium conveniat: qua de re meminerunt Plin. *lib. 28. cap. 2.* Apul. *apolog 1. & de asi. lib. 4.* & Lucian. non semel. Quod quidem à sacris literis mutuatum videtur. Etenim *lib. 3. Reg. cap. 19.* sic legitur: Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal, & omnes os, quod non adoraverit eum osculans manum. Et *Job cap. 31.* si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima; & negatio contra Deum altissimum. Aliquando autem in admirationem digitus admovebatur ori, Idem *Job. cap. 21. attendite me & obstupescite, & superponite digitum ori vestro*.

Juvenalis.

Cum venerit contra, digito compesce labellum.

Manus autem osculationem in honorificam usurpatam esse salutationem, & nos quotidiano usu videmus, & testantur Plin. in *Paneg.* Svet. in *Octav.* Lil. Gyr. *loc. cit.* Certe in transeundo per fana idest per ecclesias locaque Deo sacra, ad vicem admovendi ori digiti, hodie successit capitis detectio. Non solum autem ipsos Principes, verum & eorum imagines adorandas Jul. Apostata sanxit, ut ait Cedrenus; quod nos Christiani Sanctorum imaginibus exhibemus, cujus legem postea abrogavit Theodosius Aug. *l. 2. Cod. de stat. & imagin.* & refert Pancir. in *Not. Imper. Orient. cap. 24.* Victi etiam Reges victores suos adorabant, qua de re humanissimum illud à Pompejo Magno gestum narrat Dion & ex eo Joan. Xiphilinus. Is victum Tigranem Armeniorum Regem ad se venire præcepit, qui cum eques veniret, equo descendere per lictorem jussit; cum autem vidisset posito diademate procidisse, seque adorare, misericordia motus, eum erexit, coronam capiti reposuit, atque in prima apud se sede collocavit. Obsequium vero & veneratio in alios multis ostenditur modis, scilicet, caput detegendo, semita cedendo, equo descendendo, caput

caput & genua flectendo &c. Aperire caput, obvio Principe vel Magistratu, venerationis causa institutum fuisse refert Plin. *lib.*28. *cap.*6. Valer. Maxim. *cap. de gratis*. Plutar.in *Polit.* & in *problem.* & in *vita Crassi*, Sen. *epist.*65. Blond. *de Rom. triumph. lib.* 9. Semita cedere præsertim mulieribus obviis, Valer. & Sen. *loc.cit.*Svet.in *Tiber.*Diod.*lib.*1. Plaut. in *Trin.* Bud.in *Pan.annot.poster.* Equo descendere obsequii, & reverentiæ præstandæ causa quotidiano est in usu, & antiquissimum fuisse probant Valer. Maxim. *ubi supra, & de testibus in fin.*Gell.*lib.*2. *cap.*2. Senec. *eod.* maximæ enim dignitatis est quempiam ire equitem cæteris peditibus. Unde cum Archiepiscopus Neapolitanus ingreditur suum palatium, ideſt possessionem
14 capit, à Porta hujus Civitatis, quæ *Capuana* dicitur, excipitur eques sub pallio, quod sustinetur tantum à nobilibus peditibus, (populus enim in ea solemnitate locum non habet licet ad expensas in ea faciendas contribuat, ex jussu Aragonen. Regum) & sic eques ducitur ad usque suam eccleſiam Archiepiscopalem. Caput & genua flectere, venerationis & reverentiæ signum est, *Genes. cap.* 4. *Hester cap.*3. Homer. *Iliad.*9. Curt,
15 in *vita Alex.*Blond. *lib.*1. *de Roma triumph.* Inter adorationem autem improprie sumptam, & salutationem hoc interest, quod adoratio tribuitur Principi, salutatio vero administratoribus,Gl.in *l.*1.*Cod.de silentiar. lib.*12. Vicarius tamen Principis salutatur cum omni reverentia, & non sine privilegio, *l.*1. *Cod. de domest. & prot. eod. lib.* quod idem est ac si adoraretur: quæ salutatio, cum ex Regia subjectione procedat 16
ut ex *d.tex.* probatur, quem ad hoc allegat Cassan.in *Catal. par.* 1. *consid.*33. sicut & veneratio, *l. si quis servum, Cod.qui mil.non poss.lib.*12. ibi, *nostram purpuram adorantes*; ad Magistratus etiam ac ad eorum insignia extenditur, quæ veneranda sunt, *l.*1. *§.casum, ff.de postul.* & de Sacra purpura Cassiod. sæpe, & præsertim *lib.* 11. *cap.* 18. 20. & 31. Non autem aliquando defuerunt, qui id controvertere nixi sunt, affirmantes se non teneri alios ex Magistratibus salutare, quam Præfectum prætor. sive Viceregem, & Procuratorem quem *Regentem Mag. Cur. Vic.* nominamus: quod extra Tribunal intelligendum; in ipso enim Tribunali, omnes, etiam causarum patroni, aperto loquuntur capite, & stantes, ex *Pragm.Sanct.* Illustris. Dn. Petri Toleti olim Viceregis, præter personas Illustres, ut habetur in *Auth. ut ab Illustrib. §.sancimus, collat.*5. Cæterum qui id tentare ausi fuere, ideſt Magistratus non salutare, etiam si ex livore aliquo processissent, adacti fuere ad obediendum, nisi in carcerem conjici maluissent, & id tutius est tueri: corporis enim Principis partes sustinent Magistratus,vulgata *l.quisquis, Cod. ad leg.Jul.Majest.* imo Valentin. tribus auri libris mulctandos constituit eos, qui Magistratibus in salutatione reverentiam non exhibuerint, *l.fin. Cod.de offic.diversi.jud. l.*2. *Cod. de prox. sacr. scrin.* Guido Pancir. in *Not. imp.orient. cap.*2. *in fin.*Principem vero salutare non pas- 17
sim nec omnibus licet, secundum Glos. in *l.*1.*Cod.de veter. lib.*12. sed conceditur ex gratia & privilegio,

*l.*1.

Digitized by Google

l.1. Cod.de Comit. & trib. ſchol.eod. lib. l.ſi quis ſervum, Cod. de his qui milit.poſſ.eod.lib.l.ſarcimus, Cod.de conſul.l.2. Cod. de fabricenſ. l.1.Cod. de apparit.præf.ur.l.1. Cod.de apparit. præfect.prat. eod.lib. Principem etiam adorare honori tribuitur, *d. l. 1. de apparit. præf. prat. & d.l.2. de fabricens.* imo pro ſummo beneficio habetur, ut ex Euſeb. refert Cujac. in *l.1. Cod.de comit. & trib. ſchol.* Et licet officiales privilegium habentes à Principe, admittantur ad ipſum adorandum, tamen qui in provinciis officia geſſerunt, non poſſunt ad Principem ingredi adorandi cauſa, *d.l.1. de apparit. præfect.urb.* Et apparitores quidem ſolum durante officio admittebantur ad ſalutandum, Conſules autem etiam depoſito Magiſtratu, *d.l.ſancimus, Cod.de*
18 *conſul.* Non autem erit inutile ſubjungere, ex Romanis Principibus, Diocletianum adorandi conſuetudinem in uſum primo induxiſſe, Eutrop. *lib.9.* Laert. in ejus *vita*, ſed Marcellin. *lib.15.* Silvanum ejus rei authorē facit. Prius enim Principes, ad inſtar judicum, ſalutatos fuiſſe legimus: ſalutatio enim, antę corruptos depravatoſque mores, erat proprium obſequium Principibus debitum; factum autem fuiſſe reor ut poſtquam quiſque ſalutari paſſim ambiret, Principes, quo majus ipſis obſequium, quam privatis fieret, ut par eſt, adorationis cultum ſibi fieri juſſiſſent: ſalutatio enim (quæ etiam ad bene vivendum valde confert, quam ob
19 rem illud tribuitur Catoni, *Saluta libenter*) eſt tam ſuperioris in inferiorem, quam paris in parem, & inferioris in ſuperiorem. Unde Juſtinianus ſalutat non ſolum Præfectos prætor. & reliquos Magiſtratus & Senatum, verum & juventutem cupidam legum in *proœm. Inſtitut.* quod nil mirum, cum & Papa, qui longe eſt Imperatore dignior, omnes ſalutet: ubi id notandum, quod ſi excommunicatum ſalutaverit, illum abſolvere intelligitur, *cap. ſi aliquando, de ſent.excommun. cap.cum olim*, §. *fin. de privileg.* Speculat. in *tit.de legato*, §.*nunc*, *num.*43. Imo non Principes ſolum, verum & Deos antiqui ſalutare conſueverunt, Cato *de re ruſt. Paterfamil.ubi ad villam venit, ubi larem familiarem ſalutavit*. Plaut. in *Amphitr. act.4. ſc.2.*

Nec Bacchum ſalutem hodie, nec Cererem.

Idem in *Bacch. actu 2.ſc.ult.*

Deos atque amicos it ſalutatum ad forum.

Terent. in *Phorm. act.2.ſc.1.*

At ego Deos penates hinc ſalutare domum divortor.

Ovid. *Metamorph.15.*

------ latoque Deum clamore ſalutant.

Idem *lib.2. de Ponto, eleg.8.*

Utque ſalutabam numen cœleſte ſaluto.

Stat. *lib.4. Syl.*

Sæpe novo Janum littore ſalutes.

Sil.Ital.

Patrios Divos clamore ſalutat.

Martial. *lib.8. epigr.8. ad Janum.*

Te primum pia thura rogant, te vota ſalutant.

Claudian. in *Panegyr.*

Inde ſalutato libratis Tybride Lymphis.

Liv.*lib.*30.38:44.& alibi ſæpe, Plin. *lib.7. cap.53.* Sen. *lib.15. epiſt. ult.* Apul. *de aſi.lib.2.* Formæ autem ſa- 20

lu-

Digitized by Google

rotationum licet variæ videantur colligi in *l.2. ff.de off. rect.prov. l.5. Cod.de privil. eor. qui in sacro pal. mil.* communis tamen & generalis hæc est, *Ave*, quod est videre non paucis in locis in *Cod. Theod.* & *l.1. Cod.ne lic.potent.* Jul.Capitol.in *Anton.Pio*. Cum sacerdos fœmina, nomine Trallis, ex more, Proconsulem semper hoc nomine salutaret, non dixit, *Ave Proconsul*, sed *Ave Imperator*, Macrob. *Satur.2. cap.4.* de corvo meminit, dicente, *Ave Cæsar victor*. Interdum etiam dicebant *Salve*, ut Ter. in *Hec. actu 1. sc.2.* Item, *salvere jubeo*, & *salvus sis*: quæ quidem salutandi formulæ erant pro tempore distinctæ. Porro *Ave*, & *Salve*, salutationes sunt venientis; *Vale*, recedentis. Reperitur tamen *Salve* in calce epistolæ Cic. *vale mi Tyro & salve*. Salvere autem non minus dictum fuit Dils, ac salutare, Virg. *Æneid.5.*

Salve sancta parens iterum salvete recepti
Nequicquam cineres.----

Et *lib.7.*

----- *o fidi Trojæ salvete penates.*

21 Vetustas autem etiam mortuos salutabat, cum scilicet ab justis jam factis homines discedebant. Eratque salutatio ambobus his vocibus, *Salve*, ac *Vale*. Virg. *lib.11. Æneid.*

----- *Salve æternum mihi maxime Palla,*
Æternumque vale. -----

Ubi Serv. ex Varr. *Vetustas*, inquit, *mortuos ita suo more salutabat, Salve & Vale, non quod ii valere aut sani esse jam possent, sed quod ab eis semel recedebant, quos amplius visuri non erant*: quo factum fuit, authore Valla *lib.6.* ut *Salve & Vale* sumantur pro discedo, etiamsi cum stomacho & indignatione loquantur. Sed ut ad adorationem revertamur, Principes ipsi visi sunt sibi in ea complacere, cum sibi ipsi ex proprio ore tribuerint titulos, qui ad Deum proprie spectant: & ut taceam de Imperatoribus, de quibus jam aliqua circa rem hanc dixi, Regni nostri Reges eo more sunt usi. Unde in *l.grandis*, & in *l.generalia*, & *l.prosequentes*, *nostra cessitudine*, legitur, & in *l.pœnam*, & *l.cordi*, & *l.accusatorum*, & *l.monomachiam*, *serenitatis nostræ*, *nostræ præeminentiæ*, & *clementiæ imperialis*, & in *l. ob filiorum*, *nostræ pietatis*, *l.specialem*, & *l.privilegia*, *nostri numinis*, *l. cum concessiones*, *l.obscuritatem*, *l.divorum Principum*, *Divis Augustis*, *Divi Rogerii*; & alibi sæpe quod morosum esset prosequi. Adoratio autem quæ Vicere- 22
gi tribuitur, in diebus quibusdam solemnibus & festivis, puta in die Nativitatis, Epiphaniæ, & Resurrectionis Dominicæ fit; ejusque talis est ritus. Vicerege, stato loco, hærente in sella super stratum, & sub magnifico Pallio sita, (quo modo semper sedet cum supplices libellos recipiendi causa sedet) Decuriones, Civitatis totius nomine, & Magistratus omnes, & septem Regni primores Officiales, & Titularii, quos antiquis proceribus comparari *infra* monstrabimus, & Cohortales, idest continui, & militia perfuncti, qui communi voce *Tractenuti* dicuntur, & Nobiles omnes Sedilium, aliique optimates, hilari fronte servatoque ordine, ad eum accedunt, & salutaria proferentes

ver-

Digitized by Google

verba, felicem ipsi inaugurantur & deprecantur solemnitatem; universo prætorio tubis, symphonia & sonitibus resonante: qui salutatione humaniter recepta, cuique suam humanitatem pro cujusque dignitate & qualitate retribuit: hoc ipsum observatur postea Vicereginæ in ejus camera: quod quousque explicetur, & per multum temporis currit spatium, duo hinc inde ordines fiunt, ac à dextris Titularii, à siniſtris Collaterale Consilium stant, loco quique suo, aperto omnes capite: quod, cum juris habeat solemnitatem, hic recensere ad coadjuvandam institutam comparationem, inutile non fuit: quæ enim Principi conveniunt, non ex locali more, ut solent communiter nostrates Jurisperiti asseverare, sed juribus & ratione justificare decet, ne eorum ignorantia nobis contumeliam & turpitudinem inferat, *l.2.§.Servius, ff.de orig.jur.* Hujusmodi igitur ritus etiam apud antiquos observabatur, & die tertio post Kal.Jan.explicabatur, ac *vota Principis salutaria* appellabant, *l.si calumnietur, ff.de verb.signif. l.omnes, Cod. de fer.* & nos *supra* latius in *cap.5. n.23.* Et quanquam hoc de jure prædictis fit temporibus, sæpe sæpius tamen Vicereges singulis festis diebus, benigne sui copiam faciendo, se salutandi omnibus potestatem faciunt, jusque dant sedendi coram ipso, cuique pro sua qualitate. Et Titulariis quidem supremisque Magistratibus, puta Collaterale Consilium, Præses S.C. Locumt. R.Cam. Thesaurarius, Regens M. C. Vic. Secretarius Regni, sellæ sunt paratæ; sediliariis vero nobilibus, item & cæteris nota sanguinis claritate ortis, scamna. Qui quidem mos, quando non alias, saltem inde laudabilis redditur, quod mutuam generat benevolentiam, & ardentiorem in Principem devotionem: quod, præterquam quod dictis Nobilibus multum afferebat honoris & dignitatis (sedere enim prope dominum honor est, Glos. in §. *aliam*, in *ver. altiori*, *Institut. de honor. possess.* Bald. in *l. observare*, §. *antequam vero, in fin. ff. de off. procons.* & *leg.* & alia per Cassan. adducta, in *Catal. gl. m. par.1. consid.12.*) Reipublicæ, maximæ erat utilitatis, eo enim modo quicquid in Urbe & in Regno per singulos committitur, vel omittitur, sciri facillime potest. Hic autem mos usque ad Ducem Alcalanorum observatus fuit. Successores enim Vicereges gravibus occupati negotiis illum non sunt sequuti. Et actum istum, singulis scilicet festis diebus, salutandi Principem, Isern. in *cap.1. qui succ. ten. Cortisare* appellat, & qui id faciebant, *Cortesanos*, atque inde deductum ait quod *Valvasores*, (ita appellat eos qui feuda à Principe acceperunt) in ejus Cortem eundo, ipsum salutabant, in subjectionis confessionem. Et nos hodie *Cortegiare* dicimus, cum quis nullo ligii nexu, sed sola ejus voluntate motus, alicui obsequitur persæpe & comitatur, & famulatur; & qui id agunt *Cortegiani* dicuntur. De quibus item loquens idem Isern. in *cap.1. quis dic. Dux*, ait ipsis non esse præcludendas fores ad Imperatorem adeundum; digni sunt enim stare ad portas domini, & in eas intrare ob receptum beneficium, quod notat etiam Alvar. in *prin.* Quibus autem de jure pateat ingressus

23

24

25

Digitized by Google

ad Imperatorem differt Reſtaur.Caſtal.in *tract.de Imper.quæſt.*83. Ea eſt tandem ſalutationis vis ac nobilitas, ut ſi quis inimicum ſalutaverit, injuriam remiſiſſe præſumitur: & contra, ſi quis amicum non ſalutaverit, inimicus habetur, ut ex multis probat Lancell.in *proœm.ſuarum inſtit. ver. ſalutem*.

A

ADNOTATIONES

Ad *num.*11. *Manus autem oſculationem*.

De oſculandi more atque conſuetudine apud antiquos conſule Alex. ab Alex. in *genial. lib.*2. *cap.*19.

*Num.*14. *Cum Archiepiſcopus Neapolit. ingreditur, à porta hujus Civitatis, quæ Capuana dicitur*.

B

Certe non ex præſcripto per Capuanam ingreditur portam, ſed in ejus eſt optione per quam velit ingredi. Cum autem ejuſmodi ingreſſionem complicato, ut ſic dicam, indice commonſtrarit Germanus meus, ego rem tantæ ſolemnitatis non ſic negligendam putavi, eoque magis quod is ipſe Germanus in Proregis ingreſſu explicando latiuſcule divagatur, & tamen nihilo eſt minor populorum plauſus in hujus quam in illius adventu; quin nimo tanto major, quanto ſpirituale corporali præcellit, ad quod ſtimulum præcipue addidit jam nunc ingreſſus affinis noſtri Alphonſi Geſualdi
C Epiſc. Oſtienſ. Sacri Collegii Decani Cardinalis, Neapoliſque præſulis. Qua igitur die eſt ingreſſurus, univerſa commovetur Civitas præ jubilo exultans, civeſque ipſi continuo agmine currunt recurruntque atque occurrunt, devotæ oves ſuum agnituræ paſtorem, nec titulorum ſtemmata, nec nobilitatis fulgor, nec paupertatis rubor, nec ætatis imbecillitas debilitaſve, nec operum expediendorum neceſſitas quemquam retardat quin rebus quibuſcunque poſthabitis, omnes illo confluant, & æqualis rhedarum carrucarumque copia, par titulariorum & procerum matronarumque magnificentia, geminus omne genus populorum plauſus & exultatio, ubique inſpici-
D tur, totaque indeſinenter die omniũ templorum campanæ compoſitis ſonant modis, reſonantque campanaria, & urbs univerſa dulci repletur concentu, ut omnes uno jubilare videantur animo: cum autem ingreſſionis hora propinquat, omnes religioſi, quorum numerus innumerus eſt, omnis generis habituum, quique in ſuas redacti claſſes duplicique coordinati ordine, ſingulis claſſibus crucem ſuam ſuaque inſignia geſtantibus, ſolemni ſacraque pompa extra civitatis portam qua eſt ingreſſurus occurrunt: tum clericorum non minor copia ſuccedit, albis ſuperindumentis candidati omnes. Et certe jucundiſſimi ſunt viſu tot Dei milites in longiſſimam productí ſeriem ſervatoque procedentes ordine, & habituum diverſitas, cruciumque viciſſitudines, & inſignium conſpicuitas omnino fugant quicquid tædii,

Digitized by Google

dii, prolixitas afferre posset. Ante portam suggestus stratus est sericus; A
in angiportu autem conspicuus paratus est thronus item sericis instratus
stragulis, atque serico auro contexto, superobumbratus umbraculo, quod
baldacchinum appellant, ego *cululum*, idest parvum cœlum appellare au-
sim; propterea quod instar cœli ad præsulis caput acclinat; ut sic illius digni-
tatem, qui Summi Pontificis, qui Christi vivi gerit vices, demonstret.
Ubi igitur illo pervenerit Præsul, cui longum itinerIs spatium à suffraga-
neis aliisque multis Episcopis atque Titulariis & proceribus solemni ritu oc-
curritur, in suggestu genuflectit, crucemque illi à Primicerio pontificium
induto, deosculandam oblatam, osculatur; dein thronum scandit, suisque
exutus, pontificis induitur vestimentis, mitraque caput obtegit: inter
vestiendum autem atque orandum, musicus chorus sacras concinit oratio- B
nes ad id præscriptas; eoque habitu albam conscendit equam studio ad id
comparatam, atque, ut celebritas exposcit, albis iisque pretiosis tegumen-
tis exornatam, & sic eques excipitur sub alio cœlulo sive pallio, quod octo-
nae subsistinent hastæ, singulæque portantur à singulis equitibus illius sedi-
lis, cujus sub cura est porta per quam ingredi mavult, nudis capite. Cœ-
lulum autem de more fit à Civitate cum pinnis imagine Divi Januarii, in-
signibus Summi Pontificis, Regis, Archiepiscopi, & Civitatis figuratis,
eoque modo procedit. Processus vero ordo is est: Omnium primi procedunt
regulares omnes omnium religionum geminis ordinibus, ut diximus, eos-
que in classes atque ordinem distribuit Magister cæremoniarum, ac loca
assignat, sequuntur hos clerici seculares duplici etiam ordine coordinati, C
hisque & illis subinde canentibus, post hos Hebdomadarii Archiepiscopa-
tus, item & Chorus musicus, indesinenter concinentes. His succedit
Virgifer Archiepiscopi eques, quem *Mazerium* dicunt, is est qui pastora-
le baculum in pompa portat erectum. Post eum venit crucifer item eques,
qui scilicet munus habet gerendi crucem ante Archiepiscopum, post hunc
incedunt Canonici Archiepiscopatus pedites, solemnibus indumentis ami-
cti. His succedit Vicarius quem sibi eligit Archiepiscopus, & demum Ar-
chiepiscopus ipse quo diximus modo equitando sub umbraculo; stipatus
nedum suo, verum & Proregis famulitio, idest celeribus peditibus, quos
Prorex honoris causa ac ad arcendas turbas ad illum mittit. Nefas autem
esset quempiam præsuli, nedum sub umbraculo sed nec extra, adequita- D
re, quod jus habet Syndicus cum Prorege in ejus ingressu & alias, ut subin-
de repetit Germanus in hoc libro. Eo itaque modo ad matricem eum du-
cunt ecclesiam. Inter eundum autem ingens illa populorum colluvio, quæ
visendi causa undique confluxit, humillime genu se flectit, & præsul sa-
lutari signo illis benedicit: cum perventum est ad templum, pallium
quidem diripienti, equo vero, simul ac Archiepiscopus descendit, cedit
Decurionibus Civitatis, qui ipsimet præsuli dono reddunt; quandoque
autem Decurionum Cursores, idest Porterii eam sibi capiunt. Archiepi-
scopus vero ingressus templum, depositaque mitra, immittit incensum in
turibulum Primicerio ministrante arcula, atque aqua benedicta se alioque

Digitized by Google

A aſpergit: dein reſumpta mitra, ab eodem Primicerio ter incenſo ſuffumigatur; ac ad majus altare accedens in ſuggeſto ibi parato genuflectit, ſacramque Euchariſtiam adorat: interim muſicus chorus modulatur hymnum, *Te Deum laudamus*; quem Primicerius intonuit: aliæque orationes de more dicuntur, tum Archiepiſcopus ad ſolium Archiepiſcopale aſcendit, ac in trono ſedet, ibi eum Canonici atque hebdomadarii aliique adorant, ac in præſulem agnoſcunt, deinde iterum ad altare accedit, benedicit populo, ac dimittit, iſque ſacrarum cæremoniarum finis. Poſtquam autem ſub baldacchino ſive tuſſello excipi ac per urbem efferri præſulem diximus, eſtque baldacchini non infrequens principibus & ſpiritualibus & ſecularibus uſus, non incongruere putavimus pauca de illo proferre; & ea quidem, quæ
B præ manibus ſane obſervare potuimus, ne Proregis authoritatem atque eminentiam, circa quam Frater in hoc libro quam late diffunditur, negligere videamur, ex reg. text. in *l. item apud Labeonem*, §. *ait prætor*, *ff. de injur.* Iſern. in *prælud.* Gloſ. Parienſ. *tit.* 2. §. 50. *num.* 12. quandoquidem nedum ipſius Proregis in palatio inſigne eſt, verum & quocunque iverit, etiam domi privatorum umbraculum illi paratur. Verum enimvero quid in praxim receptum ſit ea de re cum Archiepiſcopus una cum Prorege in eccleſias aliave publica loca convenerit ad pia obſequia Deo exolvenda ſolemniaque concelebranda feſta, non ab inſtituto alienum duximus indicare: eoque huc proclivior fui, quo Archiepiſcopi cum Vicerege conventus in publicum, crebrior eſt & ſolemnior. Profecto ornatus majeſtatiſque
C cauſa baldacchinum adinventum, ambigendum non puto: at vero inter inſignia connumerandum non eſſe crediderim. Sane inter Præfecti præt. inſignia id non inſpicitur, nullaque de eo habetur mentio: quinimo carpentum quod ex ejus erat inſignibus, nullo contectum umbraculo depingitur, quod ex *Not. Imper.* perſpici licet: ſi tamen ſuſpicari nolimus Principem illud ſibi recepiſſe Præfectoque non communicaſſe: & Conſtantinus Imperator in conſtitutione donationis factæ ſummo Pontifici, omnia imperialia connumerat inſignia, nullum autem de baldacchino verbum facit: ete-
D nim in transferendis iis his eſt uſus verbis, ut tranſtulit Bartholomæus Pi-
„ cernus, & ante ipſum relatis in *can. Conſtantinus* 96. *diſt.* Diadema, ideſt
„ coronam capitis noſtri, ſimiliter & Phrygium, ideſt mithram, necnon
„ ſuperhumerale, videlicet lorum quod imperiale collum circundare conſue-
„ vit, item purpuream chlamidem, & coccineam tunicam, & imperialia
„ omnia indumenta & ſceptra, ſimulque cuncta ſigna & banna & diverſa or-
„ namenta Imperialia, *&c.* Ubi mirum videri poſſet cur collaris lori mentionem fecerit, baldacchini neutiquam, ſi inter inſignia connumeraretur: niſi quis dicere malit ſub generali imperialium ornamentorum appellatione comprehendi, vel etiam ſub voce, *banna*: eſt enim *bannum* Suidæ, ſignum quo Romani utebantur in bellis, quod & dixit Stefan. in Αλαβάρδα ubi & addit, bandum Carum lingua victoriam ſignificari: qua voce adhuc noſtri utuntur, & *banderam* id militare ſignum appellant, ut recte notavit Albericus Roſatius (etſi ortographia non conſtet) unde *bannitos* dici

ait,

Digitized by Google

ait, propterea quod in eos, velut in hoſtes proceditur. Ut ut ſit, Imperator Conſtantinus nedum omnia ſingulaque inſignia atque adeo univerſum imperium in ſummum Pont. tranſtulit, verum & proprie ceſſit ſedi quæ in urbe Roma ſtatuta erat, ac ſe Byzantium recepit, ut in *d. conſt.* legitur, & in *d.can. Conſtantinus*, & *can. futuram*, 12. *q.*1. *l.Titio*, ff. *ad municip. l.*2. §.*miles*, ff.*de his qui not. infam.* Quod ab ſe poſtea magnifice inſtauratum *Conſtantinopolim* appellavit, poſteaque etiam *nova Roma* eſt nuncupata, *auth. de eccleſiaſt. tit. poſt princ. l. omni*, *Cod. de ſacroſanct. eccleſ. l.generaliter, in fin. Cod.de epiſc.& cler. l.intra urbem*, *Cod.de oper. publ. l.ult. Cod.in quib. cauſ. pign. vel hypoth.* & alibi, & Zonar. paſſim, & in *Chalced.Conc. c.*22. Rationemque ejus ſeceſſionis hanc tradidit is ipſe Imperator in *d.can. Conſtantinus*, ut *ubi ſacerdotum principatus*, *& chriſtianæ religionis caput à cœleſti Imperatore eſt conſtitutum*, *non ſit juſtum illic poteſtatem habere terrenum Imperatorem*, *cap.fundamenta*, §.*ne autem*, *de elect. in* 6. & text. & gloſ. in *can.igitur*, 23. *q.ult.* & impræſentiarum, eodem loci intervallo, quin etiam longiori diſtant; ſummus enim Pontifex Soli, Imperator vero Lunæ æquiparatur, *can. duo*, 96. *diſt.* Reſtaur. *de Imper. quæſt.*77. Alber.Roſat.in *l.glorioſiſſimo*, *Cod. de ſum. trin. & fide cath.* Unde ſicut Lunæ à Sole lumen mutuari patet, ita Imperatori à ſummo Pontif. dignitatem conferri, *cap.ſolitæ*, *de major.& obed.* Caſſan. in *Catal. par.*4.*conſid.*3. ſunt enim duo illa luminaria quæ conſtituit Deus in firmamento, *Gen.cap.* 1. luminare majus quod præeſſet diei, ideſt animabus, & luminare minus quod præeſſet nocti, ideſt corporibus,& ſicut corpus intantum dicitur corpus inquantum informatur ab anima, alias dicitur cadaver; ita poteſtas Imperialis intantum eſt talis, in quantum pontificiam favorabilem habeat authoritatem, inde enim Imperatoris ordinatio, inde exauctoratio pendet. Et videmus luminare minus, ideſt Lunam, quatuor cœlis majori luminari Sole inferius eſſe; æquali enim in loco permanere, contra naturam atque impoſſibile eſſe, omnium communi philoſophorum ſententia fertur: quin etiam quanto Luna Soli ſit propior, tanto ejus lumen minui videtur, uſque adeo ut cum ſub ipſo ſit, penitus tenebreſcat, quod enim majore lumine minus occupetur, jam quotidiana eſt comprobatum experientia: contra vero, tunc tantum in plenitudine ſplendoris Luna emicat, cum omnium longiſſimo intervallo à Sole diſtat, quod in plenilunio videmus. Imo in hac ipſa ſuæ majoris claritatis excellentia, ſi terram aſpicere ipſum contingerit, æterno Dei decreto pœnam luit, lumenque quo gloriabatur penitus amittit, alio enim quam ad Solem reſpicere non debet, ſi mutuato ſibi lumine cadere nolit: ſic Imperator, apud Papam parum ſplendet, longe ab eo dum in ipſum oculos habeat, ideſt, dum illi ſit obſequens, in culmine eſt ſui ſplendoris: at ſi oculos ab eo avertat, terramque aſpiciat, ideſt, ſi terreno aliquo affectu motus, quovis modo ſe illi ingratum præbeat, eclypſim patitur, tenebris obducitur, cadit Imperio. Et id quidem exempli potius, quam comparationis gratia intellectum velim, cum nulla inter eos jure comparatio procedat; ſicut enim

Digitized by Google

A enim aurum excedit plumbum, sic & authoritas Papæ excedit Imperialem, *can. duo sunt*, 96. *dist.* & sicut Sol dicitur pater omnium planetarum & dominus, ita Papa omnium pater est dignitatum & dominus: & tametsi Reges sunt honorificandi etiam ab ecclesiasticis viris, *can. regum*, & *can. si apud* 23. *q.* 5. & 1. *Pet.* 2. ubi *Regem honorificate*, & late per Cassan. in *Catal. par.* 5. *consid.* 23. non tamen majorem aut æqualem habebunt venerationem: quemadmodum principem decet assurgere prælatis, & juxta se venerabilem illis sedem assignare, Abb. & DD. in *cap. solita*, & *cap. omnes, de major. & obed.* Anton. Corf. *de potest. reg. par.* 4. *q.* 56. Martin. Lauden. in *tract. de dignit. art.* 10. Unde legitur Constantinus Imperator in Niceno Concil. primum locum non ambisse, nec se presbyterorum immiscuis-
B se consessibus, imo novissimam occupasse sedem, ut refert Cassan. in *Catal. par.* 4. *consid.* 28. ex authoritate Policast. in *lib. de ung. cor. & vestig. philosophorum*. Nulli autem dubium est quin in actibus ecclesiasticis, maximeque in sacris pompis processibusque, quo & ecclesiasticus & secularis Princeps convenit, ecclesiasticus semper secularem præcedat, nullaque temporis beneficii illatio exigitur, licet in his consuetudo prævalere soleat, Bald. in *l. observare*, ff. *de off. proconf.* & in *cap.* 1. §. *Marchio*, *de his qui feud. dare poss.* Felin. in *cap. statuimus*, *extra de major. & obed.* ex eod. Cassan. in *Catal. par.* 4. *consid.* 74. & 75. Idque nedum in principibus, sed & in privatis etiam ejus differentiæ personis locum sibi vendicat: utcunque enim convenire contingerit personas ecclesiasticas & seculares, aut in digni-
C tate statutas, aut etiam simplices, ecclesiasticæ præferuntur, ex reg. text. in *d. cap. solita*, *de major. & obed.* Unde simplex sacerdos militi cuicunque seculari præcellit, cum hic Imperatoris sit miles, ille vero Christi, *can. quoniam omnia*, 40. *dist. can. Julianus*, 11. *q.* 3. Joann. Andr. in *cap. eo libentius*, *de ser. non ordin.* Specul. in *tit. de rescript. præsent.* §. 4. *verfic. ut autem*, & alii per Cassan. adducti in *Catal. par.* 4. *consid.* 78. Hoc enim ratione institutionis est, quia à Deo & non ab homine pendet in lege evangelica: & in veteri testam. Aaron Deo victimas obtulit, ut patet ex *cap.* 14. *Genes.* & Melchisedech in lege naturæ rex Salem nuncupatus est, qui altissimi sacerdos fuit, & ante omnes panem & vinum obtulit. Et Christus Petro, constituens eum in Vicarium, dixit: Pasce oves meas, quia
" D " tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo
" claves regni cœlorum, & quodcunque solveris super terram, erit solutum
" & in cœlis; & quodcunque ligaveris super terram erit ligatum & in cœlis. Dignitas enim spiritualis est, & idcirco quanto spiritus corpore nobilior est, tanto sacerdotalis dignitas nobilior est quacunque dignitate, *cap. inter corporalia*, *extra de translat. episcopi*; & spiritualis potestas terrenam instituit potestatem, Paul. *ad Corinth.* 7. & per sacerdotium jubente domino regalis dignitas est ordinata, 3. *Reg.* 8. quod & apud Romanos præceptum est reges & Imperatores sacerdotes, *can. cleros*, 21. *dist.* Et ratione mediationis, cum sacra dent & preces populi Deo offerant pro peccatis nostris, *cap. præcepit*, *de celebrat. missar. can.* 1. & 2. 21. *dist.* & principa-

litatis

Digitized by Google

litatis & utilitatis, & propter eorum poteſtatem quæ omnes alias excedit, A
ut declarat Jo:Scot. in *4.to.* de quibus late per Caſſan. in *Catal. par.4. à 1. uſque ad 6. conſid.* Et proinde ubi una eſſe ipſis contingerit, diſtinctas, & per ſe quiſque, ſedes habere debent: & Imperatori quidem à dextris Papæ ſedes paratur, non æqua ſedi pontificiæ nec tantæ longitudinis aut latitudinis, pannoque aureo tantum poſt tergum ornata, non autem ſupra caput; ad pedes autem parvum habebit ſcabellum viridi colore depictum, non tamen altius loco ubi Papa pedes tenet: Regibus autem à ſiniſtris ſedes dantur cum poſtergali ad ſpatulas uſque, ideſt ad medios humeros, ut ſcamna Cardinalium ornata, ut ex cæremoniali patet ſub *rubr. de ornando loco cenc.* & ſub *rubr. de ordin. ſeden.* & refert Card. Jacobat. *de concil. lib.3.* alias autem regis ſedes dicitur *ſolium*, Epiſcopi vero *thronus*, *c. innotuit, de elect.* B
Nec mirum ſi terrenis principibus conſtitutæ ſunt ſedes inter ſe mutua relatione ſubordinatæ, quando cœleſtis curiæ & ordinis imaginē præſeferunt, unde David *Pſal.18. cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum*; confitemur enim atque aſſerimus cœleſtem dominum, cum in terris ſuperiorem agnoſcimus, nam *confeſſio ejus ſuper cœlum & terram*, legitur in *Pſal.148.* Porro in cœlo plures eſſe ſedes & ipſa Veritas dixit: *in domo patris mei manſiones multæ ſunt, Joan. cap.14.* & ex ſanctorum patrum ore ſcimus; totum autem cœlum Dei eſt ſedes, *Iſa.66. qui ſedet ſuper thronum & agnum, Apoc.7. & ſuper ſolium excelſum & elevatum, Iſa.6.* & *Pſal.79. qui ſedes ſuper cherubim*; *& ecce ſedes poſita erat in cœlo & ſupra ſedem ſedens, & in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor*, C
Apoc.4. & *Pſ.10. Dominus in cœlo ſedes ejus, Iſa. 66. cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum.* Chriſtus autem Dominus ad dextram Dei ſedere, præter D. Auguſt. in *lib. de ſymb.* teſtis fuit beatus protomartyr Stefanus cum lapidaretur, inquiens: *Ecce video cœlos apertos, & Jeſum ſtantem à dextris virtutis Dei, act. Apoſt.7.* de quo in *Pſ.109. Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis*: & Chriſtus ipſe in *Matth.26. Amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei*; Spiritus ſanctus autem ſiniſtram habet ſedem non quod minor ſit, cum in Sanctiſſ. Trinitatis perſonas nulla cadat majoritas nec minoritas, ſed ad noſtram inſtructionem id dicitur, more naturalium ſedum ſi ipſi ſedere contingiſſet, & ſancta mater Eccleſia in picturis hunc affirmat ſeſſionis ordinem: & deita- D
tis effectum efficaciter quilibet operatur, *cap.1. de ſum. trinit. & fide cath.* & *can. ſalvator, de conſecrat. diſt.5.* & *can. ult. de conſecrat. diſt.3.* Quemadmodum Dei genitrix Maria Virgo ſemper Immaculata ſupra Apoſtolos Angelos & Archangelos ſedet, Gloſ. in *l. omnes dies, ver. apoſtolicæ, Cod. de fer.* ſed & ſancta mater Eccleſia canit, *exaltata eſt ſuper choros Angelorum*, & poſt eam Angeli collocantur, ſecundum D. Tho. in *1. 1. q.66. art.3.* Chriſtus autem omnibus poteſtatibus, virtutibus & dominationibus præeſt, ad *Epheſ.1.* aliæque ſunt complures in cœlo ſeſſiones, de quibus late Caſſan. in *Catal. par.3. conſid.1. cum ſeqq.* quæ quidem non comparationis ſed ſymboli ſimulachrive ratione huc deducta ſunt, cum Princeps ſpiritualis ſupra

omnem

Digitized by Google

A omnem comparationem præcelsior superiorque sit principe seculari, ut dixi-
mus, quin etiam de his, me ecclesiasticorum Doctorum sententiis in-
terpretationibusque prorsus remitto, exemplo ipsius Cassan. qui generali-
ter ea se attigisse dicit, tametsi eo perspicue & copiose tractasse mihi quidem
videtur, ut nil ultra, eaque ad animæ consolationem apud ipsum videre
satis proficuum existimarem: de quibus sedibus late dicit Jo: à Monteleon.
in suo *promptuario juris*, in *verbo*, *vidi*, *art.*2. Sed ne longius divage-
mur, quid in his convenienter observatum vidimus explicandum. Et
certe in ecclesiis ad quas proprietate atque religione aut cum aguntur pu-
blice Deo gratiæ, aut etiam cum regalibus personis vita functis, justa
exolvuntur, accedere solet Prorex simplici sella serica stratoque, nullo su-
B perobducto umbraculo, contentatur: quo ritu & in regia ædicula in pala-
tio utitur. At in solemnitate sacri sanguinis D. Januarii, quæ die prime
saturni mensis Maji singulis annis habetur maxima atque adeo incredibili
cum hominum undique confluentium celebritate, cujus primum ritum
cultumque exacte describit Frater in *epit. Civit. Pia*, quia nullibi oppor-
tunior locus ipsi esset, quam in *Catafalco*, (ita nominant structuram illam
ligneam non aspernando artificio compactam, quam ad id opus comparant,
cataſcevaſma recte diceretur) idcirco ibi cum baldacchino morari mos
fuit, tanquam in loco publico ut sunt sedilia civitatis, in quibus hoc fe-
stum per vices agitur ordine circuitus, ut in *lib. de ſedilibus* explicat Ger-
manus, tametsi locus is ex sacrarum reliquiarum immissione & altaris
C erectione, sacer quodammodo sit; quippe qui vice ecclesiæ habeatur, olim
enim festus hic dies in ecclesia celebrabatur, ubi nemo negaverit soli Præ-
sulí baldacchinum competere, successivis autem temporibus, & ad piorum
devotionem augendam, & ad Divi Januarii sanctitatem magnificandam, in
publicis his locis fieri cœpit, quo fidelium omnium animi stupore tanti
miraculi exhilararentur, o miraculum cunctis certe concelebrandum po-
pulis, sanguis tercentis & mille atque eo amplius ab hinc effusus annis, eo
vivus rutilansque servatur in vitrea phiala, ut jam nunc effusum & adhuc
dicas tepere; mirabile quippe, longe tamen mirabilius, quod statim quam
capiti unde effluxit propinquat, liquefieri, ebullire, ac pene exilire om-
nium oculis apertissime videtur. Cum itaque eo tempore sedilia in eccle-
D siam habeantur, ex vi subrogationis sacra putarem censenda, *leg. pa-
rabolani*, *Cod. de epiſcop. & cler.* & quæ sacris hærent, ut sacra haben-
tur, *can. quiſquis*, 17. *quæſt.*4. *l. inter ſtipulandum*, §. *ſacram*, *ff. de
verb. obligat.* & alia quæ Germanus affert in hujus *lib. cap.*11. *num.* 48.
& ratione contenti, idest sacrarum reliquiarum, puta capitis D. Januarii
quod in altari ibi constructo mane ejus diei solemniter reponitur, ubi pie
venerandum relinquitur quousque Archiepiscopus cum universo clero &
regularium & secularium, solemni pompa advenerit sacrum gerens sangui-
nem, quem, post visum miraculum, una cum capite ad metropolita-
nam reportat ecclesiam, prælatis etiam aliorum sex Neapolis patronorum
sanctis capitibus. Quam pompam in publicum producendam, tum ad po-

pulorum

pulorum ædificationem, eum etiam maxime ad secularis Principis commo- A
diorem videndi occasionem, institutum habuisse opinari possumus: & propterea illi baldacchinum in ea parari solitum. Unde Archiepiscopo in convenientiori loco, nempe altiore proprioreque altari tendi decens erat, ut jam nunc hoc anno observatum vidimus in congressu dicti Illustris. ac nunquam pro meritis laudati Cardinalis Gesualdi cum Vicerege, ad hanc solemnitatem. At in festo sacratiss. Corporis Domini Nostri Jesu Christi, quia ex una in alteram itur ecclesiam, neutrobi Proregi baldacchinum competit. Porro Vicerex ipse bene mane, longo magistratuum, titulariorum, Decurionum Civit. cohortalium, procerumque concomitatus ordine, in majorem se contulit ecclesiam, quo & omnes etiam religioforum ordines, omnia fratriariarum collegia, omnia artificum mechanicorumque corpora B
conveniunt, facem quisque suam ex præscripto, ante ineffabile mysterium accensam prælaturus, ut affatim explicat Germanus in *dicto epith. Pia*. Ibi ad majus altare suggestus sericis instratus est mappis, more solito, ubi genuflectat. Archiepiscopus autem, vel in perpetuo suo throno sedet, qui marmoreus est & quam maxime conspicuus, cumque usui futurus est, pretiosissimis obtegitur stragulis, ubi etiam pontificie sedet, cum quavis ex causa publicave lætitia, *Te Deum laudamus*, Vicerege præsente, concinunt: vel, si id ei magis collibitum fuerit, secus majus altare alium ibi constituendum, baldacchinoque inumbrandum curat, quo in loco in præsenti Cardinalis subductilem sibi parandam jussit sedem. Rebus se ita habentibus, peracta Missa (quam hoc anno nullis adhibitis musicis choris C
sed cursim celebravit Cardinalis) Præsul Sacramentum tollit, & sub pallio incedens, cujus primam hastam sustinet Prorex, reliquas reliqui eo ordine quem Germanus scribit, ad Divæ Claræ procedit, ibi in altari illud deponit, brevique orat adoratque, interim Prorex in strato jam ipsi parato genuflectit, quousque expeditus Præsul depositum Sacramentum recipiat & populo benedicat; dein eodem ordine, alia tamen via, ad suam reportat ecclesiam. Certe ex constituto iri ad Divæ Claræ in causa fuisse scribunt Robertum Regem, cui, quod fratrem venenata hostia cum sacris communicaret, regni potiundi gratia, ad mortem adigi feciſſet, Summus Pontifex pœnitentia injunxit, ut ædiculam in Sacramenti memoriam erigeret, quo patratum per Sacramentum piaculum, per sacra- D
mentum, annali honore impositio, expiaret, unde is eam erexit, quæ proinde *ædicula regia* nuncupatur. Hinc manifestum est quanti sit ponderis baldacchinum, quantumque præ se judicii ferat. Ejus enim ædiculæ Rex, jure successionis patronus est; & patroni jure patronatus præ aliis honorificandi sunt, *can. piæ mentis*, & *can. Frigentius*, 16. *quæst.* 7. Regibusque honorabilior in ecclesiis locus debetur, Ancharan. in *cap. nobis, extra de jure patron.* unde usque ad ecclesiæ valvas obviam ipsis iri decet, sicut usque ad Civitatis portas Prælatis, quod & Venetiarum Duci, & Franciæ Regi ut supremo Principi servatur, Archidiac. in *can. lectis* 63. *dist.* Bald. in *prooem.* & in *cap. quanto, de jud.* Cassan. in *Catal. par.* 4.

Digitized by Google

A *consid.80.* attamen baldacchini ornatus ibi ipsi non datur; esset enim id signum præeminentiæ, quod non habent in Prælatos, & multo minus in Cardinales, quibus nec præferri, nec æquales fieri possunt, quod omnipotentis Dei gloriæ, ac potentissimi Regis nostri religioni ascribatur: reliqua de baldacchino & *Thescelo*(ita enim minus absurde dicendum monstrabimus) dicemus *infra* in *annot.cap.ult.*

Num.20. Formæ autem salutationum.

Veteres etiam domini nomine honoris gratia, quempiam salutare consueverunt, *l.Nesennius, in princ.ff.ad leg.Falc.* quo titulo uxores à vi-
B ris honorabantur, ut ex nonnullis conspicitur *ll.* quas Pard. Prat. in suum *Thesaur. jur.* collegit, & *salve Domine Imperator* dicebatur Principi ab advenientibus, secundum Xiphil. in *Avito*: minutum autem salutandi Imperatoris rituin, & quibus diebus solemniter salutaretur describit Curopalates in *lib.de officialib. Constantinopolit. Palatii.*

Num.eod. ---- *Salve æternum mihi maxime Palla.*
Æternumque vale.

Vetustas mortuos ita suo more salutabat.

C Hodie sanctiore cultu salubrioreque ritu S. R. Ecclesia iisdem pene verbis, mortuis salutem precatur à Deo, dum ut æternam iis requiem impertiat, orat.

Num.25. Quod notat etiam Alvar. in princ.

In *d. cap.1. §.1. quis dicat Dux*, & Cassan. per Rebuff. adductus in *arbore feuderum, col.2.*

SUMMARIUM

CAP. XXII.

1 *Principes cur dicti sacri*, & num.3. & 7.
2 *Reges dicuntur sacri quia unguntur.*
3 *Ungendorum Regum antiquus mos ex divino instituto.*
4 *Rex omnis in regno suo dicitur monarcha.*
5 *Hierusalem Regnum quare ad Neapolis Regem spectet.*
6 *Princeps omnem jurisdictionem suo Delegato transferre censetur, excepta ea quæ in signum supremi dominii suis ossibus est infixa.*
7 *Papa habet gladium temporalem & spiritualem.*
8 *Princeps sacerdotalem ordinem non habet licet aliqui contra senserint.*
9 *Vicarius una est persona cum Principe.*
Vicarius P. P. *proprium habet jurisdictionem, eod.*

Vi-

Digitized by Google

Vicarii in Oriente tres, in Occidente unus, eod.

10 *Magistri militum officium.*

11 *Vicerex majore præditus potestate quam Præf. prat.*

12 *Tribuni militum qui præerant mille militibus.*

Notarii, qui; & eorum privilegia, eod.

13 *Veterani milites qui fuerint dicti.*

Veterani milites olim oppida in remunerationem accipiebant, sicuti & hodie, eod.

14 *Veterani milites sunt qui viginti annis militarunt.*

15 *Milites retenti hodie loco veteranorum.*

VICE SACRA UBIQUE JUDICAT; ideſt vice Principis. Id in formula Viceregis prolixe exprimitur his verbis: Dantes & concedentes eidem Duci ampliſſimam authoritatem & poteſtatem, ut noſtris vice, nomine & authoritate, & tanquam perſona noſtra & alter Nos, poſſit & valeat ſuper ipſos & quemlibet ipſorum univerſaliter, ſingulariter ac diſtincte, diſponere, mandare, ordinare, & ſtatuere pro ſuo arbitrio quæ ſervitio noſtro, boni ſtatus conſervationi, & beneficio Reipublicæ dicti Regni videbuntur expedire. Sane vero quare Princeps dicatur *ſacer*, non ſemel diximus: unde pauca dumtaxat hic repetenda ſunt: Certe Principes olim aliquid majeſtatis ſuperhumanæ ſibi attribuebant, unde *Divi* appellabantur, *quia juſti erant & religionibus dediti*, ut ait Fab. Pictor: inde factum fuit ut etiam *ſacri* dicerentur, & eorum reſponſa, *ſacra, & ſacra oracula, & Conſtitutiones ſacræ, ſacraque leges*, ut paſſim in jure videre licet: & Rex facit res ſacras, *l. ſacras, & ibi* Glos. *ff. de rer. diviſ.* & ſacrum ejus judicium ab Imperatore profertur, cum neceſſarium ſit in prætorum altercatione, *l. ſi apud, Cod. de appellat.* At vere nos qui unum Deum, & ipſum verum profitemur & confitemur, longe diverſiorem affecimus rationem, nempe quia ungitur & ſacratur, *cap. 1. de ſacra unct.* & quia quatuor etiam Reges ſpeciali hoc jure utuntur; Hieruſalem ſcilicet, Angliæ, Franciæ, & Siciliæ, ipſi etiam dicuntur *ſacri*, Alber. in *rubr. ff. de ſtatu hom.* Mart. Laudenſ. in *tract. de Principe, notab.* 46. Ant. Sicul. in *tract. de poteſt. Reg. quæſt.* 13. Jac. Alba. in *tit. quis dicat. Dux*, Caſſan. in *Catal. par. 5. concluſ. 35.* Reſtaur. Caſtal. in *tract. de Imp. q. 18. & 68.* Renat. Chopp. *de doman. Franc. li. 2. tit. 2.* & *lib. 3. tit. 8.* Ex quo patet Regi noſtro Philippo, duos ob titulos nomen ſacri deberi, quia ſcilicet dicitur Rex Hieruſalem, & eſt Rex Siciliæ. Mos autem ungendorum Regum antiquiſſimus eſt & de jure divino, unde 3. *Reg. cap.* 19. ait Dominus ad Eliam: *Unges Aſachel in Regem ſuper Syriam, & Jehu filium Namit unges Regem ſuper Iſrael.* Et Aaron à Moyſe unctus in Regem, *Levit. cap.* 8. & David in Regem unctus 2. *Reg. cap.* 2. & Salomonem unxit in Regem Iſrael Sadoch Sacerdos, & Natan Propheta, 3. *Reg. cap.* 1. & Chriſtus Dominus noſter fuit unctus Spiritu Sancto & virtute, *act. apoſt. cap.* 10. tranſumptive in *cap. 1. §. unde*, *extra de ſacra unct. cap. veritatem*,

de jurejur. Renat. Chopp. *ubi supra*, & Restaur. itidem, *quæst.* 20. ubi multa, & Doctores in *rubr. proœm. Instit.* Unguntur autem oleo sancto & in brachio dextro, ad differentiam Summi Pontificis qui ungitur oleo Chrismatis in capite, secundum Port. in *d. proœm.* & Castald. in *d. tract. qu.* 18. ubi late de hac re agit. Jure igitur Regi nostro dicitur *Sacra Majestas* secundum Isern. in *proœm. Constit.* Par. de Put. in *tract. de Synd.* in *ver. Rex*, Pret. *de off. Mag. Cancell. num.* 26. & nos *supra* diffusius.

4 Et licet quilibet Rex in Regno suo sit Monarcha, *cap. scitote*, 7. *q.* 3. *cap. in apibus*, 7. *q.* 1. Isern. in *proœm. Constit.* & in *cap.* 1. *de his qui feud. dare poss.* Bald. in *l. exemplo*, *Cod. de probat.* Soccin. *consil.* 161. 2. *vol.* Dec. *cons.* 190. *num.* 10. Afflict. in *proœm. Constit.* Par. de Put. in *tract. de Synd. ver. sententia*, Cagnol. in *proœm. ff.* & in *l.* 2. *ff. de orig. jur.* tamen respectu Regni Siciliæ, in quo ex pontificia

5 concessione multis spiritualibus juribus potitur, magis justificatur. Quomodo autem Hierusalem Regnum ad Neapolis Regem spectet, intelligere licet ex omnibus fere junioribus Historiographis, & præcipue ex M. Ant. Sabell. *Enne.* 9. *lib.* 6. & Volaterr. *Comment. urb. lib.* 11. Summa autem est quod ab Joanne Brenna, ad quem Regni illius titulus spectabat, datus fuit nomine dotis Federico II. Siciliæ & Neapolis Regi, cui filiam desponsavit, & postea jure hæreditario

6 in alios est translatus. Quamvis autem Princeps suas delegando vices, omnem videatur transferre jurisdictionem atque imperium, *cap. valde*, & *cap. mandata*, 94. *distinct.* sicut & Papa ratum habere debet atque servare quicquid per ejus Legatum gestum sit, qui ad instar P. P. ipsi est, 2. *q.* 2. *can. qua de causa*, *cap. in istis*, *de statu monach.* vice nostra, *l.* 1. *in princip. de off. proc. Cæs. cap. novi*, *de appellat.* Speculat. ponderando text. in *l.* 1. *in fi. ff. de off. præf. prat.* & *cap. novit*, *de off. deleg.* & *capit. super literis*, *de rescript.* ut sæpe quæ non canonice gesta fuerint, sint ex causa toleranda, *cap. ad petitionem*, *de accusat.* itaque ipse facere dicitur, quod ejus legatus facit, *l. ita tamen* §. *gessisse ff. de administr. tut. cap. mulieres*, *de sent. excommun.* cum aliis per d. Speculat. adductis in *tit. de lega.* §. *supereſt*, *num.* 52. Non tamen transtuliſſe censetur ea, quæ in signum supremi & universalis dominii-supremæque potestatis habet ossibus affixa, Abb. in *cap. mandata*, *n.* 2. *de præsumpt. cap.* 1. ubi Archid. Præpos. Gemin. & Turrecre. 94. *dist.* Non

7 autem quis insulse dixerit Principem dici sacrum, quod Christi sit Vicarius, ut de Cæs. August. ita Navar. in *cap. novit*, *notab.* 3. *n.* 73. *de judic.* de cujus verbis abunde per Hostiens. in §. *loquitur*, *de offic. delegat.* & facit tex. in §. *ad hæc*, *ver. domus*, *auth. de collat.* & *l. quoties*, *Cod. ubi Senat. vel clar.* & ideo Papa utrumque habet gladium, temporalem scilicet, & spiritualem, ex Dei concessione, 22. *dist. can. omnes*, & in Evangel. *ecce duo gladii hic.* Dominus, cujus vices ipse gerit, utroque usus est, *distin.* 10. *can. quoniam idem*, & *cap. ex dilecto*, *extra de sentent.* Speculat. in *d. tit. de leg.* §. *nunc*, *num.* 50. Sed nos, quod aliunde quærimus, intus habemus; Cassiod. enim in hac ipsa forma *in fine:*

Digitized by Google

sine: Præfecti præt. officium, quoddam Sacerdotium esse dicit, *unde merito vice sacra judicat*: ubi notandum, oportune dictum esse *quoddam Sacerdotium*: vero enim Sacerdotium non est: nec Princeps Sacerdotalem ordinem habet, prout notatur in *l. sacra, ff. de rer. divis.* quando solum militarem habet caracterem, ut ex multis Specul. probat *ubi supra, num.* 41. eos confutando qui illum, subdiaconum esse asserunt, atque Episcopo in subdiaconatus officio ministrare. Sacra autem vice non Præfectus præt. tantum, verum & Vicarius Urbis Romæ sententiam dicit, eod. Cassiod. authore, *lib. 6. cap.* 15. Vicarius vero una est persona cum Principe, secundum Cassan. in *Catal. par. 7. consid.* 10. Bud. in *l. si in aliqua, §. cum plenissimam, ff. de off. proconsul.* Fret. *lib. 2. de suffeud. tit. quis dic. Dux.* Erat autem Vicarius Præfecto præt. adjunctus, sicuti & Proconsuli Legatus, de quo habetur in suo *tit. Cod. de off. Vic.* Propriamque habebat jurisdictionem, non à Præfecto mandatam. Porro in præfectura prætoriana Orientis tres erant Vicarii, quorum fit mentio in *l. ult. Cod. de diversi. off. lib.* 12. unus diœcesis Asianæ, ipsique octo suberant Provinciæ, alter Ponticí Tractus, sub quo undecim erant Provinciæ, Tertius Franciarum, qui quinque ministrabat Provincias, quæ sunt videre in *Notit. utr. Imper.* In occidente vero unus tantum existebat Vicarius in Urbe Roma, de cujus jurisdictione, item & de aliis duobus Vicariis ab Justiniano abrogatis, vide *d. Not.* & in eam Pancir. & Pard. Prat. in *Thes. utr. jur.*

NULLUS EI MILES DE FORI SUI AUTHORITATE PRÆSCRIBIT, EXCEPTO OFFICIALI MAGISTRI MILITUM: idest supra omnibus militibus jurisdictionem habet, præter Magistrum militum. Erat autem Magister militum, cui totum pondus rei bellicæ incumbebat: isque à P.P. jurisdictione exceptus erat: cujus rei rationem subdit Cassiod. ut scilicet antiquitas aliquid prærogativæ concederet iis, qui pro republ. bella tractarent; antiquiorem enim esse præferenda alias diximus, ac Magistrum militum antiquiorem fuisse Præfect. præt. patet ex *l. 2. ff. de orig. jur.* & *l. un. ff. de off. præf. præt.* ut alias præteream authoritates. At certe hinc Viceregis authoritas amplior videtur esse, quam præfecti præt. fuerit, quando illi fuerit limitata in Magistro militum, isti vero nullo prorsus limite arctata sit: est enim Vicerex Locumtenens, & armorum Capitaneus generalis tam in mari, quam in terra, ut ex ejus form. jam præscripta patet: *MILITIA PERFUNCTIS TRIBUNORUM, ET NOTARIORUM HONOREM TRIBUIT*. Tribunorum militum intellige. Erant autem Tribuni militum authore Zon. *lib. 2.* qui mille militibus præerant: de quorum electione, juramento, officio, & potestate diserte Polyb. *lib. 6.* Notarios vero, *Principis Secretarios* esse ait Alciat. *Cod. de primicer. & notar. lib. 12.* quod probari poterit ex testimonio Lampridii in Alex. ita dicentis: *Eum Notarium, qui falsum causæ brevem in consilio Imperatorio retulisset, incisis digitorum nervis ita ut nunquam posset scribere, deportavit*. Hi, spectabiles erant, & præ cæteris prærogativis,

Digitized by Google

tivis, Principem adorandi facultatem habebant. Veteranis igitur militibus, hunc eundem honorem Præfectus prætor. tribuebat. Cujus honoris codicillorum formula habetur apud eundem Cassiodor. *lib.* 11. *cap.* 18. his verbis: Amplectenda est promotionum grata solemnitas, quæ benemeritorum solvit excubias, quia tyronibus conceditur spes laboris, dum vicissitudo fuerit reddita Veteranis. Et ideo Antianus, qui prætorianis inculpabiliter paruisse perhibetur obsequiis, inter Tribunos & Notarios, ad adorandos aspectus properet Principales, ut juxta consuetudinem præsentatus, specialitatis decoretur insignibus. 12 Erant autem veterani, milites militia honeste dimissi, ubi per legitimum tempus militaverant, secundum Dion. Nic. in *Aug.* Bud. autem in *lib. de asse*, ex Taciti auctoritate, illos proprie veteranos fuisse ostendit, qui per legitimum quidem tempus militaverant, adhuc tamen sub vexillo continebantur, quousque militiæ præmia, Coloniasque acciperent: olim enim veterani milites Colonias & civitates pro emeritis stipendiis accipiebant, secundum Dionem *loc. præd.* æque, ac hodie nostri faciunt: in quo ea tantum differentia cognoscitur, quod nostri titulum etiam consequuntur ut Comitis, Marchionis, Ducis, Principis, quod in iis non erat nisi tantum Patroni. At vero legitimorum stipendiorum tempus non idem semper fuit, cum alios post triginta, alios post quadraginta annos, *Veteranos* dictos fuisse legatur. Dein sub Tiberio cum milites de hac re conquererentur, placuit, ut post sexdecim annos Sacramento liberarentur, quatuor autem aliis adhuc sub vexillis permanebant, quo tempore *Veterani* dici incipiebant: itaque post vigesimum annum missionem consequebantur. Et hoc temporis spatium à sacris constitutionibus est receptum, ut scilicet qui viginti militaverit annos *Veteranus* sit miles, suisque potiatur privilegiis, quod cavetur in *l.* 1. *Cod. de excusat. veteran. l. fin. Cod. de his qui non implet. stipend. lib.* 10. *l.* 2. *Cod. de re milit. lib.* 12. Gloss. in *l.* 2. §. *ignominiæ*, *ff. de iis qui not. infam.* Suid. 13 Sunt hodie loco veteranorum, milites quidam, quibus, quod honorifice se in bellis gessere, Prorex *mortua*, quæ vocant, *stipendia* dari jubet, eoque modo apud se retinet quousque iis melius provideatur: unde sunt nomen adepti *Retenturum*, & vulgo *Trattenuti* dicuntur. Cujusmodi erant, quos post sextumdecimum militiæ annum ad usque vigesimum sub vexillis retineri solitos ac honorificentius haberi diximus.

ADNOTATIONES

Ad *Num.* 8. *Vicarius vero una est persona cum principe.*

Hinc est quod pactum vel consuetudo sustineri non possit, ut ex Vicario appelletur ad episcopum, quia eadem persona censetur, idemque esset ac ad illum ipsum appellare, contra naturam appellationis quæ est de minori

Digitized by Google

nori ad majorem judicem, ex dictis per Augustin. Bero. & Nicol. Intrigl. *de feud. centur. 1. quæst. 10. num. 19.* ubi an Vicarius Regis possit assentiri alienationi feudorum. A

Num. 9. Erat autem Vicarius Præfecto prætorio adjunctus.

Vicarius P.P. vir erat spectabilis, atque non ex Præfecti præt. sed ex Principis mandato in diœcesim aliquam sive tractum jurisdictionis Præfecti præt. mittebatur de multis cogniturus, quod Prat. allatis juribus probat in suo *Thes. jur. lib. 20.* Æquiparantur autem Vicarii Proconsulibus & Præsidibus, *l. qui accusare, ff. de accusat.* Luc. de Pen. in *l. pro ædibus, C. de diverf. præd. urb.* Sane vero decem in Vicario præcipua notantur singularia: primum est dicta æquiparatio: secundum, ut possit condere jura duratura etiam finito officio, *l. apertissimi, Cod. de jud.* tertium, ut ab ejus sententia appelletur ad Regem, *l. à proconsulibus, Cod. de appellation.* quartum, absente Rege ponit superindictum, *l. 1. Cod. de superind.* quintum, ut si duorum regnorum sit Vicarius, non possit de uno ad aliud subditos evocare: sextum, non potest facere facultatem ædificandi in publico, *l. pro ædibus, Cod. de præd. urb.* septimum, non potest inconsulto Principe illustres personas condemnare, *l. si gravius, Cod. de leg. lib. 12.* octavum, non potest delegare causas summarias simpliciter & de plano, Lanfranc. in *clem. sæpe, col. 1. de verb. signif.* quod tamen falsum est: nonum, non potest sine causæ cognitione procedere, Felin. in *cap. quæ in ecclesiarum* C *de constit.* decimum, quia mortuo Rege ejus officium non expirat, arg. tex. in *cap. secundum, de off. leg. in 6.* B

Num. 12. Militia perfunctis, &c.

Tria sunt omnino apud nos militum genera qui emerita accipiunt, ideest qui sacramento militiæ soluti, mercedem habent. Unum emeritorum & veteranorum de quibus loquitur hoc loco Germanus, & his pro militiæ gradu quo functi sunt, emerita dantur, aliquibus Civitates cum titulo, aliquibus annuæ pensiones. Iisque Romani etiam dabant Civitates ut probat Germanus: frequentius autem devictorum aut alias inviforum D populorum agros illis assignabant, *l. item si verberatum, ff. de rei vendic. l. Lucius, ff. de evictio.* Virgil. *Ægl. 1.*

Impius hæc tam culta novalia miles habebit?

Lucanus *lib. 1.*

Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur
Quæ noster veteranus aret? quæ mœnia fessis;

Honoris autem gratia modicum illius agri possessori dabatur, *d. l. item si verberatum.* Quandoque in subactis provinciis civitates erexere, emeritisque dedere militibus ut Augustum fecisse scribit Dion, qui in Lusitania urbem condidit, emeritisque assignavit, quam proinde *Augustam emeritam*

Digitized by Google

A *ritam* nominavit, & nunc vulgus in *Meridam* corrupit. Id notatu haud indignum duxi, Romanis ad emerita conferenda, plebis opus fuisse adsensu; conferebantur enim ex publico, Liv. *lib.9. belli Macedon. Consules cum Tribunis egerunt, uti ad plebem primo quoque tempore ferrent uti Ebutio emerita stipendia essent, ne invitus militaret.* Alterum emeritorum genus, eorum est qui pensionem aliquam ab rege accipiunt, eamque interea illis penderi ait rex ipse in codicillis, quousque æqua illis remuneratio detur; unde sunt sibi nomen adepti vocanturque *Intertenuti*, quasi interim & medio quodam tempore ea mercede honorati: qui si postea militaverint aut alii cuivis muneri occupati fuerint unde stipendia mereant, mercedem illam medio vacationis tempore ipsis datam, non amplius habent. B At si æqua illis remuneratio in literis intertenimenti promissa, dabitur, nulla de intertenimento habita mentione, adhuc ipsis procedunt interjectitia illa salaria, idque per Reg. Cameram in controversia judicatum fuit, decretumque ut pro personarum, servitiorumque & causæ qualitate Principem consultum eatur, ex reg. text. in *l. Neratius, ff. de regul. jur.* Mitius autem cum iis agitur, quippe quibus moratoria illa merces persolvitur utcumque impediti fuerint, etiam si carcere aut condemnatione, eo enim quod ipsis ea largitur impensa ob servitia, jam transivit in vim contractus: quod secus est stipendio, quod in hujusmodi eventibus amittitur: si tamen miles absolvatur, id recuperat, facit *text.* in *l. qui excubias, & l. pen. ff. de re milit.* tenentur autem residere in regno, ut ad omC ne Viceregis opus præsto sint. De crimininibus autem punitum iri ut nobiles, jamdiu nobis decisum est: cum enim ex iis unus, & is quidem Siculus, famosum in Viceregem fixisset libellum, convictus confessusque & proinde morti damnatus fuisset, licet perduellionis potius quam rebellionis crimen id dici possit, secundum Hostien. præter alios in *l. 1. de famos. lib.* controversum fuit, me pro fisco facinus persequente, in cœtu Collater. Consilii & quinque ex Reg. consiliariis ad id delegatis, furca ne suspendendus, an ferro percutiendus esset. Et uni quidem ceu nobilitatis expertem, quæ in his non formata requiritur ex Bart. theorica in *l. servi cæsi, ff. de pœn.* laqueo eum necandum judicabant; alteri vero ferro puniendum contendebant, eo quod miles esset & ex militaribus sudoribus emeritam reportaveD rat mercedem; milites autem non suspendendos constitutum est, *l. 3. §. 1. & ibi* Barto. *ff. de re milit.* sicut & olim non torquebantur, *l. milites, Cod. de quæst.* Cassan. in *Catal. par. 9. consid. 47.* Bellug. in *Spec. Princ. rub. 20. §. de gravam. milit.* imo inter curiales quodammodo connumerandos, ac ex continua apud Principem assistentia nobiles censendos esse, Angel. in *§. fin. col. 1. Instit. de except.* ex *text.* in *l. 1. Cod. de mand. princ.* Jas. in *l. omnium, Cod. de testam.* Cassan. in *Catal. par. 6. consid. 27.* Et hæc opinio cum magis placuisset, prope palatium, qui erat locus delicti, obtruncandum dixerunt. Non torqueri persona in dignitate constituta absque Principis permissu non patet, *l. nullus in princip. à contrario sensu, Cod. ad leg. Jul. maj. ft.* Restaur. *de Imperat. quæst. 100. privil. 77.* quid autem in titulariis *infra* dicemus. Pro-

fecto

Digitized by Google

fecto nomine pensionis ut perraro militibus, ita ut plurimum Magistra- A
tuum atque officialium aliorumque benemeritorum filiis cognatisve merces
datur: exolvitur autem ubi ubi pensionarius degat, dum illum vivere
fides publicæ personæ exhibeatur, nullius enim servitii nexu tenentur.
Unde maxima Regis nostri munificentia elucescit; enimvero nulla juris
obligatione ejusmodi mercedes debentur, cum antidora, idest retributio-
nes sive remunerationes ad obligationem non trahantur, *l. sed si lege, §. con-
sului, ff. de petit. hared.* nec actionem pariunt, Bald. in *l. ex hoc jure, ff. de
just. & jure*: eoque minus mortuo Rege, cum servitium sit personale, &
hæredes non obligat, *l. nimis, ff. si quid in fraud. patr.* Bartol. in *l. ambi-
tiosa, colum. 1. ff. de decret. ab ord. fac.* Afflict. in *dec.* 307. Quinimo præ- B
cipua Regis magnificentia, in impendendis suis pecuniis consistit, per ea
quæ Cassan. cumulat in *Catal. par. 5. consid.* 9. quam Rex noster eo familia-
rem habet, quæ est ex innata ipsi religione & pietate, ut etiam post magi-
stratuum mortem, non nihil pensionis eorum filiis pro modo personarum
& servitiorum persolvat: dantur autem hæ pensiones ex fructibus jurium
patronatus, de quibus dicimus in nostro *tract. de Regal. Regni Neap.* Tertium
emeritorum genus humiliorum est personarum, quibus victus causa diurni
pusillum confertur mercedis, quam *Plateam mortuam* nominant: eaque
à Vicerege confertur, cum duæ priores ab Rege solum conferantur: estque
illis libertas eundi per totum Regnum quo libuerit. Est & quartum quod-
dam genus militum, qui non ipsi quidem sunt militia soluti, ut priorum
trium, sed adhuc militant, stipendiaque illis procedunt, præter autem C
justum stipendium, quid pluris habent mercedis, quasi additamentum ad
stipendium ipsum, & quod justo & pristino stipendio accedit. Qui pro-
pterea, *Vantaggiati* dicuntur, *à Vantaggio* Italica voce, quæ quid justo
majus significat: iique stipendiorum excessus Tribuni ipsius militum fidei
omnino committuntur, qui cui id merere viderit elargiatur: elargitur au-
tem penitus suo periculo, adeo ut si quem ex his stipendiosis legionem de-
serere, aut emanere, aut erroneum fieri contingerit, ipse de suo restituat fi-
sco quicquid miles ille habuerat in excessum stipendii, etiam si ipse miles
justa & ordinaria stipendia nondum ex ærario exegisset: quod factum puto
ut cautius Tribuni excessivam pecuniam erogent; imo non erogent cui non-
dum probata est fides: debet enim suorum militum nosse qualitates, sicut D
& Princeps subditorum qualitates scire tenetur, per ea quæ Germanus con-
gerit in 1. *cap. hujus libri*: & id quidem tametsi parum æqui sapere video-
tur, tamen in privilegium fisci receptum est: eumque in modum fisci de-
bitor si solvat Camerario non solvendo, adhuc debiti reus remanet; eam
enim ob solutionem non liberatur, Rebuff. in *l. securitates, Cod. de suscept.
præpos. & arcar. lib.* 10. Cassan. in *Catal. par. 5. consider.* 24. *privil.* 220.
Porro hi milites vel ex armis cognoscuntur, gestant enim loricas galeasque
& clypeos, non ut ordinarii, lubricas & planas, sed vermiculatas variisque
parergis phrygiis elaboratas, ut eo modo magis fiant populo perspicui, quan-
do quis per signa dignoscitur, quod Frater probat *in fine c.* 10. hujus libri.

Digitized by Google

SUMMARIUM CAP. XXIII.

1 *Nobiles qui, & unde dicti.*
2 *Titularii dicendũ, non Titulati.*
3 *Barones unde dicti & qui sint: &* infra privil. 30.
4 *Titulus quid & quotuplex sit: & unde dicatur*, num. 5.
5 *Libri sine authoris nomine edi non possunt.*
6 *Barones, milites sunt. Milites à Republ. alendi, cum pro ipsa pugnare teneantur*, eod.
7 *Titularii omnes, præter Comitem, dicuntur illustres à Rege.*
8 *Titulariorum privilegia connumerantur.*
9 *Debent comparere per procuratorem, & quare.*
10 *Sedere cum judicibus quando judicant nemini licet*, eod.
11 *Non comprehenduntur sub jurisdictione data Vicario.*
12 *Non possunt in carcerem conjici inconsulto Vicerege.*
13 *Non sumitur de eis supplicium in loco publico.*
14 *Mitius agendum est cum iis quam cum privatis quo ad pœnas: &* infra 24.
15 *Nec torqueri nec furca suspendi possunt: &* 24.
16 *Processus, quem vocant* informativum, *qui sit*, eod.
17 *Non possunt ullo modo citari nisi per literas.*
18 *Liberantur à patria potestate.*
19 *Bastardi Titulariorum admittũtur ad Religionem Melitensem, contra ejus religionis statuta.*
20 *Bastardi nõ censentur nobiles*, eod.
21 *Excusantur à tutela, & cura etiã susceptа, & à muneribus Civitatis.*
22 *Officialium Civitatis Neapolis creandorum ritus.*
23 *Assurgere alicui in honorem quis teneatur, & de assurgendi ratione disseritur.*
24 *Titularii ad latus Principis equitant.*
25 *Superior benigne audire debet subditum & inferiorem*, eod.
26 *In jus vocati, sedendi jus habent.*
27 *Fidejussoriæ cautioni non sunt obstricti, sed juratoriæ, dum immobilia non possideant.*
28 *In publico hospitio sunt præferendi etiam jam hospitatis.*
29 *Habent manum dextram cum quibusvis equitibus.*
30 *Sedent in sella coram Principe & Collater. consil.*
31 *Sellam qui habeant in Regio Palatio*, eod.
32 *Loquuntur capite tecto cum Vicerege.*
33 *Capite tecto loqui, honori tribuitur*, eod.
34 *Judice, quemodo loquuntur cum Prorege*, eod.
35 *Debetur illis hasta pallii in Festo Corporis Christi, & quare.*
36 *Solemnitas Corporis Christi quemodo celebretur*, eod.
37 *Præcedunt officiales omnes.*
38 *Donativi faciendi ritus.*
39 *Titulati sunt Consiliarii Principis à latere.*
40 *Feudis titulariorum alienandis requiritur Regis ipsius assensus, Prorex enim iis assentire potestatem non habet.*
41 *Titulus remanet etiamsi castrum alienetur.*
42 *Doctores qui viginti annos publice legerunt, sunt illustres & Comitis titulum acquirunt.*

MI-

Digitized by Google

MILITES SUOS ILLIS EXÆQUAT QUI INTER PROCERES MIXTI NOSTRIS CONSPECTIBUS OBSECUNDANT. Milites cohórtales intellige; de quibus *infra* dicemus. Proceres sunt primores & potentiores Civitatis, cujusmodi appellare possemus quos *Titulatos* nominamus. Milites igitur suos exæquat non Proceribus quidem, sed iis qui immixti proceribus Principis Aulam frequentant, ut sunt Tribuni, Notarii, Veterani, & similes. Et quamquam in form. Vicer. non sit clausula huic affinis, clare tamen exæquationem coire videmus ubi *Cohortales sui*, ideſt Continui, inter Proceres & Titulatos mixti ipsius conspectibus obsecundant, tum in processibus tum in Aula. Unde quia nobis se præbet occasio, ad Titulatos sermonem hinc flectemus. Prius autem operæ erit pretium scire, homines in duplicem distribui ordinem, in Plebejos scilicet & nobiles. Plebei sunt viliores ex populo, *Instit. de jure nat. gent. & Civ. §. jus autem*, Gell. *lib.* 10. *cap.* 20. Carol. Sigon. *de anti. ju. ci. Rom. lib.* 2. Fenest. *de Magistrat.*

1 Nobiles sunt ii omnes qui quovis modo clari sunt effecti, à *noscendo* dicti, ideſt quod sint noti: & distinguuntur in Equites, Patricios, & Senatores, de quibus distincte Sigon. in *de ant. ju. ci. Rom.* Et hi singuli indifferenter dicuntur *Magnates*, *Optimates*, *Proceres*, *Primores*, *Summates*: etsi alii sint Nobiles, qui nec sunt equites, nec Patricii, nec Senatores, ut per Sigon. *ibidem*. Equites apud nos discernuntur in simplices

2 equites, & Titularios. *Titularii* enim non *Titulati* dicendum est (tametsi, & nos quoque in hoc opere sæpius *Titulatos* protulerimus) ea forma, qua *Beneficiarii*, non *Beneficiati*; *Privilegiarii*, non *Privilegiati*, &c. quibus beneficium, vel privilegium concessum est. De illo Authores sunt Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.* Bal. *lib.* 2. & alii: de isto Ulpian. in *Ut ventri*, *ff. de privil. cred. l. rescriptum*, *ff. de pact. l. sed an hic*, *ff. quod cum eo*. Distribuuntur autem Titularii in Comites, Marchiones, Duces, Principes, omnesque appellantur *Barones*: quæ vox licet ab aliquibus barbara putetur, doctioribus tamen græcam illi originem assignare visum est: cujusmodi sunt Alber. & Alc. *lib.* 5. *parer. c.* 16. dictus est enim Baro ἀπὸ τοῦ βάρος, ideſt à pondere. Optimates ergo qui in 3 publici status pondus incumbunt, *Barones* dicuntur. Cicero *ad Att. lib.* 5. *epist.* 11. è Græcia scribens atque ipsis Athænis: *Apud Patronem*, inquit, *& reliquos Barones te in maxima gratia posui*. De his igitur nobis hic sermo erit, cum ad continuandam comparationis dilucidationem valde conferat, Proceres, dignitatum titulos habentibus, æquiparari, qui etiam in omnibus celebribus opportunitatibus ad associandum Viceregem vocantur. De quorum quidem, insuper & de Feudorum origine & institutione non agam, satis esse putans quæ de ea re dixerunt Isern. in *prælud. feud.* Luc. de Pen. in *l.* 1. *Cod. de petit. bon. subl.* Bald. in *l. liberti*, *Cod. de oper. libert.* & in *capit. uno delegatorum*, *de offic. deleg.* Boer. in *consuet. Bitur.* in *tit. de jur. omn. jud.* Cassan. in *Catal. gl. mun. par.* 8. *consid.* 15. & latissime Fret. in *lib. de feudis. tit. de orig. feud. &*

Digitized by Google

Baron. Parique modo Principum, Ducum, Marchionum, Comitumque titulos habemus in *feud. usb.* distinctos cum Commen. Isern. aliorumque Regni interpretum, & præcipue Fretiæ in *d. loc.* & eorum prioritatem, ex eod. *de offi. Mag. justitiæ num.* 30. Et licet Titularius diversimode accipi possit, secundum diversas Tituli significationes; communi tamen usu loquentium receptum est ut de ils tantum intelligatur, qui aliqua ex prædictis dignitatibus insigniti sunt. Unde curiositati huic intendendo, & pro eorum indemnitate atque cognitione Judicibus necessaria ad justitiæ administrationem cum in eo etiam jus nostrum consistat, *§. fin. Instit. de jure person.* illos breviter percurrere volui. Titulus itaque est index cujuscunque rei & operis, & multifarie capitur ut per Gloss. in *rubr. de ecclesiast. tit.* & in *auth. de mand. princ. §. titulos*, Luc. de Pen. in *l. absit, C. de priv. dom.* Aug. *lib.* 10. & in *l. nullus, C. de his qui ex plurib. lib.* 10. & in *l.* 3. *Cod. de bon. vacant. eod. lib.* DD. in *l.* 1. *ff. si cert. pet. cum concord.* aliquando enim sumitur pro rubrica, *l.* 2. *§. si. ff. de interd. l.* 1. *ff. de postu. d. l.* 1. *ff. si cert. pet.* ubi Alex. & Det. aliquando pro inscriptione, *l.* 1. *Cod. de his qui tit. aut nom. tuent.* Alcia. in *d. l.* 1. Sed Hieron. Mag. *Miscell. lib.* 1. *cap.* 14. Alciatum à Marino Becichemo, *epistol. quæst. centur.* 1. *cap.* 49. habuisse fatetur. Cassiod. in *præfatione Var.* librorum titulum, operis indicem, causarum præconem & totius orationis brevissimam vocem nominat: licet loquatur de libri titulo: & non de Rubrica, & sic operum titulo, de quo etiam per Aul. Gell. *lib.* 20. *cap.* 2. non dissimilis ratio est ex quo infertur quod libri Sacræ Theologiæ non possunt in lucem edi sine Authoris nomine atque prævia licentia, ut ex *Bullar. S. Pontif.* & in *Pragm. Carol. V. ann.* 1544. constitutum patet. Novissime etiam potest dici quod dictæ Sanctiones fuerunt expressæ per aliam in anno 1586. quæ incipit, *Essendo*, & prohibet in lucem edi per regnicolas & in Regno habitantes etiam extra Regnum, sine expressa venia in scriptis obtenta. Ex qua perspicuum est quod extra Regnum non potest fieri, & factum non potest vendi, quia editionem impedit per illa verba: *Che da qua avanti nessuno del Regno, o vero abitante, presuma fare stampare*. Et postea: *Revista prima per nostro ordine detta opera*, licet ex procemio aliter dici possit, ibi: *E poi senza altra nostra licenza la fanno vendere, &c.* Titulus etiam appellatur ecclesia 70. *dist. can.* 2. & titulus dicitur *canon.* 50. *dist. can. si quis diaconus*, & titulus dicitur tractatus, *l.* 1. *ff. de postul.* & titulus actio, & dignitas, per ea quæ Glos. in *cap. ut singulæ, ver. titulos, de offic. archipres.* Titulus in loco supplicii conspicuus, ut pœnæ impositæ populus causam intelligeret. Unde inscriptio in Cruce in morte Salvatoris fuit imposita, & nostris temporibus chartulæ appenduntur capitibus & corporibus punitorum hoc experimentes, & ita putat intelligendum *tex.* in *l. si duo, §. fin. ff. de jurejur.* ibi: *Et eis superindici*, Duar. in *tit. de in lit. jur. & de pœn. perjur. cap.* 8. Denique titulus, unde Titularii, pro eorum gradu & dignitate & honore à græco verbo τίω, quod est honoro, unde & Titi prænomen ortum est

Digitized by Google

est inquit Festus: & duobus modis, in genere, & in specie: in genere, ut Titularii omnes à Comite usque ad Principem, quia non habemus meliorem Principe ut per Lancel.Conr. in *Templo om.jud. cap.3. de princ.* in specie, pro eorum gradu. *Titularii* à tuendo dicuntur, unde milites *Tituli* etiam dicti sunt, quasi Tutuli, quod patriam tuerentur, Sext.Pomp. *lib.*18. Alex. ab Alex. *lib.5. cap.*14.

6 Et profecto Barones, milites sunt *cap.*1.*de cap.* Conr.*cap.si quis miles, de feud. si cul. non amitt.* Et milites ideo à Republ. ali debent, quia pro ea pugnare ipsamque defendere tenentur, *l.milites, Cod. loc.* Quæ autem sint eorum privilegia in foris & extra, hic subnectere inutile non putavi, etiam ad rectam justitiæ administrationem, ut *supra* dixi, quæ materia maximum potest afferre honorem coram magnis Dominis, ut advertit Cassan. in *Catal. par.7. consid.*3. atque à Regni & Urbis interpretibus, cumulatim notata hucusque non observavimus. Et cum verum sit quod omnes Titularii vocantur *illustres* à Rege (præter Comitem, qui spectabilis dicitur licet circa plurima de pari procedat) à quo fluunt & refluunt dignitates, Bald.in *capit.*1. §.*ad hæc, de pace & juram. firm.* & in *rub. Cod.de precib.Imp.off.* & ante eum Inn.in *cap.cum M. Ferrariensis, extra de constitut.cum concord.* Cassan.in *Catal.par.*1. *consid.*4. & *consid.*24. *n.*168. *par.*5. Et omnes dignitates manant ab eo sicut à fonte, Bald. in *cap.*1. in 1.*notab. quis dic.Dux.* Jas.in *l.*1. *Cod. de sum.Trinit. & fide cathol.* Cassan. *par.*5.Catal. *consid.*28. etiam quia de consilio Principis sunt, ut probat *tex.*in *cap. imperialem, de prohib. feudi alien. per Fed. & infra* latius dicemus: & ideo Illustres sunt, secundum Cassan. in *Catal.par.7.consid.*1. & alibi sæpe, Fret.*lib.*1.*tit.de orig. Baron.num.*12. Illustrium autem plura sunt genera, *l.*1. *Cod. ut dignit. or.ser. lib.*12. Et 8
quamquam in locis diversis, multiplices eorum effectus scribentes enarrarint, præsertim tamen Cassan.*loco prænotato* nonnullos referre curavit, eosque in praxi aptavit judiciaria & extra: licet ex Urbis & Regni jure aliis impræsentiarum gaudeant, & quod innovatum est contra illos, observari multoties voluimus.

In primis, debent per procuratorem comparere sub pœna causæ 9
amissionis, *l. penul. Cod. de procur.* ut si de illustribus magnificentissimis ad simplicium differentiam relatis, *tex.* in *Auth.ut ab illustr. & qu. super. collat.*5. id sane intelligendum veniet, cum alii voluntarie comparere impune possint. Ratio autem qua prohibentur, magna est pro eorum dignitate, & ponitur in *d.text.* cujus verba hæc sunt: Ne cogantur „ 10
aut sedere cum judicibus cum judi- „
cant, aut stare rursus tamquam liti- „
gantes; ex utroque enim, causa vi- „
detur incauta, aut dignitatibus in- „
juriam sustinentibus, aut judiciali „
schemate indigne procedente. Unde „
notatur, nemini fas esse sedere coram judicibus cum judicant. Mos autem hodie aliquid induxit temperamenti, ut scilicet Titularii vel sint actores vel rei, in cunctis Urbis Tribunalibus comparentes ultimum cum sella habeant locum, ad quod facit *tex.* in *l.*1. & *ibi* Gl.*Cod.de consul. lib.*12.

Etsi alio respectu in causa crimi-

nali

Digitized by Google

nali in qua de pœnæ corporalis animadversione tractaretur procederet, ut ex dicto *text.* colligitur, secundum Salycet. in *eos*, *Cod. de accusat.* & Felyn. in *cap. cum te*, *col.* 3. *de rescript.* & alios per eundem Cassan. in *d. loc.* in primo effectu allegatos. Sed his refragatur *Ritus M. C. V.* 46. ubi contra eos, ideſt ut coerceantur, jurisdictio & potestas datur. Et sic abolitus videtur alius effectus, ut data 11 jurisdictione Vicario, in ea non comprehendatur persona illustris, Det. in *l.* 1. *ff. de off. ejus*, qui allegat *text.* in *cap.* 2. *in fi. de off. Vicar.* secundum autem Purpuratum *ibidem* debuisset allegare *text.* in *cap.* 1. *in fin. de offic. ordin. in* 6. & ipse alium adducit similem & meliorem, in *cap. inquisitores*, & *ibi Gloss. de haret. in* 6.

Ipse autem Ritus aliam recepit interpretationem, ut scilicet inconsulto Vicerege, de eorum, excessibus 12 etiam Fisco instante, informatio non capiatur, nec citentur nec in carcerem conjiciantur, quamvis criminibus gravioribus sint maculati, *l. gravis*, *Cod. de digni. lib.* 12. Sed olim in communibus carceribus in prætorio M. C. V. nobilibus quidem personis destinatis detinebantur; nuper autem vel in Castro novo, vel Ovi detineri cœperunt, locis siquidem dignioribus atque commo- 13 dioribus. Et si ad capitis obtruncationem damnentur, quod de Marchione cujus nomini parco, nostra tempestate vidimus, id in carceribus, non autem in publico patibulo fit, prout & de Cardinalibus Romæ, quod ex eorum privilegio suadetur: ea ratione, quia Titulati tueri debent & solent domum Regiam, ut *supra* in 14 eorum *Etymologia* diximus, quemadmodum & Curiales, cum quibus mitius, quoad pœnas agendum est, quod pro privilegio notari potest, Glos. 1. *in fin.* in *can. quando*, *dist.* 86. *cap. si vero*, *il.* 1. *de sentent. excommun.* Gul. de Bened. in sua *repetit. cap. Raimutius*, in *verbo*, *Et uxorem nomine Adelasiam*, *in mat. succ. ab intest. num.* 808. Qua ratione Joannes & Paulus fratres Juliani Imperatoris, non fuerunt publice, sed in carcere decollati, ad quos Terentianus ad eos decollandos missus, *Nos* (inquit) *decet vos intra aulam regiam nutritos ut publice occidamini*, & alia quæ Cassan. affert in *Catal. par.* 6. *consid.* 38. Quod Principis circumspectioni relinquendum venit. Ubi autem ex Viceregis licentia ad supradictos deventum fuerit actus condemnationis, jura in tribunalibus ordinariis, prout non illustres patiuntur, de qua tamen re Regem consulere deberet, juxta *text.* in *l. fin. Cod. ubi Senator. vel clariss.* in his autem reformata videtur ex potestate Viceregi à Rege tributa, quæ eos clare comprehendit, prout est videre in ejus duplomate quod *supra* adduximus.

Etsi Barones torqueri non de- 15 beant, quia milites sunt, *l. milites*, *Cod. de quæst.* sicuti nec furca suspendit, *l.* 3. *§.* 1. *ff. de re milit.* de quibus per Cassan. in *Catal. par.* 9. *consid.* 47. *num.* 1. & 2. prout multæ sunt personæ ex juris dispositione ab hac experientia exemptæ, scilicet Decuriones & alii ut diximus *supra*, *cap.* 4. *num.* 4. Et perfectissimi ut ad illustres fit comparatio non torquentur, Pancirol. in *Not. Imper. c.* 13. Et Cives Neapolitani ex processu informativo, quod à curialibus hoc nomine

Digitized by Google

16 nomine profertur, quod est absque termino ad defendendum super indiciis, cum Regis dispensatione aliquibus cum præcedentibus circumstantiis, de quibus in *cap. Urbi ab Imperat. immort. mem. Car. V. Regis nostri genitore* concesso habetur, & in scriptis expediri solet. Tamen ob nonnullos excessus etiam privatis hoc privilegium denegatum fuisse vidimus. Id autem prætermittendum non est, ut si tanta indiciorum ad torturam inferendam esset copia, ad illam evitandam, cum personis scilicet illustribus, ad condemnationem pœnæ extraordinariæ Judices proclivos fuisse retulit mihi Dn. Mutius meus germanus cum Fisco patrocinaretur, atque jure fundari. An autem Regio sanguine conjuncti torturæ subjiciantur, quæ pœna major est quam utriusque manus abscissio, diu multumque ventilatum fuisse coram Vicerege, ex eodem germano audivi, qua de re scripsit, cujus lucubrationibus me remitto.

Etsi sine dotalium instrumentorum confectione uxorem ducere prohibentur, *§. quia vero, il* 1. *Auth. ut lic. matri & aviæ, collat.* 8. quod ad prolis legitimationem confert, eis hoc datum sit privilegium; attamen in Urbe ex *Consuetudine incipiente, Dos & quarta*, quo ad dotes & quartam idem omnibus privatis constitutum est, ut non possint peti absque cognitione dotalium instrumentorum: & nihilominus circa pacta dotalia quasdam regulas in eorum matrimoniis pertractandis *More magnatum*, sic vulgo dictis ab illa nobilium quinque Sedilium in multis differentibus, quibus cuncti adhærere possunt libere. De quorum veritate confutata nonnullorum Regni juris interpretum perperam loquentium opinione, dicemus in *Epithetis sedilium in verbo Curiæ*.

Illustris nisi per literas nec civiliter nec criminaliter citari potest, ut diximus *supra* in *cap.* 18. *num.* 2. pro interpretatione qua Præfectum prætorio sententiam proferre posse diximus, etsi ex commissione Viceregis id etiam sublatum esse videatur, non tamen aliis Tribunalibus atque judicibus concessum esse intelligitur contra juris dispositionem, sed ex Regis jussu Viceregi communicatum, quo ad ipsum Præfectum prætorio indubitatum est ut amplam habeat potestatem, qua nonnulli etiam in condemnando eos de facto usos fuisse diximus in *eod. cap.* 17

Illustris liberatur etiam à patria potestate, secundum Barbat. in *tract. de præstan. Cardin. quæst.* 1. Jas. in *l. qui se patris, Cod. unde lib.* & est *text. Instit. quib. mod. jus patr. pot. sol. §. summa*, Cassan. in *d. loc. in* 6. *effectu*. 18

Quod quidem in materia sedilitia multum conferre posset, nam in nonnullis ex quinque sedilibus Urbis, ex eorum legibus statutum est filiosfam. absque emancipatione suffragia præstare minime posse: quod si ex matrimonio, successione, institutione, vel aliquo eventu titulos adipiscantur, eis juvare.

Quod autem ad successionis jus, respectu filiorum spuriorum, quoddam est specialiter statutum, per *text.* in *Auth. si qua illustris, C. ad Orfic.* ubi sancitur spurios filios illustri matri non succedere extantibus legitimis liberis, quod in aliis mulieribus non est ita, ut *ibi* per Glos. Quibus consequens 19

Digitized by Google

quens erit addere quod ad assumendum Hierosolymitanum habitum, nobilitas clara quatuor ex partibus, patris scilicet & avi, matris & aviæ requiritur, juxta antiquum illius religionis stabilimentum; ad quam filii bastardi nobilium nullatenus admittuntur licet ex quatuor prædictis partibus eorum parentes nobiles fuis-
20 se monstraverint: & omni quidem ratione, quia nedum non sunt nobiles sed inter plebejos connumerantur, Bald. in *l. cum nuptiæ, ff. de statu hom.* & in *l. generaliter, §. fin. Cod. de insit. & substit.* late Cassan. in *consuet. Burgun. Des successions des bastards, §. 3. glo. 1.* Gul. de Ben. in sua *repet. cap. Rainutius, de cleric. num. 31. de testament.* idem Cassan. in *Catal. par. 1. consid. 38. concl. 24.* Si tamen isti bastardi Titulariorum filii forent, indifferenter admittuntur, etiam absque legitimatione. Nec parum est dignitatis, cum ad illam Magni Magistri devenire possint: quæ quantæ sit gloriæ quantumque suprema, cuncti sciunt.

Est & aliud privilegium in dandis tutoribus illustribus pupillis, quod fit diversis solemnitatibus quam si vulgaribus daretur, ut est in *l. 1. & 2. C. de tut. & curat. illustr. & clariss. person.* idque Cassan. *loc. cit.* in nonum notavit effectum.

21 Immo Illustres excusantur à tutela vel cura etiam suscepta, per *text.* in *l. spadonem, §. scire, ver. si autem quis, ff. de excusat. tut.* & in *l. jurisperitos, in princ. eod. tit.* & *l. verum, §. ex facto, ff. de minorib.* quemadmodum & à sordidis muneribus, *l. fin. Cod. de excusat. muner. lib. 12.* & eadem ratione à muneribus Civitatis præterquam ab adeundo ad Sedilia ad præstanda suffragia pro Urbis & Regni beneficio, prout cæteri nobiles conveniunt, & ad constituendum *Sexviratum*, ideſt ad creandos sex viros qui totum repræsentent sedile ad Officiales sedilitios instituendos. Hi *sexviri* cum primum fuerint con-22 stituti, (constituuntur autem sorte, singula enim nomina singulorum equitum sedilis, in singulis conscripta cartulis in urnam immittuntur, ex quibus postea sex singulatim extrahuntur, iique quorum nomina legentur, erunt sexviri; ad quod munus, extrahendorum, scilicet ab urna, nominum, nostrum Montaneæ sedile Monacho utitur, quod in capitulo D. Laur. diximus convenit) eligunt Decuriones ad Annonam curandam, & Urbem regendam, Triumviros monetales; Curatores viarum, Curatores aquarum, Curatores murorum (& hi omnes *Deputati* dicuntur) Comites rei militaris quos *Capitaneos ad guerram* nominant. Quæstores ratiociniorum, quos *Revisores Computorum* dicunt, qui tamen Viceregis confirmantur authoritate, & Syndicum, cæterosque Officiales omnes. Ad quæ munera, licet nemo ex Civibus excusetur, *l. 3. §. 2. ff. de muner. & honor.* Titulati tamen qui suffragia in sedilibus præstant eorumque honorum potiuntur, non compelluntur tanquam milites, *l. cura, in fin. d. tit.* & nunquam ad ea electos fuisse vel administrasse perspeximus, præter officium sindicatus, qui maximi est honoris, & sæpius diximus, & quædam extraordinaria negotia nomine Civitatis apud Regem vel Proregem more solito explicanda. 23

Privilegium item honoris, quem debet ipsis Princeps, non est inter mi-

nima

Digitized by Google

nima connumerandum: in hoc enim negotii genere jure cautum est ut Princeps Præfecto prætorio ipsum salutanti teneatur aliquantulum assurgere, ut notat Gl. in *l. 1. Cod. de sent. pass. in ver. Processisset*, Felyn. in *rubr. de major. & obed. col. 4.* & late Purpurat. in *l. 1. num. 162. ff. de offic. ejus*: licet, *Procedere*, aliam habere significationem, quam ad hoc aptari possit, diximus *supra cap. 20.* & Alc. *lib. 4. in fi. de ver. signif.* verbum *Processisset* declarat id sane intelligendum venire, quod in Principis Comitatu fit, idque *Processum* dici, allegando *tex. l. nam Imperator, ff. de donat. int. vir. & uxor.* Ubi Imper. Anton. constituit ut ad Processus viri, uxor ei donare posset, Angel. in *d. l. 1.* qui ab Alc. non citatur, idipsum innuere videtur, & quod nullo modo teneatur assurgere Imperator, sed cum processisset passu equestri vel pedestri, dum forte ad solatium tendebat, aut per aulam ambulabat. Rex autem noster invictiss. Primoribus Hispaniæ, quos vulgus *Grandes* appellat, caput denudare solet cum illis loquitur. Et Reges Episcopis assurgere debent, *capit. solita, de major. & obed.* Quæ assurgendi species etsi aliquam pariat subjectionem, ut est Glo. notab. *can. in summa*, 93. *distinct.* & notatur per Gosfred. in *sum.* in *tit. de major. & obed.* §. *reverentia*, cum aliis adductis per Gassan. in *Catal. par. 9. consid. 15.* authoritate *Levit. cap. 19.* ibi, *Coram cano capite consurge.* Et obsequium est, ut not. in *l. si non sortem*, §. *libertus*, in *gl. magna*, *ff. de condict. indeb.* & in *l. etiam, C. de obsequ. patr. præst.* Attamen id clementiæ & benignitati Principis tribuitur, quæ ipsi familiaris est, *l. moneta, C. qui militare non possunt, lib. 12.* & ejus laus per Cass. in *Cat. glo. mu.* §. *par. 6. consid.* Et non immerito Præfectus prætorio humanitatem judicibus facere ex eadem for. Cassiod. legitur. Nec novum est ut majores honorare debeant minorem, *l. potiores*, §. 1. *Cod. de offic. rect. provin. can. esto subjectus*, 95. *dist.* juxta illud Platon. ad Dionis. Syracusan. *Si nostra tibi placent, nos quoque honorare debes, honoratus enim à te & te honorabo.* Et Prælato subditis reverentiam non servanti, subditi eandem illi servare non tenentur, *cap. significasti, in fi. de elect. cap. ad decorem*, & ibi Glos. *de institut.* & alia quæ ad hoc allegat Tiraqu. in *legib. Connub. l. 13.* & Cassan. in *Catal. par. 1. consid. 21.* Immo tanti est ponderis subditis reverentiam non præstare, ut eam potissimum ob causam C. Jul. Cæs. interfectus fuerit, si Dioni credimus, qui in illum odium concitatum maxime fuisse dicit, quod cum universus Senatus ad ipsum iviſſet salutandi causa, eum ille sedens recepit. Quo exemplo forsan edoctus Tiberius, Magistratus æque in honore habebat, ac si stetisset Respublica, ideſt quasi ipse illis, non illi ei subditi fuissent. Consulibus enim in Senatu assurgebat, & quoties eos ad cœnam vocabat, cum veniebant, ad fores usque procedebat illis obviam, cumque abibant illo eodem concomitabatur, eod. Dione authore. Etsi salutandi Principem facultas ex privilegio tantum concedatur, *l. 1. Cod. de silent. lib. 12. d. l. 1. Cod. de sent. pass.* Gl. in *l. 1. Cod. de veter.* & in hoc Præfectus prætorio multum honoris consequutus est, per ea quæ Cassan. in *Catal. par. 1. consid. 26.* Et

Digitized by Google

pari modo Princeps honorari in salutatione dicitur, secundum Rebuff. in *l. in factis, Cod. de prox. sacr. scrin. lib.* 12. nam reverentiam parit salutatio, *l. fin. Cod. de off. diverf. jud.* De cujus salutationis efficacia etiam à Principibus factæ inferioribus, ut correlative & proportionate respondeat, late per Cassa. *loc. prad.* unde merito illa assurgendi benignitas competit. Et pari modo mulieribus viris subditis idem assurgendi honor præbetur, in viis, illis cedendo & eas sedibus præponendo, quod Veturiæ Coriolani matri & Volumniæ uxori acceptum referre debent, cum priscis temporibus usque ad earum tempora, nullus aut omnino exiguus illis honor deferretur: sancitum fuit à Pop. Romano ob ingens beneficium Urbi per illas factum, ut gratificarentur mulieribus omnibus hujusmodi reverentia, quam etiam hodie retinere videmus, de qua Val. Max. *lib.* 5. *cap. de gratis.* Liv. *lib.* 2. Plut. in *vita* ipsius Phil. Bergo. in *Chron. lib.* 3. Beneficium hoc fuit. Cn. Mart. Coriolanus de Rom. Repub. optime meritus, levem ob suspicionem à Populo Romano in exilium pulsus fuit: quod cùm graviter ferret, ad Volscos Romanorum inimicos se recepit. Ii ipsum exercitus ducem fecerunt, qui mox exercitum Urbi admovens, fuit à Romanis & per Legatos & per Sacerdotes rogatus ne bellum patriæ inferret: at nihili eos curans tandem à Veturia matre & Volumnia uxore exoratus destitit. Multisque insignibus titulis ab Imperatoribus jurisque consultis mulieres honoratas fuisse legimus: & an maritus vocare debeat uxorem, *Dominam*, juxta *tex.* in *l. uxorem, ff. de legat.* 3. & an contra virum & alios pro vendicando hujusmodi honore, si ipsi denegetur, habeat interdictum vel officium judicis, differit Cassan. in *Catal. par.* 2. *confid.* 37. Quibus autem Imperator assurgere solitus sit, & quid cum Cardinalibus & Archiepiscopis Episcopisve ipsum visitantibus, insuper & cum Patriciis, Vicariis, Senatoribus, Consiliariis, aliisque personis observet, tradit Restaur. Castal. in *tract. de Imper. quæst.* 65. Et judex Doctorem ad se venientem, ad sedendum invitare debet, *l. fin. & ibi* Glos. in *ver. honoratis, Cod. de offic. diverf. jud.* nisi quando propriam causam ageret, *l.* 1. *Cod. de off. civil. jud.* Cassan. in *Catal. par.* 10. *consid.* 40. Quod si Imperator id observare dicitur cum Præfecto præt. quia illustris est, multo magis ipse Præfectus præt. quem asseveramus comparative esse Vicerегem, debet non aliquantulum sed multum assurgere Titulatis qui *illustres* à lege, ut *supra* diximus, vocantur, *auth. muleo magis, Cod. de sacros. eccles.* & de hac benignitate, quam ex evangelica lege perpendimus, Dominus omnium in actu tantæ humilitatis lavandi pedes discipulis & servis suis dixit: *Exemplum dedi vobis, ut sicut ego feci, ita & vos faciatis.* Idque evidenter demonstrare ex iis, quæ in aliis privilegiis eorum subsequentibus incongruum non erit. Hic illud re- 24
censebimus, Titulatos utplurimum latus Viceregis tenere sinistrum coequitando, dum tamen non exeat cum Syndico; quod silentio pertransire nolui. Sed quid de Judicibus? qui illustres sunt, quia scilicet de consilio Principis sunt, secundum allegata per Cassan. in *Catal. part.* 7. *consid.* 2.

Digitized by Google

fid.2. cum eadem militet ratio, idem respondendum venit. Qui autem Judices sint Illustres, Collateralis ne Consilii tantum, an aliorum etiam Tribunalium, *infra* dicemus, ubi de eorum præcedentiis nobis agendum
25 erit. Sane autem superior judex inferiorem benigne audire debet, cum possit unius sententia, & forsan deterioris, & multos & majores in aliqua parte superare, *text.* in *l.1.§.sed neque, Cod.de vet.jure enucl.* & quandoque reveletur minori, quod major nescit, *cap. ad audientiam, juncta gl.1. cir. fin.de consuetud.* Cassan. in *Catal.par.1. consid.21 &* 26. Quibus dictis perpensis, recte judicatum fuisse noverimus, si sententiam annis jam elapsis, inter Præfectum annonæ, & Decurlones Civitatis à Collaterali Consilatam ponderabimus. Controversia fuit quod cum Præfectus annonæ ad Tribunal Decurionum in D. Laurent. accederet, intendebat ad fores usque, Decuriones ipsi obviam ire debere. Decurionibus contra abnuentibus, decretum fuit, Præfecto ipsi annonæ assurgentiam tantum ab Decurionibus deberi: idque jus in præsenti viget. Adeunti vero uni ex Regentibus Cancellariam ad Tribunal M. C. V. (quod singulis Saturni diebus mane fit) ad recensendos qui in vincula ob crimen coercentur, Prætor, quem *Regentem Vic.* appellant, duo Regii Consiliarii, tres Judices rerum capitalium, & Quæstor parricidii, ideft Fisci Patronus; qui recensionis, quam *Visitam* dicunt, omnes interfunt, & Consiliarii peracto biennio mutantur; ad gradus usque Curiæ obviam eunt ad illum associandum.

26 Illustres præterea in jus vocati, etiam si ex criminali capite, propriam agendo causam, jus habent sedendi, *l. fin. §. sedendi, Cod. ubi Senat. vel clar.* & *ibi* Bald. Atque in praxi hoc eis vidimus observatum privilegium, cum in contestanda lite ipsos examinari contingisset ut eos coram Judicibus & Fisci Patrono, etiam in loco ubi ipsi sedent, quod aliis, licet nobilibus, concessum non est, utputaqui detecto capite & stantes examinantur.

Et si, vel civiliter vel criminaliter conveniri contingerit, atque im- 27
mobilia non possederint, fidejussoriam cautionem non cogentur præstare, cui regulariter cæteri sunt obnoxii, sed juratoria sufficiet, *l.quotiès, Cod. de dignit. lib.* 10. Joan. Ant. de Nigris in *cap. Reg. Subditorum, num.* 16. Eoque casu, ideft conventionis, injuriarum persecutio conceditur filio, non filiæ, *l.2. Cod.de injur. §.pen.Justit.eod.* Specul. in *tit.de procurat. §.ratione igitur, casu* 19.

Quo autem ad corporalem pœnam, licet plus illustri & nobili, quam plebejo deferatur, ut noti juris est, & Purpur. in *l.1.ff. de offic.ejus*, ad hoc allegat *text.* in *l. properandum, §. fin autem, Cod. de judic.* quod limitatur in proditore, in hæretico, in Papa, in Imperatore, in eo qui in officio suo deliquit, etsi torturæ pœnæ non subjiciantur, & ex consuetudine non suspendantur sed decollentur, cum suspendii pœna sit ignominiosa, Dec. in *cons.65.* Cassan. in *Catal.par.8.consid.33.* Nulla tamen est illis cum nobilibus differentia; nam & torquentur, & relegantur, & deportantur, & securi, prout alii nobiles, percutiuntur, sive

Digitized by Google

capite obtruncantur, quod etiam tempestate nostra visum est. In illo tantum differentibus, ut *supra* diximus, quod in carceribus, & non in publico supplicii loco obtruncari solent.

28 Et licet hospitatus in publica caupona, ab aliquo expelli non possit, *l.nu.* §.*caupo*,& *ibi* Angel. *ff.furti adver. naut.* tamen ab illustribus, ut Legatis, expelli potest si inferioris fuerit conditionis, Cassan. *loc. cit.* ad quod allegat Marsin. Laud. in *tract.de legat.Princ. cap.*2. & in *argumen. tex.* in *l.jubemus*, *Cod.de sacrosanct.eccl.* Cujus praxis magis videtur mihi applicanda cum missis à Præfecto præt.vel ab aliis Principibus non recognoscentibus superiorem, potestatem creandi habentibus, quam prædictis Titulatis. Nisi theoricam hujus dicti intuendo, de nuncio vel internuncio vel de Legato hanc vicem gerente intelligatur improprie, prout dicemus *infra* in interpretatione clausulæ, *Legatos gentium explet*, ne eorum prærogativis & authoritatibus confestim derogemus. Hi omnes effectus à Cassan. *loc.notato* enarrantur usque ad *num.* 13. & nos per additamentum & commentum usque ad 27. extensi sunt: mox alios cumulabimus jure Regni in praxi receptos, qui cum species sint dignitatis illustris, illos huc cumulare nobis non absurdum visum fuit.

29 Habent igitur Titulati manum dexteram cum quibusvis equitibus & patriciis deambulantes, tametsi divitiis & sanguinis claritate majoribus: quod quidem dignitatem affert, *capit.solita*, *de major. & obed.* ubi notat Abb. *cap. illud*, *cap. duo sunt*, 96. *dist.* Bald.in *l.decernimus*, *Cod. de sacrosan.eccles.* Felyn. in *rubr.de major.& obed.* Soccin.*consil.*99.

Sedent in sella coram Principe,& 30 in Collaterali Consilio atque in aliis Urbis Tribunalibus, ex quo magis honorantur quam qui stant, Bald.in *l.quoties Cod.ubi senat. vel clariss.*& tanto magis qui sedent prope Dominum, Glos.in §. *aliam*, *ver. altiori*, *Instit. de honor. possess.* Bald. in *l.observare*, §.*antequam*, *ff.de offic.proconsul.* aliique adducti per Cassan. in *Catal.par.*1.*consid.*11.*cum sequ.* Sella enim in Prætorio Principis maximæ est dignitatis,ut est *text.*in *Auth. ut ab Illustribus*, §.2. Et hanc non habent alii præter Titulatos, nisi septem Regni Officiales, Consiliarii à latere, Præses S. C. Locumtenens R.C. Regens M. C. V. Thesaurarius Regni generalis, Secretarius Regni, & Præsides omnes juxta novam sanctionem tempore Pii V. Pont. Max. editam, Milites Hierosolymitani magnæ Crucis, & alii pauci. Cui Titulatorum prærogativæ cum aliquando derogatio tentata fuisset, ipsi sua jura sunt tuiti, & quasi communi indignatione sequuti, Principisque turbis & præsentia valde turbatis, illius possessione haud moti fuere.

Loquuntur capite tecto cum Vice- 32 rege, cui tamquam Magistratuum omnium supremo & potentiori, caput aperire debemus, quasi omnia nostra bona illi patere & parere debeant,secundum Plutarc.relatum per Cassan. in *Catal. par.*1. *consid.* 10. quemadmodum in depositione capitali, *Apocal.*4.& Francie dicit honorem esse orare nudo capite & supersticiosum reverari, ut habetur 1. *ad Corinth.*2. *omnis vir orans velato capite* 33

te

to deturpat caput suum. Quod quidem procedit cum aliis illustribus judicibus supra recensitis, quibus jus sedendi in sella concessum est. Alii vero Judices, scilicet Regii Con-
34 siliarii, Præsidentes Reg. Cam. Judices M. C. Vic. & Fisci Patroni, in Collater. Cons. capite tecto quidem loquuntur, referunt causas, vota proferunt & defendunt, sedent autem in scamnis. Extra vero, idest in camera Proregis, etiamsi de negotiis ad eorum officia pertinentibus agunt, aperto loquuntur capite & stantes, Vicerege deambulante. Quod si is sederit, ipsos & sedere & caput tegere permittit. Quæ diversitas unde processerit, undeque hic mos manarit, Principis religio proferat; de cujus potestate differere non licet, ni sacrilegii pœnam quis incurrere malit.

35 In festivitate corporis D. N. Jesu Christi (in qua adeo solemnis processio inspicitur, ut suo loco explicandam remittere satius duxerim, quam hic breviter attingere) ex octo hastis pallii, unam fert Titulatus aliquis nomine Titulatorum omnium, per loca solita Civitatis, incipien-
36 do à Metropolitana Ecclesia unde capitur sacratiss. Panis Angelorum, usque ad Ecclesiam D. Claræ; illo enim tanquam ad regium sacellum atque ad hoc à Regibus fundatum ducitur: & illinc ad eandem Metropolitanam eadem pompa reducitur. Ex quibus quidem octo hastis, tres perpetuo feruntur ab iisdem, prima siquidem à Vicerege nomine Regis, secunda quæ est ad levam Viceregis, à Titulato ut diximus, qui à Vicerege ipso nominatur; ultima à Tribuno Plebis, quæ fuit illi concessa ab Regibus Aragonensibus; reliquæ quinque à Nobilibus Sedilium, successiva vicissitudine; quinque scilicet equitibus gestantibus per regionem sui sedilis, quæ regiones jam notis signis, idest marmoreis crucibus parietibus fixis, sunt distinctæ. Ratio istius prærogativæ, hastæ scilicet perpetuo portandæ, inde oritur, quod olim Reges Regni, filios tantum, Titulatos efficiebant, eosque tanti honoris participes esse sinebant. Et cum postea tituli aliis etiam elargiri cœpissent, id etiam, quasi in ea dignitate successoribus, fuit ipsis elargitum. Regnum enim sectionem non patitur, Innocent. in *cap. licet*, *de voto*, & administrat. Regni, uni est committenda, *Archid. 2. q. 7. §. idem objicitur*. Et dona habent filii Regis ampla Castra cum jurisdictione & imperio, unde vocantur *Barones*, idest filii aliis excelsiores, pro quo Cassan. allegat *tex.* in *extrav. nolentes*, *vers. Comites*, & *Barones in catal. par. 8. consid. 13*.

Præcedunt item Titulati, omnes 37
Officiales etiam Collateralis Cons. ut *infra* dicemus in materia præcedentiarum, juxta *novellas* Regis *sanctiones*. Ex quibus etiam sanctionibus in Principis Oratorio atque in publicis locis, ubi solemniter Prorex cum Civitate ad agendas gratias D. O. M. convenit, pro iis quæ & Regis & Regni concernunt beneficium, & gloriam; scamnum habent ad sedendum cum humerali.

Interveniunt in generali parla- 38
mento quod celebratur pro honorario Regi faciendo, quod est extraordinaria subventio, vulgo *Donativum* dictum, singulis duobus annis in

D. Laur.

Digitized by Google

D. Laur. templo. Cuius celebrandi talis est ritus. Prorex solemni processu illo accedens, universis Regni Baronibus & proceribus ibi coactis, Regis necessitatem aperit, lectis etiam fiduciariis ad hoc Regis literis, & discedit: sequenti die eodem loco conveniunt Nobiles civitatis ad id deputati, numero duodecim, sex Titulatis, reliquis simplicibus Baronibus, cum Syndico, ibique de quantitate tribuenda deliberant: tribuitur autem ex tribus corporibus, Baronum scilicet, eorumque vasallorum, & Universitatum domantalium. Dein lata die revertitur Prorex item solemniter, oblatamque pecuniarum quantitatem Regis nomine acceptam refert, ac gratias agit. Gratias vero ipse poscitur pro universali Urbis & Regni beneficio à Baronibus licet numero paribus, quod ab Illustriss. D. Perafano de Ribera constitutum fuit; olim enim Civitas ipsa per suos duodecim Deputatos, illas postulabat. Qui Barones, ipsi etiam cum Deputatis subscribunt literas ad Regem de eo Donativo jam facto. Deputati autem Barones præcedunt in his prout in cæteris omnibus, cum manum habeant dextram: quod magnæ esse prærogativæ *supra* diximus.

39 Titolati omnes sunt à latere Regii Consiliarii, quod probat *text.* in *cap. imperialem, de prohib. feudi alienat. per Frid.* & nos *infra* in præcedentiarum quæstionibus late dicemus.

In publicis rebus explicandis post Civitatem, & post septem Regni Officiales primum obtinent locum, in solemnibus Viceregis Comitatibus & processibus, in solitis & celebribus diebus ante omnes alios nobiles & Magistratus qui Viceregi obsecundant.

Quod si ad expedienda publica negotia, ab ipsa civitate deputati fuerint, siquidem cum aliis Deputatis non Titulatis, tunc in ambulando cum eis, certe præcedunt, item & in loquendo Viceregi, nomine Universitatis, & cum prædictis aliis Deputatis sivè pro re ad suum sedile spectante cum aliis Deputatis ejusdem sedilis electis: & primo loco alloqui magnæ est prærogativæ, Præpos. in *can. episcopos, 17. distinct.* Bald. in *cap. 1. in tit. de contro verf. feud.* Lud. Rom. *sing. 81.* facit *text.* in *l. fin. Cod. de Tyron. lib. 12.* & late Cassan. in *Catal. par. 1. consid. 19.* & nos aliqua diximus *supra*. Sed nempe id arbitrarium est, cum hic non ut Titulati sed ut Nobiles illum repræsentent locum, *l. tutorem*, ff. *de his quibus ut indign.* Isern. in *cap. 1. col. 2. qui succ. ten.* Bald. in *consil. 167.* Alex. *cons. 18. num. 15. in 2. addit.* Fret. *lib. 2. tit. quis dic. com. num. 45.* & nos plura dicemus in præcedentiis: & appellatione nobilium etiam Comites & Marchiones veniunt, *cap. grandi, de supplen. negli. prael. in 6. cap. constitutis, il 2. extra de testib.* Cassan. in *Catal. par. 8. consid. 15.* & 46. ex *text.* in *l. fin. Cod. de offic. diverf. jud.*

Et si quis non doctor esset de Collater. Consil. ad illud ab Rege electus & post promotionem alicujus ex Regentibus Reg. Cancell. qui de eodem sunt Consilio, præcedunt illum licet tempore priorem. De quo acerrime conquestus fuit Dn. Sigismundus Loffredus, & cum juribus & cum authoritatibus hoc confutando in *paraphrasi seu.* sed contrarium terminatum solemniter fuit, unde hanc hodie retinent prærogativam.

Ad

Digitized by Google

Ad quæ accedit quod si quis Comes aut Marchio ad Collater. Consil. ascitus fuerit, & dein ad idem superveniat Dux aut Princeps, Comes vel Marchio præcedet, licet Dux & Princeps titulo sit major, quod ad illud consilium attinet: & hoc jus usu valet, cujus rationem *infra* adducemus.

Si autem aliquis ex Regentibus Reg. Canc. vel ex his qui in supremo sunt Consilio Italiæ in Curia Hispaniarum; ad titularem ex Regia benignitate pervenerit dignitatem, maxima fuit altercatio an aliis Regentibus & tempore promotionis & impensis servitiis antiquioribus, præferri debeat: quod disceptatum fuit cum Dn. Marcello Pignono Oriuli Marchione meo avunculo: circa quod aliquod datum fuit temperamentum, ut in Collaterali non præcederet, extra vero etiam in exeundo à Tribunali, illi præcedentia non denegetur: quæ omnia notata sunt *infra* suo loco.

An autem Titulatus alicujus sedilis, dum cum aliis Nobilibus conveniat ad suum sedile, more & loco solitis, in sedendo ac in loquendo alios nobiles præcedere debeat, aliquando in sedili Nidi controversum fuit.

40 Feuda Titulariorum intantum sunt privilegiaria ratione tituli, ut Prorex authoritatem non habeat assentiri illis transferendis & obligandis, tametsi ut Regis Vicarius, quibusvis feudis non titulariis alienandis, assensum præstare possit. Imo inter novem species, quibus ex *Reg. Pragm.* Vicerex assentire prohibetur, utpote quibus Regis ipsius requiratur assensus, præcipua est ista Feudorum titulariorum: quam potestatem nunquam Reges ipsi tribuere voluerunt, quamvis de ea re & ab Urbe & à Regno, pro communis commercii utilitate sæpius supplicatum fuisset: quod factum est ratione dignitatis, nam digniora Princeps audire debet: & cum titulares dignitates à Rege concedantur, tanquam regalia absque suo ipsius consensu obligari non possunt, Dec. *consil.* 269. *num.* 2. Bald. *consil.* 275. Fret. *lib.* 2. *tit. quis dic. March. n.* 8.

Illud est singulare privilegium Baronum simplicium, ut singuli singula sibi recipiant Oppida, & *Cameras reservatas* nuncupant, quæ ab onere hospitandorum militum sint exempta; Titularii autem plura recipiunt; quod tamen ex Principis gratia pendet. Pro quo recipiendo, ideſt pro reservanda Camera an Baro aliquid à Vasallis accipere possit, & an Titularius cedens filiis aut aliis Castrum sive Cameram reservatam possit aliud sibi recipere & reservare, in judicio controversum fuit, & ab Reg. Camera de ultimo judicatum, quod licet.

Quivis Titularii, *Illustres* nominantur & enunciantur à potentissimo domino nostro Rege in epistolis aliisque scripturis.

Sinistrum Principis latus, ut diximus, semper habent, dum tamen solemniter cum Civitatis Syndico procedere ipsi non contingat: ubi illud notandum, quod cum solemniter proceditur, & Syndicus Principis lævam obumbrat, à dextris nemini incedere licet: quod cum aliquando innovari tentatum esset ab Illustriss. & Reverendiss. Cardin. de Cueva in Regno tunc Locumtenente

Digitized by Google

nente, in quadam lætitiæ solemnitate; & Syndicus ipse & Decuriones qui ea festivitate purpurati incedebant albosque equitabant equos, de ea re fuere conquesti, eorumque prærogativa remansit illæsa.

In suis negotiis expediendis cum Prorege in ejus prætorio, cum publicæ tum privatæ audientiæ, ipsi priusquam alii audiuntur, servata inter ipsos prærogativa, ut scilicet prius vocentur Principes, tum Duces, dein Marchiones, quarto Comites, postremo simplices Barones.

Isque negotiandi ordo etiam cum ipsorum patronis servatur à Magistratibus, ut quacunque supervenerint hora, audiantur..

41 Et si castrum, de quo habent titulum, juris forma servata, alienari contingerit, Titularii non amittunt titulum, nec aliquam ex prædictis prærogativis. Ratio est ea, quod ista dignitas datur personæ & non rei, Bald. & Cardin. in *cap. 1. quis dic. Dux*, Jacob. de S.Georg. in *tractat. feud. in ver. Comes*, facit *text.* in *cap. Nabucdonosor*, 23. *q.4.* & *clement. 1. de foro compet.* quæ ad hoc allegat Cassan. in *Catal. par. 5. consid. 49.*

Titularii majorem consequuntur prærogativam in Regno, quam in Hispania, licet ibi alias majores habeant, & signanter ii qui *Grandes Hispaniæ* dicuntur, de quorum authoritatibus *infra* dicemus, quandoquidem in Hispania Principatus titulus nulli conceditur, sed primo Regis genito, omni qua decet ratione receptus est, qui *Hispaniarum* dicitur *Princeps*, & in præsenti est Philippus, quem post felices & longævos Regis Philippi nostri annos, terrarum orbis Monarcham videre speramus. In Gallia vero primigenii dicuntur *Delphini*, de quo Conr. in *Templo om. jud. q. 1. n. 9. lib. 1. c. 2. de Reg.* ubi & de Duce, & Marchione, & Comite. Item, & de Marchione Alc. *lib. 1. parerg. c. 27.* & Fret. *lib. 1. tit. de ant. fis. Reg. nu. 18.* Et Marchio, & Comes, proprie *Regni* vel *Regis Capitanei*, dicuntur, *c. 1. de his qui feudare possunt.*

Coronam adhibent suis insignibus, quam facere non licet [illegible] de familia: ex qua etiam dicti possunt *Titulati* quasi tutulati à *tutulo*, nam tutulus est ornamentum capitis prout ad caput aptatur corona: id tamen differunt, quod differentibus utuntur coronis ex privilegio. Princeps enim ornatiore decoratur corona quam Dux, & sic ornatiore Dux quam Comes &c. De coronarum autem varietate agunt Gell. Plin. Athæn. Volater. Cassan. in *Catal. par. 1. consid. 38. conclus. 44.* & *par. 5. consid. 22.* Fret. *lib. 2. tit. quis dic. Dux*, & alii passim, Restaur. Castal. in *tract. de Imper. q. 12.* Tertull. in *lib. de corona militum.*

Utuntur etiam domi serica umbella, quam *Baldachinum* dicunt, quæ maximæ quidem est dignitatis, utpote quæ regale tantum est ornamentum post Pontifices.

Illud libens adnotaverim, olim Comitis tantum Titulum tribui solitum, quia filii Regum Ducatus & Principatus titulo honorabantur, nec decens erat ut eo quo Domini titulo vasalli ornarentur, prout de Hispaniarum Regum primigenio diximus, qui cum appelletur *Princeps*, nemo alius ibi Principis titulum consequitur. Qui autem titulum emerint Titularios nõ esse alias diximus, quem-

ad-

Digitized by Google

admodum & qui doctoratus dignitatem emunt non sunt Doctores.

Non autem possunt Titularii convenire ad tractandum de rebus Regni absque Regis licentia, alias rebellionis crimine notarentur. Et hæc de illustribus summo digito tetigisse sit satis. Id autem quasi corollarium addiderim, Illustres esse etiam Doctores qui actu legerunt viginti annos, Purpur. in *l.1. col.* 8. *ver.*8. *ff.de offic. ejus*: nam efficiuntur Comites, *l.* 1. *Cod. de profess. qui in urb. const. lib.*12. per Card. in *cap.*1. *quis dic. Dux, de usib. feud.* Bart. in *l.Alexandrinis, Cod.de decur.lib.*10. & in *l.*1. *q.*3. *Cod.de dignitat. lib.*12. ut cum à jure, & non à Principe Comitatum habeant, præcedentiam cum eis vel eandem habeant dignitatem, Cassan. in *Catal.par.*5.*consid.*51. Doctor enim legens, apud Scholares dicitur quidam Regulus, & septem habere debet circumstantias, ut per Cassan. in *Catal. par.* 10. *consid.* 26. Unde mihi hoc temporis beneficio denegari non debet, licet septem illæ mihi desint circumstantiæ: legi enim ab adolescentia in publico urbis gymnasio, & ordinariam vespertinam lecturam per annum professus fui, ex impedimento primarii Anteccssoris. Deinde festis diebus extraordinariam lectionem pro eruditis introductam professus sum, prout feudorum prælectio pro eisdem his diebus legitur: itaque omni tempore in summam redacto, viginti septem annis continue his operam dedi, potiusque hoc Comitatus privilegium mereri conatus sum, quam illud consequi ambierim, prout nonnulli adepti fuere: meo enim patriciatui parum honoris erat illinc addere: unde hoc prætermisso, Regis benignitati inservire paratus semper fui, prout in omnibus urbis publicis oportunitatibus, & a me & a mea domo commonstratum fuisse notorium est. An autem Comitis palatini in hac urbe & Regno quivis habuerit dignitatem & notas prærogativas mihi obscurum est.

42 Sunt etiam illustres Procuratores quos sibi in aliqua provincia generales constituere solent Reges ad aliquid specialiter agendum sub titulo Agentis generalis, de quibus *tot.tit.Cod.de agent. in reb.* quod si specialis constituatur, spectabilis decoraretur titulo, *l.un.* & *ibi Cl. Cod. de offi. Comit. orient. in rubr.* quid autem de Advocato generali alicujus provinciæ, habes per Cassan. in *Catal. par.* 7. *consid.*37.ex dictis Purpurat. in *l.*1. *ff.de officio ejus*.

ADNOTATIONES

*Ad num.*2. *Titularii, non titulati dicendum est.*

Eadem ratione officiarius dicetur, non officialis: tametsi in nominibus deducendis, usum potius quam analogiam nobis proponendum censuit Varro. Solus autem Imperator vel Rex creat Titularios, ceu & Papa Cardinales, Felin. pro communi in *rub. de constit.* & facit *l.*1. *ff. ad leg. Jul. de amb.* & *l.probatorias, Cod. de diverf. offic. lib.*12. Restaur. *de Imper. q.*110. *num.*130.

Digitized by Google

A *Num.5. Pariqne modo Principum, Ducum, Marchionum, Comitumque titulos habemus in feudorum usibus distinctos.*

Ad generalem titulorum distinctionem respexisse reor Germanum cum dixit Principis titulum haberi in usibus feudorum: certe enim is titulus in feudis non habetur, ut admonuit Fret. in *diff. feud. regal. & aliorum nobil.* Imo absonum fuisset illum inter titulares dignitates admiscere, cum titulariorum dominum & caput significet: & monstrum esset plura dare capita, unde Aristot. *multitudo principatus mala, unus ergo Princeps*: quapropter Deus Princeps est, *Esa. cap.9.* interdum angelus dicitur *Princeps, Jos. cap.9.* & hominum Princeps est Papa, *can. corpora, de consecrat.*
B *dist.1. cap. & Imperator, cap. ad apostolicæ, de sent. & re jud. Inst. de jure nat. §. quod Principi*: aliquando rex dicitur etiam Princeps, *cap.1. §. unde, extra, de sacra unct.* alios modos pete ex Nicol. Intrigl. *de feud. cent.1. q.8.* Unde Summi Pontifices, quibus titulos distribuere jus est, cum non haberent quem titulum supra Ducem darent, illum adauxere, & aliquando *Archiducem* appellavere, ut est in Germania *Archidux Austriæ*, quasi supra Duces, secundum Cass. in *Catal. par.5. consid.24.* aliquando *Magnum Ducem*, ut est in Italia *Magnus Dux Etruriæ*.

Num.6. Titularii à tuendo. Vide Pardulf. Prat. *Lexic.* in *ver. Tituli*.

C *Privil.1. Debent per procuratorem comparere.*

Idem in pupillo, ut vel accuset vel accusetur, per tutorem agat vel excipiat; sicut & minor, per curatorem, *l. minorum ff. de restit. minor.* Hinc praxis curialis ut cum curatore procedatur, alias nulla sint acta & sententia. Quod & ad universitatem extenditur, ut per procuratorem & syndicum agat, *l. cum collatores, Cod. de re milit.* Quid autem in mulieribus, vide Bartholom. de Cap. aliosque interpretes in *Constit. Reg. Generalia.* Sunt autem complures facti species ubi judicia criminalia terminantur per procuratorem, quas petas ex Goffr. *Summ. de accusat. num.12. cum seqq.*

D *Privil.4. Et si ad capitis obtruncationem damnentur, id in carceribus non in publico patibulo fit.*

Ob rebellionis tamen crimen, hoc privilegio cadunt, cujusmodi exemplum nuper dedit in Flandria Comes Agramontis, qui hanc ob causam publice fuit capite plexus: alioquin nedum Titularii, sed & privati patritii, ut plurimum id habent prærogativæ, ut morte non mulctentur ubi facinorosi omnes mulctari solent. Et jam *supra* indicavimus nobiles sedilicios Neapolit. ex humanitate Illustriss. Comitis Olivaris Proregis, pœnam hanc aliquando luisse ad ostium palatii M.C. Vicariæ.

Pri-

Digitized by Google

Privil.6. Etsi Barones torqueri non debeant, quia milites, &c. A

Fretia hoc idem ait in *tit. differ. feud. regal. fol.254.* verum nulla nititur authoritate: & sane ad subjiciendum quæstioni personas in dignitate constitutas, Principis opus est dispensatione, *l.nullus, Cod.ad leg. Jul. majest.* à contrario sensu, & *ibi* Bald. quem in causa Cardinalis de Ravenna allegat Restaur. in *tract. de Imper. quæst.110. num.79.* & quanquam id ad privatos nobiles non extendatur, ex privilegio tamen alicubi illis irrogari novimus; ut est in Polonia ubi à nemine quam à Rege judicari possunt; quod à gravissimis viris literis proditum est: & milites Aurei velleris hac omnino tuetur exceptio, ut solum Regem judicem habeant. Non autem levis est disceptatio quid reip. statui magis expediat à Principe ne an à ju- B dice judicari; & in judiciis examinandis principem adesse an abesse sit satius.

Privil.7. Sine dotalium instrumentorum confectione, uxorem ducere prohibentur.

Æque prohibentur etiam uxorem ducere plebejam, *l. senatoris filiam, ff. de senator.* & proinde hodie Titularii matrimonium inire inscio Princi. pe non possunt: etsi aliam etiam ob causam id ipsi innotescere debeat.

Privil.9. Illustris nisi per literas nec civiliter nec criminaliter C *citari potest.*

Imo nec condemnari possunt inconsulto Principe, ut de Vicario habetur in *l. si gravius, Cod. de legat. lib.12.* quod inter decem proprietates Vicario competentes connumeratur, ex juris interpretum authoritate excerptas per Camerar. in *repet. cap. Imperialem, de prohib. feudi alien. per Frid. fol.79. in litera M.*

Privil.21. In jus vocati jus habent sedendi.

Ex Fretia in *tit. different. feud. regal.* D

Privil.23. Fidejussoriam cautionem non cogentur præstare.

Imo nec cautionem de judicio sisti: sicut & privilegio etiam communiuntur ne sine scriptura citentur, aut in carcerem intrudantur, Bart. in *l.quoties, Cod. de dignit.* hic allegata per Germanum, & Par. de Put. in *tract. de Synd. ver. Si judex, num.2.*

Digitized by Google

A *Privil. 33. Quod est extraordinaria subventio, vulgo* Donativum *dictum.*

Quid proprie sit donativum, jam satis & *super* explicuit Frater in *hoc lib. cap. 5. num. 21.* Quod autem huc attinet, in sacris constitutionibus *superindictum* appellari videtur, quanquam indictum ex jussu Principis sit. Donativum autem subditi sua sponte conferunt: quicquid autem sit, absque Imperiali præcepto vel saltem confirmatione imponi non potest, nam Præfecti præt. literæ utique non sufficiunt, *l. 1. Cod. de superind. lib. 10.* quem *textum* ad aliud allegat propositum Camerar. in *repet. cap. Imperialem, de probi. feudi alienat. per Frid. fol. 79. in litera M.* ubi decem Vi-
B carii authoritates colligens ex Capycii testimonio, ait quod absente Rege potest hoc superindictum Vicarius imponere, quod tamen eo *tex.* minime probatur. Et in hoc Regno hoc idem de donativo observatur præceptum, ut ex regiis literis apparet. Unde autem originem sumpserit, quove tempore, & quid juris, quantique & proceribus & populis sit relevii, in nostro *tractatu de Regalibus*, ubi de tributo sermo nobis erit, pandemus.

Privil. 42. Illud est singulare privilegium Baronum, ut singuli singula sibi recipiant oppida, & Cameras reservatas *nuncupant.*

Cum *Camera reservata* frequens sit vel apud vulgares mentio, origi-
C nem autem & rationem & nullo hucusque Regni juris interpretum indicatam fuisse perspexerimus, forte quod illius ipsos cognitio latuit, commodum duximus aliqua de illa in medium afferre; eoque magis quod ob eam non raro lites in judicium perlatæ fuere inter fiscum, Barones, & Vasallos; quas diversis ex causis, diversos sortitas fuisse eventus novimus. Est autem *Camera* proprie fornix sive testudo ædificiorum, quam vulgus *Lamiam* appellat; nedum autem de fixis, verum & de ductilibus usurpatur, ut scilicet quicquid ad fornicis speciem contectum sit, *camera* dicatur, & cameratæ species, quæ cameram imitantur, unde *cameratum vehiculum*, letticam
D interpretatus est Budæus, propterea quod instar Cameræ sit contectum. Et Suidas circunductilem cameram interpretatur *tholam*, qui & tentorio, & baldacchino coaptari poterit. Hesychius militare cingulum *cameram* appellat. Et quia cubicula, idest penitiores illæ domus cellæ in quibus cubilia ad dormiendum sternuntur, camerata fieri consuescunt, usu invaluit, ut *camera* dicantur. Sicut autem cubiculum pro universa domo acceptum reperitur, ita & Camera: testis est Ulpianus in *l. cum fuerit ff. de condit. & demonstrat.* ubi ait: *Quamvis nondum in cubiculum mariti venerit* idest, nondum mariti domum asportata fuerit uxor. Eodem facit quod camera Imperatoris *cubiculum* appellatur, quæ debet esse sancta & immaculata, de qua *tit.* est *Cod. de præpos. sacri cubiculi*, & adnotat Luc. de Pen. *ibi*; ad quod facit *text.* in *l. 1. Cod. de his qui per met. jud. non appell.* & *l. fin. ff. eod.* ubi *in sacro comitatu nostro timere nil potuisti*, & *l. 1. §. ignominiæ ff. de*

his

Digitized by Google

his qui not. infam. Et Camera Episcopi locus dicitur tutus, ut notatur in A *cap. novit, de appellat.* & in *cap. cessionum, de probat.* quæ Fret. cum aliis ad hoc adducit *tit. de offic. Mag. Camer.* partemque pro toto accipi vel tonsoribus est notum, unde *Cameram reservatam*, domum hic accipere debemus: *reservata* autem vocatur quod ab onere hospitandorum militum est immunis. Sunt qui Cameram *conditorium thesaurorum* appellent, sicut *Cavenam aridorum & liquidorum*, idest frumenti & olei, & similium, Zas. *quæ res in feud. dare poss.* ad quod facit nomen Tribunalis Regiæ Cameræ, ubi tametsi non serventur; procurantur tamen thesauri ex hoc regno ad regem provenientes: sed hæc summo digito tetigisse sit satis. Quod autem ad reservatæ Cameræ cognitionem attinet, scire oportet armatæ militiæ munus, & usum, ob nonnullas publicas easque perarduas causas, B pernecessarium esse, ut adnotavimus *supra fol. ab hac* 336. *& infra*, & proinde summo studio ejus conservationi vacandum & incumbendum, cum & in conservando jus etiam consistat, *l.* 1. *hujus studii, ff. de just. & jure*. Sicut enim ad prolis propagationem jure naturæ impellimur ad liberos procreandos educandosque, quod & munus etiam publicum dicitur, ad quæ *can. nuptiarum*, 27. *q.* 1. *can. dixit*, 32. *q.* 3. *l.* 1. *ff. sol. mat. l.* 1. *§. fin. ff. de bon. damnat. l.* 2. *Cod. de infant. expos. l. fin. §. filiis autem, Cod. de bon. quæ lib.* ita & militiæ servandæ vacare debemus, sunt enim milites filii reipublicæ cum à republica ad instar filiorum alantur, *l. milites, ff. loc.* unde postea de publico stipendia illis assignata fuere, tempore quo Massiniſſa bellum cum Siphace gessit, antea enim veste, frumento, pecunia, & equo sustinebantur, ut Fret. adnotavit in *lib. de suffeud.* & proinde juramentum præstabant se mortem subituros pro republica à qua stipendia accipiebant, ut per Glo. in *l. milites, §. pen. ff. ex quib. caus. majores*, quæ est sing. cum notat. *ibi*. Eoque modo & clerici, nobiliori tamen ratione, à populo aluntur; pro animarum enim salute ad Deum orant contraque dæmonem militant, cum jejuniis, lachrymis, & orationibus, quæ sunt eorum arma, 23. *q.* 8. *c. reprehensibile, & can. convenior, in principio*, offeruntque pro populo hostiam Christo, *Levit. cap.* 13. & orationis gladio Dei sententiæ exequutioni resistunt, Glos. *super Ezech. cap.* 13. Hieron. *can. importuna, de pœnit. dist.* 1. & Nav. in 2. *par. decr. cap.* 18. *de orat. & hor.* & jus ideo in sacris & sacerdotibus consistit, quia per eos peccatorum veniam consequuntur, *l. inter* D *claras, Cod. de sum. Trin. & fid. cath.* Glo. in *l.* 1. *§. hujus studii, ff. de just. & ju.* ut inde stipendia videantur quodammodo sacra, & advocatos compertum habemus pro rep. in foro militare, sicut in præliis milites, *l. advocati, Cod. de advocat. diverſ. judic.* & instar conflictuum pugnantium, judicialibus vacare certaminibus, Isern. in *cap.* 1. *in princ. quib. mod. feud. amitt.* Afflict. in *decis.* 265. *num.* 45. & proinde hospitari non tenentur, tanquam milites, Ripa in *l.* 1. *num.* 133. *ff. sol. matr.* Sane olim in vicem stipendiorum prædia moris fuit assignari militibus, ut & in *cap. præcedenti* diximus, quo ad remp. tutandam alacriores fierent, eo beneficio obligati, quod Severum feciſſe dicit Lamprid. aliique etiam leguntur ante Justinianum, ut apparet

ex

Digitized by Google

A ex eorum *constit. Cod. de fund. limotrop.* meminitque hujusmodi prædiorum militarium Constantinus Imp. apud Hermenop. *lib.* 1. *epit. jur. civil. tit.* 16. Eorumque prædiorum collationes non inepte à quibusdam *beneficia* sunt appellata; quod à feudo non abhorret, quando ejus definitio id sonat: est enim *actio beneficia tribuens gaudium capienti*. De quibus item beneficiis militaribus meminit & Cæsar in *comment.* & late Duar. *de orig. & differ. benefic. lib.* 2. *cap.* 3. At vero stipendia nedum militibus sed & Regi sunt à republica constituta, ut tanquam justitiæ princeps illam probe ministret; suntque ejus stipendia regii introitus, regnorumque tributa & vectigalia atque indictiones, ut ex D. Tho. Iser. & aliorum sententia latius retulimus *supra* in *annot. cap.* 16. *pag.* 340. Imperatori etiam ceu ecclesiæ beneficiario sive feu-
B datario, quam defendere tenetur, tributum confertur, *can. boni*, 96. *dist.* nempe in Ecclesia Dei nemo tenetur militare propriis stipendiis, *can. magnum*, 11. *quæst.* 1. *cap. cum secundum*, *de præb.* Resaur. *de Imper. quæst.* 36. prout & generatim ære proprio militare non licet, 13. *q.* 1. *can. his ita*, 33. *q.* 1. *can. jam nunc*, *cap. cum ex officii*, *de præb.* jureque consonum est ut qui vitam pro republica exponit, à republica pro vita sustentanda alimenta capiat. At certe cum alimentis militibus debitis, venit & habitatio, *l. verbo ff. de verb. signif. l. fin. ff. de usu*, & *habit.* idcirco & hospitia ipsis assignari æquum fuit; tametsi in transitu nec pro victu nec pro stabulo quicquam à provincialibus accipere possunt etiam si sponte illis
C offeratur, nisi tamen pretium exolvant, *l. canaticorum*, *C. de erog. milit. ann. lib.* 12. *l.* 1. ubi Jo. de Plat. *Cod. de salg. hospit. non præst. lib. eod.* alias concussio præsumeretur, secundum allegata per Cassan. in *consuet. Burg. fol.* 77. *n.* 30. bonus enim miles ultra stipendia nil sibi usurpare debet, *can. militare*, 23. *q.* 1. aliquantisper enim in transeundo morari conceditur, *l.* 1. *§. habitari*, *ff. de his qui dejec. vel effud.* idem Cassan. in *Catal. par. ult. consid.* 665. & cautum est in pluribus Regni *pragmaticis* à provincialibus tribuendam solum militibus habitationem, stramen & lectum; quorum appellatione quid veniat, iisdem *pragmaticis* declaratur, in quibus & ad coercendam militum licentiam, regulæ proponuntur optimæ, quibus sanciendis in tantum invigilavit Illustris. Dux Alcal. ut habitationis, straminisque & lecti vice, pecunia ne daretur prohibuerit, quibus cum aliquando contraventum fuis-
D se, & proinde tota fere equestris militia, ejus criminis rea esset facta, Illustris. Cardin. Granvelanus judicem ad *id inquirendum* delegavit; at evocatus à Rege, judicii eventum haud vidit. Unde Illustris. Marchio de Mondejar successor, cum universam militiam, alioqui recte dispositam coordinatamque, in hac tantum parte male haberi turbatamque invenisset; ne tam levem ob causam quassaretur, adeo ut cum opus expostularet, parum opis Regno conferre posset, ceu totius militiæ supremus Imperator & Capitaneus generalis prævio Regis jussu, Judicis authoritatem abrogavit, inceptam inquisitionem interminatam terminavit, exauctoratos suspensosve milites militiæque ministros, militiæ & ministerio ab integro restituit atque reintegravit, ex voto solum Consiliariorum Status: mihique tandem,

Digitized by Google

dem, qui militiæ causam dicebam, in hæc verba respondit, *Pleytos non A*
se haven da hazer con soldados. Et jure quidem; eam enim celeritatem res militares exposcunt, ut lis semel definitis appellationi non detur locus; nempe in iis quæ more bellico expediuntur, cum alias in causa militari provocatio non tollatur, *l. qui suspectum, §. fin. ff. de appellat.* Par. de Put. in *tract. de re milit. lib. 11. cap. 1. in fin.* Certe appellatio militari causæ bellice terminatæ, ideo non datur, ut Dux sit timori militibus; quam ob rem Clearchus Lacedæmonius dicere solebat, opottere milites magis timere Ducem quam inimicos, quod ut servaretur, Romani perdiligenter invigilarunt, ut compluribus probat exemplis Jo: Bot. *lib. 9. de rat. Stat. cap. de pœna*. Profecto Proconsulis munus est procurare ne immodicis hospitiis provinciales graventur, *l. observare, ff. de offic. proconsul.* Sunt enim per B
vices æqua lance distribuenda, *l. qui originem, §. eos milites, ff. de muner. & honor.* Unde olim ut hospitia recte & æque dispertirentur, duo instituta fuerunt officia sub nomine *Metatorum* & *Epidemeticorum*, quibus suffecti sunt hodie *Marescalli*, & *Mensores*: de primis habes *tit. de metat. & epidemet. Cod. lib. 12.* de secundis vero item *tit. de mensor. eod. lib.* quibus ut incolumis duceretur exercitus curæ erat. Quod si qui militis nomen, jam assignato hospitio delerent immutarentve, aut variarent, in falsi pœnam inciderent, qua etiam plectuntur milites qui suum signum aboleverint, *l. 1. & ibi* Luc. de Penna, *d. tit. de metat. & epidem.* Cassan. in *Catal. par. 9. consid. 21.* & hæc quidem militaria hospitia ex publicæ utilitatis nexu pendent. Sunt autem & alia quæ ex piis catholicisque institutis emanant, de C
quibus legitur in *Matth. cap. 25. hospes eram & non collegistis me, & 42. dist. in princ.* & clericos atque episcopos, extraneos hospitari decet, *l. 2. Cod. de episcop. & cler. cap. sicut, de suppl. neglig. prælat. cap. adhæc, de præb.* vocanturque *piæ actiones* cum ob ægritudinem, senectutem, pueritiam, atque honestatem conservandam, religiosa nominatim constituenda sint loca, *l. omnia privilegia, Cod. de episcop. & cler. l. illud, Cod. de sacros. eccles.* Cujusmodi sunt complura in hac urbe, hæc ad recipiendos peregrinos, illa ad sacerdotes male valentes, aliqua ad orphanos, nonnulla ad pauperes virgines, alia ad cujusvis morbosos erecta, quæ diffuse explicantur à Fratre in *epit. Urbis, Pia*. Estque sub nomine *Charitatis* confugium conjugatarum mulierum periclitantium: ex quibus aliquas cum quispiam ex D
Oeconomis alios sollicitasset, graviter correctus fuit, cognita causa in Collaterali Cons. adhibitisque ex Viceregis jussu Consiliariorum aliquibus, item & Præsidentium, in quam interveni & ego: nec parum ab hac distarunt causa, honestatis religionisque termini, de quibus in *l. si quis, Cod. de episcop. & cleric.* Romanorum etiam tempore actus hic hospitandi inter celebriores erat, secundum adducta per Cassan. in *Catal. par. 12. consid. 47.* Nedum autem militibus, verum & paganis hoc jus patebat, in tantum ut hospitii necessitudinem contraherent tum privati inter se, tum civitates atque adeo populi universi, & hoc quidem, *hospitium publicum*, illud vero, *privatum* dicebatur: transibatque jus illud & onus etiam ad poste-

ros

A ros, ferebant autem in signum hospitii debiti, tabellam quadratam, quam *tesseram* appellabant, sicut & hodie item tabella militibus datur cum in hospitia dividuntur, quam *chartellam* dicunt; inscriptam nomine hospitalis, ideſt ejus qui hospitio milites recipit. Quem ritum Papæ Heroico sanctissimæ memoriæ acceptum ferre debemus; qui in *capitulis* concessionis sive investituræ hujus Regni, nominatim cavit ne Curiales, stipendiarii regii, aliique regiæ sequaces curiæ, auctoritate propria hospitari præsumerent; sed per duos vel très, aut etiam plures paucioresve cives, pro civitatis qualitate, authoritate regia eligendos, in hospitia distribuerentur, quod adhuc obtinet: hospitia enim assignantur à Syndico Electisque civitatis, juxta *regias pragmaticas*, quod quidem auctoritate regia fieri intelli-
B gitur. Cavit insuper idem summus Pont. ne milites injuriam quovis modo inferrent hospitalibus suis, neve eorum bona exterquerent: cui rei in tantum invigilavit, ut etiam caverit ne vendere militibus bona, utcunque levia inviti cives compellerentur: prius enim, ut ex ipsis *capitulis* colligi licet, in eam venerant milites vesaniam atque licentiam, ut more hostico, hospitales suos non hospitales haberent, sed ut mancipia; adeo ut & penarias, & vinarias cellas effringerent, & quicquid ibi optimi reperiebant, item & integra vini dolia consignabant, habentes ut ipsis tantum servarentur, nec id modo, verum & ejus rapacitatis fuisse ac esse in hospitio milites scimus, ut vel fenestras & alia hujusmodi inde auferre non erubescant, *text.* in *l. item quæritur, ff. locati*. Sed tantum exempli gratia. De hospitii pu-
C blici & privati, item & de tessera hospitali, vide aliqua apud Bud. in *l. solent, ff. de offic. proconſ. & l. poſtliminii, ff. de capt. & poſtlim. rever.* Ut autem Sacrosanctum id jus munusque esset, nomine Jovis hospitabantur, quem proinde privato nomine *Jovem hospitalem* appellabant: cumque quis hospitii jus violasset, Jovem offendisse dicebatur, qui hospitio præerat: quod jus an hodie caupones servent an violent stante eorum rapacitate & mala fama, habes ex Cassan. in *Catal. par. 11. conſid. 46*. Hospitiorum autem usum, & apud Romanos & quasvis barbaras nationes crebrum fuisse sigillatim tradidit Alber. de Ros. in *Dict. ver. Hoſpes*. Extranei vero hospitesque atque adeo ipsa hospitia quibus sub monarchiis invisa, quibusve recepta fuerint, li-
D cet petere ex Alex. ab Alex. in *Genial.* & in eum Tiraq. *lib. 4. cap. 10.* & quod xenia seu dona hospitibus elargiri, publicaque illis loca assignari solitum fuerit, refert idem *lib. 2. cap. 2*. Hodie etiam ex Sacros. Rom. Ecclesiæ institutis, passim videntur publica hospitia constructa ad peregrinos inopes recipiendos, effervente piorum devotione frequentata & alita, ut dicimus in *adnotat. cap. 24*. Sed ut ad militaria revocemur hospitia, Principes ipsi priscis temporibus celebriores pro sua habitatione sibi eligebant urbes, ut fertur de Puteolis, Nola, Capua, & Neapoli, & quandoque ex incolatu personæ eximiæ nomen acquirebant, utputa castra prætoria consularia & alia, de quibus per Alex. ab Alex. *Gen. dierum, lib. 1. cap. 22*. quod Constantinum Imperatorem fecisse scribit Jo: Vill. in *chron.* Fretia de *ſuffeud. lib. 1. fol. 46*. ex historia quam allegat D. Mariæ à principio; quem, dum totum

impe-

Digitized by Google

imperium præcipuoque universam Italiam Summo Pontifici tradidisset, Neapolim in suam cameram sibi reservasse dicit; quamvis id nec in *can. Constantinus, 96. dist.* nec in sua *constit.* unde is canon exceptus est, notetur: quam prærogativam, ut scilicet sit ab onere hospitiorum immunis, adhuc sibi retinet, nec ea modo, sed ipsius etiam circumstantes pag. tametsi ubi Reges hic morabantur, & hospitiorum & vectigalium onera subiisset, quod in annalibus quæ in Archivio servantur est videre: postea vero, ut par erat, ea fuit facta immunis, ut utcunque necessitas urgeat nunquam ipsi hoc onus immineat, etiam si ejus pagi hospitari compellantur. Quod si militares copias moram hic facere contingerit, ære hospitantur regio, stationesque illis circum regium assignantur palatium, quod in adventu Caroli V. anno M. D. XXXV. factum novimus. At vero familiares ac domestici, & aulici Imperatoris, in Neapolitanorum procerum hospitia divisi fuere. Estque huic rei nempe hospitia dividendi, suus officialis, qui hispanica voce *Posentator* dicitur; latine *Nomenclator*, vel *Taxiarcha* dici haud nimis absurde posset. Nec mirum, cum hospitium regium quælibet immunitas non tollat; excipitur enim persona regia & loquentis, ex vera juris interpretatione *infra* notanda: & in nonnullis aliis exemptionibus hoc expresse cautum est, prout nuper civitatis Consentiæ provinciarum Calabriæ metropolis perspexi privilegium, quod in Reg. Cam. circa ejus custodiam præter regis adventum, in controversiam deductum est. Gloriantur autem Reges magnas habere urbes, quæ cum hoc præfulciantur prærogativo, ex gentium conventu, præstantiores fiunt & celebriores, *l. si in aliquam, ff. de offic. proconf.* Cassan. in *Catal. par. 5. conf. 15.* quemadmodum & magna palatia in civitate soli Principi habere licet, Isern. in *d. cap. 1. quæ sunt regal.* Cassan. in *Catal. par. 12. confid. 67.* ubi inter regalia adnumerat, in quibus, magistratibus habitatio stata pœna est inhibita, *l. 1. Cod. de palat. & domibus privat.* Nec translata censentur nisi expresse concedantur, ut late per Capyc. *de invest. feud. in ver. Hospitiis, fol. 164.* nec palatia principum sunt parietibus & ædificiis privatorum coarctanda, *l. quicunque, Cod. de operib. publ. can. nulla, & ibi gloss. 12. q. 1.* sicut nec prætoria Judicum & domus publicæ, *l. præterea, Cod. d. tit.* propterea olim instituta erat Præfectura palatii, de qua Alex. ab Alex. in *Genial. lib. 6. cap. 21.* Certe in principis palatio milites arma ferre prohibentur, *cap. 1. §. nemo, de pace ten.* quemadmodum & in quibus degunt Urbis tribunalia, in quæ cum ense ingredi prohibitum est dum jus redditur. Ex quibus infertur advigilandum, prout regula est, ne in castra urbesve armati sinantur ingredi homines. Domus enim nedum regiæ, sed & privatæ, refugium sunt inhabitantibus eo sanctum inviolatumque, ut etiam à superiorum ira jussuque contutentur, quando de domo sua ne quis in jus vocetur, aut per vim extrahatur constitutum est, *l. plerique, ff. de in jus voc. l. ne cui, ff. de reg. jur.* quod quomodo intelligatur, exponit Cotta in *memor. ver. domus*. Quod in Hispania sacrosancte observari audio, etsi in hoc Regno, nec modo, sed etiam & in hac Urbe, contrarius invaluerit usus. Privatorum autem domus, *ædes* dicun-

A

B

C

D

Digitized by Google

A tur, *l. Paulus, Cod. de offic. rect. prov.* palatii vero nomen Papæ hospitio competit, *clem. 1. de judic.* ubi Glos. aulam interpretatur, & Imperatoris, in *rubr. Cod. de privil. eor. qui in sac. pal. mil.* & in *can. Constantinus*, 96. *dist.* unde notatur Palatium Papæ & Imperatoris dici *sacrum*, & *sacrum consistorium*, ut per Restaur. *de Imperat. quæst.* 86. *cum seq.* ubi de sede, illudque pro camera etiam accipitur, *can. Guilisarius*, 23. *q.* 4. Quid autem sit consistorium, prætorium, & auditorium, & quod ad Præfectum præt. spectet, quid domus sacra, dominica, & augusta, & divina, & quid basilica imperialis, quidve differat domus ab insula, declarat Cæs. Costa in *lib. var. quæst.* Castra vero ideſt castella limitaneorum in provinciis, finium tuendorum regundorumque causa sunt erecta, & proinde Principes nobilesque
B in illis degere debent; quod castri ethymologiæ consonum est: *castrum* enim appellari voluit Cassan. in *Catal. par. 1. consid.* 55. à castrando, eo quod ibi habitantes ceu castrati cogantur ne divagentur: sane *castrare* interdum pro privare antiquioribus dictum invenitur: vel dic à similitudine castrorum, id est exercituum: metantur enim & instruuntur hujusmodi castra, sive castella ad custodiendos limites, perinde ac metantur instruunturque castra seu exercitus ad debellandos hostes: eaque castra cum postea in feudum militibus dari, militesque ipsi titulis insigniri cœpissent, ipsorum aliqua ad optionem titulariorum, etiam ab hospitandorum militum onere immunia fieri cœperunt: cujus rei si primordium quæras, haud ab hinc adeo longe invenies: certe à neutro jure pontificio (inquam) nec Cæsareo, agnoscitur;
C sed à nostro municipali tantummodo: neque ab hoc etiam scripto, sed præcipue consuetudinario. Et ex interpretibus unus Cæsar Ursillus *ad Affict. decis.* 101. reservatæ Cametæ nomen protulit, esseque ait cum Castri domino, ejusque domui & Vasallis hospitandi immunitas confertur. Eamque Rex Catholicus Neapolitanis gratificandi gratia concessisse fertur; in anno autem M. D. V. nobilibus civibusque in regni villis castrisque commorantibus communicasse, ac demum anno VII. in omnes propagasse Barones, dum tamen in suis castris cum sua habitarent familia: quam quidem prærogativam Car. V. Cæsar anno XXXIX. refirmavit, excepto jure transitus, qui per diem & noctem interpretatus fuit: cujusmodi pluribus in castris pro eorum qualitate plures sunt potiti Barones. Cujus rei Cæsar
D cum à Prorege rationem postulasset indagandam, Fiscus abusum esse respondit, & proinde reformatione indigere: eoque magis quod actualis atque præsentis habitationis intuitu concessæ præsumuntur; ut vel inde sit manifestissimum, designationem non sufficere; ea tamen *capitula* consulendo exhibita sunt per Regiam Cameram, ex cujus consultatione hæc deprompsi. Ex quibus, etsi concessionis non meræ Principis benignitati ascribendæ præsumi poterit, tamen & in dictis capitulis expressa, & aliæ nobis erunt indagandæ pro causæ qualitate & pondere. Profecto concessionis initium ad Neapolitanorum benemerita respexisse par est affirmare, idcirco ad exemplum non trahendum nec ad alias producendum personas, *l. 1. ff. de constit. Instit. de jure nat. gent. & civ. §. sed & quod principi*, * *l. miles, ff. de milit. testam.*

Digitized by Google

teſtam. l. ita ſtipulatus, §. *Chryſogonus*, *ff. de verb. obligat.* At vero adoha A onus feudi eſt reale, tex. in *conſtit. Reg. Sive reale*, Camerar. in *cap. Imperialem*, *fol.* 24. *col.* 4. *ſub litera* R. & ratione feudi illud præſtare tenentur Barones, Iſern. in *cap.* 1. *quis dic. Dux*, & in *cap.* 1. §. *ſed non eſt alia juſtior*, *Quæ ſit pr. can. ben. adim.* quia Dominum adjuvare tenentur & in ejus eſt optione, vel perſonale, vel pecuniarium habere ſervitium, idem in *cap.* 1. §. *ſimiliter*, *de cap. Conr.* & in *d. cap. Imperialem*, §. *firmiter*, *de prohib. feudi alienat. per Frid.* & in *cap. licet*, *ſi de feudo fuer. controv. int. dom. & agnat.* Bald. in *l.* 1. *ff. de oper. libert.* Afflict. in *deciſ.* 265. *num.* 51. & in *conſtitut. Quamplurimi*. Hoc autem hoſpitandi munus, alio & diverſo jure pro militum alimentis præſtatur pro Regni defenſione; & proinde ex diverſis illatio fieri non debet, *l. Papinianus*, *ff. de minor.* Ratione autem B convenientiæ ad alios poſtea cum ſit propagata à jure receptum eſt, *l. venditor*, *ff. de reſcind. vend. l. minoribus*, *ff. ad Syllan.* §. *theſauros*, *Inſtit. de rer. diviſ.* item & ratione honeſtatis, *l.* 2. *Cod. ne fiſcus rem quam vend. evin.*

Et ab authoritate Principis excipitur honeſtas, Bald. in *l. quod ex libera*, *ff. de oper. libert.* Martin. Laudenſ. in *tract. de Princ. quæſt.* 16.

Alia etiam perpenditur ratio, nempe quia feudalia onera ſuſtinent, in ſolvendis ſcilicet releviis, quæ cauſam videntur habere particularem, ut hujuſmodi onus ex natura & lege feudi ab initio in feudi conceſſione fuerit inſitum: quandoquidem relevium, in domini recognitionem, & inveſtituræ renovationem ſolvitur, in *conſtitut. Reg. poſt* C *mortem*, & *ibi* Iſern. *colum. fin.* & in *cap.* 1. §. *ſimiliter*, *de capit. Conr.* & in §. *ſed & res*, *per quos fiet inveſt.* ubi Alvar. & Loffr. & in *cap.* 1. *num.* 56. *ex quib. cauſ. feud. amitt.* & Afflict. in *deciſ.* 165. *num.* 19. Capyc. in *cap. Imperialem*, §. *præterea ſi quis infeudatus*, *colum.* 21. *de prob. feud. alien. per Frid.* Incongruum enim eſſe non debet, nam ſicut unus plurium perſonarum vicem repræſentare poteſt, *l. tutorem*, *ff. de his quib. ut indign.* ita diverſis rationibus plura onera ſuſtineri: unde compertum habemus Barones pro bonis ipſis reddititiis collectam ſolvere, ſectus ſi à Reg. Camera, Luc. de Penn. in *l. agros*, *Cod. de fund. limotr.* quemadmodum & ratione rerum domanialium cum vaſallis contribuere compelluntur in collectis: pro muris pontibuſque reficiendis, fontibus curandis, viiſque ſternendis, idem de Pen. in D *l. fin. C. ex quib. mun. lib.* 10. Capyc. in *inveſt. feud. verſ. Domini*, & *ver. Princeps*, *fol.* 123. An autem cameræ reſervatæ potiri debeant Barones tunc ſolum cum actu & præſentes in ſuis oppidis habitant, an habitationis deſignatio ſolummodo ſufficiat, non levi dubio verti poſſet, per ea quæ Bart. tradit in *l. cæterum* §. *ſed ſi paravit*, per illum *text. ff. de leg.* 1. & quod hæc procedat regula ut deſignatio ſive deſtinatio habeatur pro facto *inferius* dicemus. Et hoſpitia quæ per tranſitum debentur, nullius ſunt conſiderationis, Gloſ. in *l. ſi quis poſt hanc*, *Cod. de adific. priv.* cum aliquantiſper morari videantur, *d. l.* 1. §. *habitari*, *ff. de his qui effud. vel ejec.* Caſſan. in *Catal. par. ult. conſiderat.* 6. Quibus conſequens eſt dicere, quod perſonæ quibus hæc hoſpitandi immu-

Digitized by Google

A nitas est impertita, ex juris dispositione singulatim sunt nominatæ, *l.1. Cod. de muner. patrimon. l.2. Cod. de episcop. & cler.* Inter eos autem, ad quos ex judicum religione in alio etiam propagatur, ut *infra* dicemus, barones minime connumeratos prospicimus: iique, ex dictis regiis concessionibus nuper promulgatis, an ex justitia eo privilegio muniantur, & an recte fiat, jure dubitari potest; quippe quod in aliorum pauperiem tendit. Quocirca compertum habemus Principem de suo reficere debere quicquid gravaminis alicui inferat, immunitatem alteri concedendo, Bald. in *l. si unus, §. sed si generaliter, ff. de pact.* Gul. de Cun. *ibid. §. item si pactus*, idem Bald. in *l. etiam, Cod. de exeq. rei jud.* Jacobin. de S. Geor. & Specul. ab eis relati hoc idem afferunt ex *text.* in *l. actores, Cod. de exact.*
B *tribut. lib.12. & ibi* Glos. Quod enim à pluribus fertur, facilius sustinetur, Abb. in *cap. accedentes, de præscript.* quem sequitur per multa Cassan. in *consuet. Burg. §.18. fol.1288. vers.3.* Imo & Princeps onera patrimoniali non excusatur, *l.1. Cod. ut nem. lic. in empt. specier. lib.10. l. sunt munera, ff. de vacat. muner. d.l.2. Cod. de episcop. & cler. l.2. Cod. de privil. dom. aug.* Luc. de Penn. in *l.2. Cod. de privil. cor. qui in sac. pal. mil. &* in *l. medicos, Cod. de profess. & med.* inter quæ hospitium est, *l.3. Cod. de munus. patrimon.* Et de bonis in censum relatis sive accatastatis ut loquuntur, si ad Regem irent tanto minus deberent de collectis illius terræ recipere, nisi jure devolutionis accederent, non autem novæ acquisitionis, secundum allegata per Capyc. *de investit. feud.* in *ver. Princeps, fol.121.* Et
C immunitas collectarum respectu Regis & non municipii tenet, *l. vacantis, Cod. de decur. lib.10. & ibi* Bart. Luc. de Pen. Jo. de Plat. Alex. in *consil.30. vol.5.* Aretin. & alii in *l. si ex toto, ff. de legat.1.* Porro immunitas unius, alterius est gravamen, Luc. de Pen. in *l. fin. Cod. de exact. tribut. lib.11.* Et munerum personalium immunitate concessa, nec angariæ, nec annonæ, nec à vehenda nave, nec hospitii recipiendi jus venit, *l. pen. vers. hac omnia, ff. de muner. & honor. l. pen. §. duo genera, ff. de vacat. mun.* Videntur enim hujusmodi concessiones, in reip. damnum tendere, & ideo Principis remissio non valet, Bald. in *cap. cum causa, de probat.* Cassan. in *Catal. par.1. consid.44.* unde partem contribuendam ab eo quem eximit, excomputare tenetur, quod cum aliis ponit Capyc. in *invest. feud.* in
D *ver. Privilegiatus, fol.123.* Hinc est quod immunitas concessa Præsidentibus Reg. Cameræ, quæ postea anno M. D. L. Illustriss. Don Petro Toleto Vicerege, ad Præsidentem Sacro Consilio, ac item ad Reg. Consiliarios propagata fuit ut omnimodam haberet exequutionem, ac solum ut bona tenentes Universitatibus corresponderent, pro Universitatibus ipsis dictum fuit ut ad onus Curiæ verteretur: eoque jure nunc R. Camera utitur. Judices enim immunes sunt, *l. fin. Cod. de profess. & med. lib.10. & ibi* Luc. de Pen. Cassan. in *Catal. par.11. consid.46. l.1. Cod. de præpos. labor. lib.10. l. jubemus, C. de sacros. eccl. l. inductis, ff. de excusat. mun.* Quinimo ne ipsæ quidem Universitates immunitatem alicui ex civibus concedere possunt, *l. eum qui, Cod. de decur. lib.12. l. immunitates, Cod. de agr. &*

con-

Digitized by Google

cenſit. libert. nisi quibusdam ex cauſis, ut per Capyc. *de inveſtit. feud.* in *ver. privilegiatus*. Quæ quidem multum facerent ad Civitatis Neap. rationes coadjuvandas in cauſa cum Civitate Capuæ, jam per Reg. Cameram in Collater. Conſil. relata; cujus hæc ſumma Civitate Neapolitana frumenti inopia, ſicut & totum Regnum, aliquando laborante, e Sicilia ingenti pretio importandum, curatum fuit, ne ſi ex ipſo Regno quæſitum fuiſſet, exhauſtum & fame oppreſſum remaneret: quapropter maximum æris alieni gravamen ſubivit: ad quod levandum, conſtitutum fuit ut tertiam tantum partem ipſa Civitas perſolveret, reliquum ex Regno exigeretur. Capua ſolutioni contribuere negavit, quod Cæſar ab hujuſmodi illam tributis privilegio immunem fecerat, quod tamen ex cauſa oneroſa meruiſſe profitebatur: reque in judicium adducta, ſecundum ipſam judicatum fuit: indeciſum tamen ad onus ne Curiæ, an ipſius Civitatis ea portio cederet: & licet ob pecuniæ interventum, id jure contractus illi deberi dixerit, & proinde irrevocabile, Bal. in *l. qui ſe patris, C. un. lib.* Afflict. in *conſtit. ea quæ ad decus*; tamen contractui Principi damnoſo non eſt ſtandum, Alb. in *l. 1. §. ſi quis, ff. de off. proc. Caſ.* Bal. & Doct. in *c. intellecto, de jurejur.* Caſſan. in *Catal. par. 5. conſid. 24. num. 93. & conſid. 96.* quin etiam ab annonæ onere præſertim imminente fame, nemo penitus eximitur, *l. 1. C. ut nem. lic. in empt. ſpec.* nec à ſuperindicto imponendo, Gloſ. in *rubr. Cod. de ſuperind.* imo & tempore neceſſitatis omnia ſunt communia, *l. 2. ff. ad leg. Rhod. de jactu*, omniaque privilegia publicam ob utilitatem occaſione famis & belli peſtiſque, revocantur, Bartol. in *l. jubemus, Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* Jacobin. de S. Georg. in *l. de ætate, §. ex cauſa ff. de interrog. action.* ad quæ *text.* in *l. 11. Cod. de navib. non excuſ.* claudique tractas, quo frumentum vilius vendatur in præjudicium Baronum non ſine dubio poſſe, dixit Minad. in *conſtit. ut. Reg. In aliquibus*, ex Felyno in *cap. nonnulli, de reſcript.* Roman. in *conſil. 436.* Et certe durum hoc Civitati videbatur, ac difficile perſuaderi poterat interpretatio exemptionis in præjudicium ſui, quæ caput eſt Regni, ſicut Roma caput orbis terrarum, *l. nemini, §. quoniam, Cod. de conſulib. & non ſparg. lib. 12. l. 1. §. ſed & ſi quæ, Cod. de vet. jur. enuel. §. fin. juncta glo. Inſtit. de ſatiſdat. tut.* & Camera totius Imperii, ut *ſupra* dictum eſt, & Domus Regia, ut late loquitur Frater in *epith. Civit. Principiſque perennis eſt ſedes*, quæ jam periclitari inceperat, ex quibus exceptam declarari nixa eſt: quemadmodum & perſona loquentis, & Regia & magna ſemper excipitur, *l. inquiſitio, cum concordd. de ſolution.* Afflict. in *deciſ. 265.* & ſicut Romam communem eſſe patriam ſcimus, *l. Roma, ff. ad municip. l. ſed & reprobari, §. fin. ff. de excuſat. tut.* ita & Neapolis: & ubi reſidet Princeps ibi Imperium, & Regnum, & Territorium permanet, *l. 1. §. Romæ, Cod. de vet. jur. enucleand.* & *l. 1. §. ignominiæ, il 2. ff. de bis qui not. infam.* Bald. in *l. 2. §. legatis, ff. de judic.* & alii adducti per Reſtau. *de Imperatore, q. 106. & qu. 110. privil. 226.* Quinimo in obligatione generali non venit Civitas in qua eſt titulus, Luc. de Pen. in *l. in ſacris, Cod. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.* &

ibi

Digitized by Google

A *ibi* per Afflict. Civitas autem Neapolis caput est Regni, iisque decoratur titulis, quos Frater suo cumulat loco: ut non immerito alias præcedat Civitates, & tanquam Metropolis cæteris præfertur Universitatibus, Pet. Bell. in suo *Spec.princ.* Tiraq. de *Nobil.cap.*6. sicut appellatione clericorum non venit Episcopus, nec Cardinalis, nisi ubi de anima tractatur, Gotta in *memor. ver. anima*: Nam una civitas metropolitana, alia major est quo ad dignitatem, Bal.in *l.si duas, in fin. ff.de excus.tut.* Cassan.in *Catal.par.*12. *consid.*60. idemque de excelsis metropolitanis probat *ibi* Cassan. Impræsentiarum etiam (ut opportune huc divertamus) & juris esset & æqui si omnes Regni Universitates pro rata contribuerent Civitati nostræ ære alieno exonerandæ, quod ipsorum Regnicolarum causa maxime conflavit in frumento
B extra Regnum comparando, importando, pistoribus distribuendo, curandoque, ut panis ad opulentiam conficeretur longe vilius quam constitit, etsi imperialibus constitutionibus id illi facere sit inhibitum, *l.fi.ff.ad leg Jul. de ann.* Sane quidem Regnū universum in causa fuit quare tantum debiti Urbs nostra contraxit: quandoquidem, (præterquam quod ne Regnum ipsum frumento exhauriretur unde affici posset inedia aliunde sibi fruges coemendas curavit) ipsimet regnicolæ vili hic comedunt, quod caro est emptum; exterorum enim & præsertim regnicolarum multitudo, longe civium ipsorum numerum superat, dum partim ob uberiorem vivendi commoditatem, partim litium finiendarum causa, huc concurrunt, partim etiam studiorum, in quibus eo proficiunt, ut ad suprema regni officia, quæ civibus
C tantum Neapolit. omni jure debentur, ut probat Frater in hoc *lib. cap.*17. non aspirent solum, sed usque eo ambiant affectentque, ut assequantur tandem. Nec parum fuit id facere, alias enim ex eodem Regno ali debet secundum Cagnol.in *lib.de vita & regim. prin. num.*74. & frumenta ad exteros evehi nec juris nec moris est, ex *reg. l.præses, C.de servit. & aqua*, ex ordine charitatis, Luc.de Pen. in *l.nominationum, C.de decur. lib.*10. Iser. in *proœm. constit.* Afflict. in *decis.*190. *num.*9. Nec juri congruit ut reliquæ Universitates sustineantnr super ære Civitatis Principis; quæ proinde maximum subit ruinæ periculum; Idque perspicuum est hospitiorum exemplum; qui enim hospitari deberet ac aliqua ratione excusatur, contribuit
D ære. Quocirca omni jure obstrictos putarem, ut maximum quod inde consequuntur commodum, nempe ubi vitam degunt, nobilitatem & opes sibi pariunt, quod & commoditati & gloriæ suis ipsorum Universitatibus prorsus vertitur, parvo hoc superindicti incommodo compensarent; pensarentque præsens damnum; si damnum putandum est succurrere matri, cum perpetuo, eoque ingenti, quod inde retrahunt, utili. Quapropter non aberrasse mihi videor, qui hanc viam, ceu facilem, tenendam proposui Illustris. Proregi, cum nuper Dominus Rex noster huic Civitati ut se ab ære debito redimat, indixerit. Caput enim est Regni, reliquæ civitates membra, languentique capiti à membris omnibus succurrendum vel ipsa natura constituit, quando omnium membrorum salus à capite pendet: eoque magis quod ob ipsas tanto subjecta est oneri. Quod

non

Digitized by Google

non controvertendum videtur, tum quia juris dispositioni consonum est, A siquidem qui particeps fuit commodi, incommodi expers esse non debet, *cap. qui sentit*, & *cap. rationis*, *de reg. jur. in 6. cap. cum non deceat*, *de elect. eod. lib. l. id quod*, *ff. de rei vendic. Instit. de legit. tut.* & *aliis concord.* tum etiam quia rite & recte id alias observatum vidimus per Illustris. Ducem Osuni Viceregem, ex voto Collateralis Consilii. Nec dici poterit se ut noverca hac vice gerere in regnicolas, quæ semper se in eos ut mater gessit: imo si id nomen utcunque ipsi est imputandum, in cives quam in exteros potius imputandum, qui nec famis nec pestis tempore ejus deseruerunt lares, sed morigeri illi & obsequentes in quavis fortuna fuerunt. Principis igitur prudentiæ, Magistratuumque integritatis erit, huic adeo æquæ ac necessariæ imputationi authoritate & consilio astipulari. Utile enim B negotium cum gerit Civitas, pro universo Regno gerere intelligitur, *l. solvendo*, *ff. de neg. gest.* una enim est provincia hoc Regnum, Luc. de Pen. in *l. fin. Cod. de discuss. lib.* 10. Capyc. in *cap. Imperialem*, *de prohib. feudi alien. per Frid.* Afflict. in *decis.* 109. & *de jure protomis. fol.* 271. Frec. *lib.* 1. *de subfeud. in quæst. parlam. de subfeudatar.* est autem divisum in provincias ratione commodioris regiminis, *l. Cajus*, §. *Titius*, *ff. de legat.* 2. Sicut una est tutela licet plures sint tutores, & unum est collegium quamvis diversæ sint sectæ, Bart. in *l. fin. ff. de colleg. illic.* & diversi officiales Regis unam faciunt curiam, Joan. And. in *constit. humanitatem*. Itaque opus hoc, opus est publicum totius Regni; & in reficiendis operibus publicis, omnes qui in- C de utilitatem habent contributioni obnoxios esse compertum habemus, *l.* 2. §. *viarum*, *ff. ne quid in loco publ.* & cuncti qui in eo territorio possident conferre tenentur, *Auth. de eccles. hæst. tit.* §. *adhoc sancimus*, *l. per Bythiniam*, *C. de immun. nem. conced. lib.* 10. Gul. de Cun. notabili distinctione in *l. nominem*, n. 10. *Cod. de sacros. eccl.* Huic etiam est affine quod jam nunc in Reg. Camera vertitur de eximenda Reg. Curia à novis stipendiis, novis etiam militibus erogatis ad tuendas Aprutinas Provincias jamdiu ab annatis obsessas vexatasque; quando tributorum jus Regi à Provincialibus denegatur, tum ob jam dicta stipendia, tum ob alias etiam impensas eadem occasione profusas ac pene ad inopiam illos adigentes. Cæterum quæ de Neapoli à suis provinciis omnibus coadjuvanda diximus, & huic facti speciei jure coaptari possunt: eoque fortius quod idipsum in finitimis provinciis alias obser- D vatum novimus ex mandato Illustris. Marchionis de Mondejar, qui cum Calabria eadem latronum proluvie undique turbaretur, onere suorummet provincialium expellendos extirpandosque jussit, libentique fuit animo obtemperatum, ut juri consonum est. Nam tametsi Regi tributa sint constituta, ut subditos in pace protegat, eaque ad repellendos hostes eroget, ut paulo ante diximus & supra ad *cap.* 16. id tamen æque interpretandum venit dum incursiones non fiunt ex contumacia & culpa ipsorummet subditorum prout præsentes fiunt; promittens enim aliquem defendere, non tenetur, si culpa sua illi veniat offensio, Soccin. in *consil.* 70. *vers. sed præmissis non obstantibus*, *vol.* 3. Alber. Ros. in *l. quidam cum filium*, *ff. de verb. obligat.*

Jas.

Digitized by Google

A Jaſ. in *l. qui rem, num. 4. Cod. de ſacroſ. eccl.* Grammat. *deciſ.* 111. *num.* 10. Interpretatio enim hæc eſſet multum ſiniſtra, quia per indirectum permitteret contra ſeipſum, Alber. in *l. frater à fratre, ff. de cond. indeb.* Bald. in *cap. Imperialem, de prob. feu. alien. per Frid.*

Rex confirmans ſtatuta Civitatis, non cenſetur confirmare contra ſe. Bart. in *l. omnes populi, ff. de juſt. & ju.* Mart. Laud. in *tract. de Gabel. q.* 142.

Et ut ſemel dicam, id locum habere debet in ordinariis delictis & latrociniis, ideſt perpetratis ab iis latronibus, qui ab ordinariis poſſint expelli & corripi Barricellis quibus Univerſitates miniſtrant ſalaria ad vitandam pœnam refectionis damnorum clandeſtinorum ad quam tenerentur vigore *Conſt. Si damna clandeſtina*; non autem cum ſubditi catervatim more hoſtili, ut nunc evenit, in tantum deveniunt juſtitiæ contemptum, ut Regnum in periculum adigant, & tempora ſtatui perturbationi oportuna videntur. Occaſio enim incogitata, novæ militiæ opus parere facit, *l. cum res, ff. de ſolut.* & jura ſunt ad ea quæ frequentius eveniunt aptanda, *l. nam ad ea, cum concordd. ff. de legib.* & ſoliti argumentum in his prævalet, *l. quæſitum, §. etſi ſine, ff. de minor. l. certi conditio ff. ſi cert. pet. l. ſi quis donaturus, ff. de uſufr.* Et tanto magis cum culpa provincialibus in univerſum aſcribi poteſt; puta ſi cum poſſent, latronibus non reſtiterint, non expulerint, non fuerint inſectati. Bart. in *l. ne quid, ff. de incend. rui. naufr.* & *l. 1. ff. arb. furt. caſ.* & facit *cap. frequens & ineffranata*, & *cap. clandeſtinis, de pœna hom. cland.* & conſtit. Reg. *Fuper inciſionibus.* Quod ſi & ducendo, & fovendo, & receptando opem tulerint, eos ipſos damnorum refectioni obnoxios eſſe, neſcio qui negaverit: quod quidem ab his provincialibus factum ſcimus, qui abannatos nedum non ſunt perſequuti, juxta Viceregis præcepta, & banna, verum illis adhærentes, illorum rapinis communicaſſe præſumuntur. Imo milites regios, ac perſequutores recipere nolebant, cum latrones ipſos libenter reciperent: quod mihi non uno ex proceſſu innotuit dum pro fiſco crimina exagitarem, qui adhuc & in Reg. Cam. Summ. & in M. C. Vicariæ videri poſſunt. Quinetiam læviſſima eſt pœna, illos pecunia mulctare, qui non tantum multorum neci, ſed & totius pene Regni ruinæ cauſam dederunt, quod quidem alias diſcuſſum fuit in Sac. Conſilio contra Univerſitatem S. Severini, ut ex Grammat. D *deciſ.* 47. eſt videre. Hoc igitur modo Regiæ Curiæ tam cito ſuccurreretur, quam cito tot notoria damna eſt paſſa. Qua de re in Regia Camera pluribus in ſeſſionibus ad formandas deſuper conſultationes, multas oboriri vidimus altercationes; eique terminandæ adhuc invigilatur; & pro Regiæ Curiæ indemnitate, & pro tributorum exactione, & tandem pro populorum tuitione: unde ſententiam & juris diſpoſitioni, & boni regiminis exemplo conſonam, proferendam non dubitamus; paremque rationem optimo Principi videri cenſendum, cum ipſe pater ſit omnium & in corripiendo & in protegendo, ut latius dicemus in noſtro *tract. de Regal. Reg. Neap.* Enimvero in his regiones & loca mulctari nefas non eſt, *l. ſi ita, §. ult. ff. de fund. inſtr. & inſtrum. leg. d. l. ne quid, ff. de incend. ru. nau.* Iſer. *de ſtat. & conſuet. cou.*

Digitized by Google

com. lib. eccl. §. navigia, & quæ Luc. de Penna in *l. quemadmodum*, *num.* 14. *Cod. de agric. & cens. lib.* 11. Quandoque enim nationis vis tanta est, ut bonum & malum pariat; quod quidem late deduxit Cassan. in *Catal. par.* 11. *consid.* 24. interpretando vulg. *textum* in *l. quod si nolit*, *§. qui municipia*, *ff. edil. edicto*. Et licet in iis, quæ non habent corpus nec personam, dici possit non adesse delictum, ut modo his provinciis contingit, prout de universitate fertur; citra tamen sententiam Innocentii in controversiam deductam per Bart. in *l. aut facta*, *§. nonnunquam*, *n.* 5. *ff. de pœn.* nihilominus omittendo quod facere tenetur, prout bannitos expellere, & similia, cum ea civiliter agitur ex negligentia & omissione, & haud dubie prædicta, difficultate non laborant, *l. jubemus nullam*, *Cod. de sacros. eccles. l. si procurator*, *§. si tutoribus*, *ff. mand.* Salyc. in *l.* 1. *Cod. de seditio*. Eoque magis quod bannitorum imperium magnum habuit tractum successivum, & continuatum, de quo per Petr. de Anchar. in *consil.* 153. quod etiam illarum provinciarum voluntatem indicant, Felyn. in *cap. dilectus*, *el* 2. *n.* 9. *de Symon.* Enimvero non sunt vasalli ab obligatione capiendorum abannatorum soluti, alias censentur infideles, in *legib. Longob. l. judices*, *de feu. & benef. l. qui latronem*, *cap.* 1. *§. receptores*, *de pa. ju. firm.* Andr. in *constit. Receptans*, Afflict. in *decis.* 265. *num.* 89. quod si generaliter est verum, multo verius in Aprutinis inspicitur; qui de genere sunt bellicosorum, & facile rebellantium, cujus rei sunt Romani testes, à quibus sæpius deficiebant. Huic par est, quod ob culpam aliquorum ex provincialibus destruitur tota provincia, Barto. in *l. aut facta*, *ff. de pœn.* ubi ob culpam aliquorum ex Templariis destructum fuit totum collegium, ut latius diximus *sup. in adnotat. ad cap.* 1. Imo etiam citra culpam unus pro alio tenetur ad abannatorum exterminium, *l. fin. Cod. de naufrag. l. fin. Cod. de primip. l. jure provisum*, *cum concord. Cod. de fabric. lib.* 11. Covarr. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 8. Clar. late in sua *praxi*, *quæst.* 86. Nullique dubium est quod si majores provinciales id avertere voluissent, tantam pauperiem & perniciem abstuliss sent, & proinde delinquente universitate, puniuntur majores, si prohibere cum potuissent, non prohibuerunt, 23. *q.* 5. *can. præterea notatur* 26. *q.* 2. *can. penult. cap. quantæ de sent. excomm.* Nec etiam multitudinis in pœna pecuniaria infligenda ratio haberi solet, sicut nec corporalis; quinimo omnes de Regno interdum dissipantur, exemplo legionis militaris deficientis, quæ penitus delenda venit, *l.* 3. *§. penul. ff. de re milit.* & Chartago aratro subjecta fuit, *l. si ususfructus*, *ff. quib. mod. ususfruct. amitt.* quæ habes late ex Luc. de Penna in *l. sive*, *Cod. de exactor. & exequutor. lib.* 12. ubi etiam de causis ex quibus quis ex alienis criminibus punitur. Et id quidem ratione provincialium omnium; at ratione consanguineorum, habemus jam *pragmaticam* constitutionem promulgatam ab Illustriss. Comite Olivaris, ut pecuniarie teneantur, quod ex juris fonte manavit, *cap.* 2. *de delictis puer.* Barto. in *d. l. jure provisum*, *Cod. de fabric. lib.* 11. Bald. in *l.* 1. *Cod. ne fil. pro patre*, Jas. in *§. actionum autem Instit. de action.* & nos hac de re copiose scribimus in *tract. de Regal. Reg. Neap.* Verum jam tandem unde

Digitized by Google

A digressa est oratio redeamus. Dicebamus igitur Principem de suo reditu debere quicquid impendii alicui affert in alterius utilitatem. Et id quidem, ni fallor, velut opt. Princeps conscientia perculsus, expresse fuit Cae-
saris intentionis, cum d. Illustr. D. Petro Toleto, ut certus fieret à suis ca-
stiliis jussit ut quanti pensi camera esset reservata, & an Baronibus jus de-
beretur, ac ad ipsum referret. Consultationis autem responsum, pos-
lationi consonum fuisse perspicitur. Fiscus enim declarandum instituit, ut
supra retulimus: *limitate ac restricte concessas intelligi*: idest, tunc solum,
cum Barones in suis castris praesentes habitant: parique modo abusum cor-
ripiendum plurium Camerarum uni concessarum, habita ratione qualita-
tis ipsorum, eorumque familiarium, ac reservatorum oppidorum capaci-
B tatis. Quod quidem per juris tramites judicandum venit; audiris Baroni-
bus & Civitate, ac abroganda consuetudo ex qua id ortum habuisse R. Ca-
mera respondit anno M. D. LXI. ut mihi innotuit, super quo nil unquam
provisum postea fuit. Et scimus Reges Aragoneos intantum invigilasse ne
hospitia minuerentur, ut literas familiaritatis, quae praeter alia privilegia,
ab hospitandi onere eximebant, abrogarint, neminique postea concessae
amplius fuerunt. Praeterea, pressius intuendo, tametsi rationes in dictis
capitulis expressae, principali oraculo per verbum, *Placet*, ceu finales ap-
probatae videantur ex reg. *tex.* in *l.* 2. *Cod. de judic.* tamen cum factae sint ad par-
tis postulationem, non autem motu proprio, non justa causa factae censen-
C *trim.* Jas. in *l. si testamentum*, *Cod. de testam.* Et proinde illis forte non
contentus, Regiae Cameraе responsum expectavit. Verum utcunque sit,
censeo ex ratione non fore ut Cameraе reservatio Baroni indulta, ad vasallos
extendi possit, constitutum est enim ut militis privilegium ad filios non ex-
tendatur, & multo minus ad vasallos, Ifern. *in cap.* 1. *de capit. qui cur.*
vendid. Fret. in *differ. feud. titul. fol.* 250. Et feuda ut plurimum quaternata,
Castra dicuntur, & in loco alto situantur, Luc. de Pen. in *l. sicut fieri*, *Cod.*
de erogat. milit. ann. & de castrorum militarium forma habes, ex Gassan. in
Catal. par. ult. consider. 65. & muris circundata interpretantur, Fret. *lib.* 2.
de suffeud. author. 29. Imo intantum sunt militaria ut verendum veniat ne
legato castro, veniant arma ibi existentia, Oldrad. *cons.* 165. Martin. Lau-
D dens. in *tract. de Castell. & Castro artic.* 4. Cotta in *memor. in ver. castro.* Et
denique castra hospitia sunt militum, *l. omnes Cod. de metat. & epidemet.*
lib. 12. & militum onus est in castris permanere, alias *emansores* dicerentur,
l. 3. *ff. de re milit.* & castra sic debent esse coacta ut clavibus sint claudenda,
claveque penes digniores sunt custodiendae, Cassan. in *Catal. par.* 11. *con-*
sid. 17. Germanus meus in hoc *lib. cap.* 12. & habent castellanos de quibus in
l. limenarchas, & in *l.* 1. *Cod. de fund. limotroph. lib.* 11. & in *l. munerum*,
ff. de munerib. & honorib. idem Cassan. in *Catal. par.* 9. *consid.* 22. Cotta in
memorial. ver. Castellanus. Et quemadmodum milites exautorantur, quod
est privari denudarique cingulo insignibusque militaribus, *l.* 2. *§. sed si eum*,
ff. de iis qui not. infam. ad degradationis clericorum coelestiumque militum
instar

instar, ita & Barones à Regibus, Grammat. in *dec.64. num.63.* Cotta in *memor. in ver. Imperator*. Quod rationi adhæret; ad eum enim Barones creare spectat, prout ad solum Papam Cardinales instituere, Felin. in *rub. de constit. 2. solum.* facit *tex.* in *l.1. ff. de amb. l. probatorias Cod. de diverf. offic. lib.12.* Restaur. *de Imper. quæst.110. privil.130.* Insuper si ipsam ponderemus *Cameræ* vocem, ne omnes quidem Baronis familiares ab hoc onere immunes inveniemus; tantum abest ut ad subditos produci possit: quandoquidem non dicitur *domus*, aut *palatium reservatum*; sic enim dubio procul comprehenderetur universa familia, *l. locus*, & *l. pronunciatio*, *ff. de ver. sig.* sed dicitur *Camera reservata*, quæ est ut diximus, una, domus sive palatii cella, ut sic ipse solus Baro immunis fieri videatur. Idque roborari videtur ab Hesychii sententia, qui ut dictum est; *militare cingulum, cameram* esse ait; Profecto quisque miles suum habet cingulum, vel zonam, quæ soli ipsi deservire potest: adeo ut in alios illam transferre non possit, *l. desertorem, ver. miles*, & *l. qui commeatus*, *§. ult. ff. de re milit.* Fortius autem roboratur ex capitulis Papæ Honorii à nobis *supra* citatis, ubi Regi tantum ejusque familiæ hospitia semper gratis danda sancitum est, cæteris autem sive ii sint stipendiarii, sive alii quicunque, uno tantum mense. Nec æquum est nec justum unis nullum imponere onus, alios nimio onere prægravare, ut ex horum jactura illi fiant locupletes. Unde illud oritur indecori, ut subditi à Rege defici in dies videantur: nam eo quod melius haberi baronales quam regii videntur; qui sub dominio sunt Regis, Baronem suspirant nullam prorsus ob causam, quam declinandi ab hospitiis, quod ex pacto ab emptoribus postulant, cujusmodi jam nunc in Regia Camera multæ sunt Universitates quæ id tractant: & sane præceptum est ne una civitas magis gravetur quam alia, *l.3. §. præses*, *ff. de mun. & honor.* Martin. Laud *de Fisco, q.81.* & multum haberet difficultatis ob tributorum onus, quod excusat ab hospitio, opera, salgamo & angaria, Glos. in *l.1. C. ne ope. à collat. exig.* ut per eundem Laud. *ibi. q. 117.* Non autem oblita fuit Civitas & Regnum publicis in sessionibus, & Regi & Proregi supplicare, ut tot hospitiorum oneribus temperarent; si non militarium, saltem Delegatorum qui cunctis à Tribunalibus, varias ob emergentes causas, per universum Regnum transmittuntur: quod si merito statuum est Proconsuli curandum ne provinciales onerentur hospitiis, *l. observare*, *ff. de offic. proconf.* nam æqua lance sunt distribuenda, *l. qui originem*, *ff. de muner. & honor.* multo cautius esset in hac provincia attendendum, quæ hanc ob causam pene collapsa est. Cum igitur totius Regni incolumitati conferat, à Principis religione & prudentia provisum iri sperandum: sed hæc alio. Certe quæcunque sit ratio, Cameræ reservatæ privilegium & immunitatem, non modo vasallis omnibus ejus castri prodesse; verùm & in commercium adductum videmus, quando Barones cum vasallis paciscuntur, quanti voluerint ei pendere si in Cameram reservatam ingredi malint, quod quidem licere & sacri Consilii & Reg. Cameræ decretis responsum est. At vero multum esset verendum de rationibus, in capitulis expressis, ex

Digitized by Google

A quibus Cæsaris responsum manavit pro Baronibus: quandoquidem Neapolitanorum contemplatione primum concessa fuerit, & ab Baronis postea Regnicolas ampliata, eorum personas egredi non licebat, *ff. de constit. §. sed & quod principi, Instit. de jure nat. gent. & civ.* Et convenientiæ ratio satis non videtur, de qua in *l. venditor, Cod. de rescind. vend. l. minoribus, ff. ad Syllan. §. thesauros, Instit. de rer. divis.* sicut nec illa honestatis, *l. 2. Cod. ne fisc. rem quam vend. evinc.* quæ tamen Barone cum uxore & familia habitante, aliquid considerationis pareret; sed citra ejus habitationem cessaret etiam causa: & nihilominus sola destinatio, & in pluribus quidem Terris, juxta Baronum dignitatem, recepta est. Nec pariter onus adoharum & relevionum; cum ex causa particulari, na-

B tura scilicet & lege & onere feudi, ab initio in feudi concessionem sit insitum in domini recognitionem: & quod ad relevium attinet, subintellectum est etiam ob investituræ renovationem, Isern. in *constit. post mortem, col. fin.* & in *cap. 1. §. similiter, de capit. Conr.* & in *§. sed & res, per quos fiat invest.* ubi Alvarot. & Loffr. Afflict. in *cap. 1. num. 56. ex quibus caus. feud. amitt.* & in *decis. 265. num. 19.* Capyc. in *cap. imperialem, §. præterea si quis infeudatus, column. 21. de prob. feu. alie. per Frid.* Respectu vero adohæ jam compertum habemus, quod sit onus feudi, & cum fidelitatis nexu in vicem servitii personalis constitutum; quandoquidem in castris cum vasallis, ex viginti unciis solvuntur decem cum dimidia; in Terris vero, sex, Isern. in *d. cap. imperialem, §. firmiter, colum. 2.* & in *cap. simi-*

C *liter, de capitan. qui cur. vendid.* & in *cap. 1. §. sed nec est alia justitia quæ sit pr. cau. ben. am.* Licet Ajellus in *tract. de ju. ado. num. 52.* aliquid novi addiderit ex Reg. Cameræ diutino more. Et hæc quidem non solvunt nexum Principis ad refectionem damnorum aliarum Universitatum, ad quam de jure tenetur, ut supra fundatum est. Cum igitur rationes istæ expressæ quodammodo confutari possint, alia erit indaganda ratio; Quod si aliæ efficaciores ilico proponentur, istæ finales nomerunt putandæ; cum ea dicatur finalis, qua non potest assignari validior, *l. cum filio fam. ff. de legat. 1. l. quamvis, Cod. de fideicommiss.* Nos vero præterniissa Regis potestate, quæ in his præcipua est, *l. fin. ff. de munet. & honor.* cogitavimus alias explicare: & tametsi tenuior sit mea doctrina quam huic rei pervestigandæ sit satis, attamen ut doctioribus exacte disquirendi causam affe-

D ram, hæc quæcunque sint in medium exhibere statui. Primo autem est intuendum, has concessiones, non esse novas; sed ex multis causis ad remp. pertinentibus à jure introductas; ac nonnullas esse personas ab hoc hospitandi onere exemptas, quas *infra* etiam connumerabimus; quibus & Regia Camera easdem ob rationes favet. Secundo quod nedum Baronis intuitu Camera reservata passim conceditur, sed etiam vasallorum, tempore quo Barones, aut destinatione, aut actu demorantur.

Et quo ad primum prisco jure multæ erant personæ, quæ pro imperii defensione constituebantur, in quarum vices suffectos esse Barones, quantum comparationibus inniti possumus, non ambiginus: nam tametsi diversis

versis appellentur nominibus, eundem tamen pariunt effectum, dum idem A
præstare videntur servitium: &, si illis hæc hospitandi immunitas concessa erat, consequenter & his, ideſt baronibus concessa intelligitur: suffecti enim ejusdem sunt conditionis, cujus & sui decessores, *l. parabolani, Cod. de sacros. eccl.* quare nil novi facit Princeps id illis concedendo, licet ex causa jura nova etiam mutare possit & vetera, *vulg. l. digna vox, C. de legib.* quæ in Isern. ore semper est, & præcipue in *c. 1. §. contrahentium, in 2. addit. in novis, num. 45. quæ sint regal.* & sic unico verbo respondetur ad refectionis nexum. Ad quæ probanda nostrum erit docere, maximam Barones habere cum Curialibus similitudinem atque germanitatem: & primo, si vocis ethymologiæ aut allusioni innitimur per ea, quæ traduntur in *l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. pet. Instit. de tutel. in princ.* Curia quando- B
que pro feudo capitur, prout est in *rubr. de capit. qui curiam sive curtim vendidit, & §. pen. quib. mod. feud. amitt.* Alber. in *Dictionar.* in *ver. curia:* sicut & Romanis pro regione capiebantur, quas in tribus divisere, ut late etiam Alexand. ab Alex. *lib. 1. cap. 26.* inde decuriones à curialibus differunt sicut species à genere, not. in *l. 1. C. de decur.* & habes ex Alber. *Diction.* in *ver. Curiales*, in *addict.*

II. Sunt curiales ab hoc onere soluti, prout & Barones, *l. decurionib. Cod. de silentiar. & decur. lib. 12.* facit *text.* in *l. sacris, C. de prox. sacr. scrin.* & alii ad hoc allegati per Cassan. in *Catal. par. 6. consid. 32.*

III. Sicut Barones, & præcise *titularii*, ideo ita dicuntur quod remp. tueantur ut meus Frater docet in hoc *lib. & cap.* & latius in *epithet. Sedil.* C
in *ver. Curia*: ita & *Curiales* ideo sic dicuntur quod reip. curam habeant; quod scilicet eorum cura & consiliis resp. expediatur; & sic definitur curia in *comment.* Valer. Max. *lib. 2. tit. de institut. antiq.* & alii adducti per eundem Cassan. *ead. par. consider. 35.* & ego affero *text.* in *l. 2. circa princ. ff. de orig. jur.* & diximus etiam *supra* in *addit. ad cap. 16. num. 39.*

IV. Sicut Curialibus jus dabatur salutandi & adeundi Principem, quod privatis non licebat, *l. 1. Cod. de silentiar. lib. 12.* ita & Titulariis, ceu personis illustribus, in tantum ut princeps iis etiam teneatur assurgere, ut late deduxit Germanus *hic c. 21.*

V. Perinde ac Curiales eo ipso quod curiam Principis sequuntur, efficiuntur nobiles si ignobiles fuerint, *l. 1. Cod. de mandat. princ.* Ang. in D
§. fin. colum. 1. Instit. de except. Jas. in *l. omnium, Cod. de testam.* facit *text.* in *l. 1. Cod. de præpos. labor. lib. 12.* secundum Cassan. *ead. par. consid. 27* ita etiam & Barones cum statim feudum habuerint, Cassan. in *Catal. par. 8. consid. 17. & 46.* feudum enim parit possessori nobilitatem, & per infeudationem contrahitur nobilitas ideſt paradogium, *cap. 1. quis dic. dux.* Princeps enim de inhabili facit habilem, sicut vult, *l. quidem, ff. de re jud. l. 2. C. de crimin. sacril.* Isern. in *cap. 1. ver. ille tamen, de controvers. feudi int. par. termin.*

VI. Quemadmodum curialium prædia alienari prohibebantur, nisi prævia quadam solemnitate præscripta, ne in servitiis deficerent, cum & reip.

ex-

Digitized by Google

A expediat eos esse divites, *l.2. & l.fin. Cod. de prad.decur. sive curialibus*, nec satis est æs alienum exprimere nisi creditores nominentur & debiti quantitas; ita prorsus observari videmus in feudi translatione, vel quæ necessaria vel voluntaria, imo & ratio est etiam exprimenda, *vals. tract. si nolit, §. qui mancipia, ff. de adilit. edi.* ex qua *l.* Iser. & omnes feudistæ introduxerunt & alias circunstantias, quæ formam dedere Reg. Cancellariæ eas inferendi, ut cuncti sciunt.

VII. Sicut curiales servire Principi sunt obnoxii eique assistere, ita & feudatarii, qui olim quod valvas & cortem Principis frequentabant, *Valvasores* dicebantur, & *Cortesani* ut & hodie, Boer. in *tract. de custodia clau. col.1.* & ex Isern. docet Germanus meus in hoc *lib. cap.21. in fin.* & faciunt
B dicta Cassan. in *Catal. par.6. consid.29.*

VIII. Perinde ac Barones ex titulorum quæstu, fere omnes efficiuntur illustres, ut *infra* notabimus, ita Curiales *illustres* dicuntur quando in curia Principis serviunt, Barbat. in *consil.57.* incipiente: *præclare scribitur*; facit *text.* in *l.1. Cod. de præpos. lab. lib.12.* Principis enim præsentia eos illustrat, ceu Papæ Cardinales, Bal. in *rubr. ff. de offic. proc.* per illum textum, quem cum aliis retulit idem Cassan. *ibid.* unde Aristoteles *lib.5. polit. cap.2.* dixit, Regis esse egregios viros in familiares sibi conjungere, & plebeos in ejus gratiam & favorem & in obsequio retinere, ex Lancell. Conr. in *Templo om. jud. lib.1. cap.1. de imperat.* in *ver. adita fa. cili.*

C IX. Sicut feudatarii milites sunt, ut mox deducemus, & noti juris est, ita & Curiales, *Auth. ut judic. sine quo. suffr. §. sic igitur*, Mart. Laudens. in *tract. de fisco, quæst.100.* & proinde prohibentur esse procuratores, conductores, fidejussores, *l. curialis*, & *l. milites*, *Cod. loc.* Glos. in *cap. quod quibusdam, de fidejuss.* Castald. *de Imperat. quæst.110. num.144.*

X. Non possunt curiales coram judice ordinario conveniri, sed coram judicibus delegatis à Principe, per ea quæ Cassan. *ead. par. consid.30.* sic etiam Barones pares Curiæ habebant olim in judicas, *tot. tit. de constr. feudi ap. par. term. & de leg.* Conr. in *princ. cap. imperialem, §. pen. de prohib. feu.*
D *alien. per Frid. & de allod. §. fin.* Qui quidem pares habentur ut judices ordinarii, ut late per Isern. in *c.1. ver. ille tamen, d. tit. de contr. feu. ap. par. ter.* & possunt ad judicandum cogi quemadmodum & alii Magistratus, *l. si quis magistratus ff. de muner. & honor.* quod secus est in arbitrio; licet in Regno, eorum loco, judices fiscales subrogati sint ut magis justi, id Isern. in *d. loco & de prob. feud. alien. num.81. ver. in regno*, & late Fretis *lib.2. in 7. auth. Baron.* Et, si inter duos feudatarios contentio super feudi proprietate contingerit, Dominus illam dirimere debet & non judex ordinarius, ad quæ multa tradit Isern. in *d. cap.1. de prob. feu. al. per Frid. n.278. & 279. in novis.*

XI. Barones cum armis & equis servire tenentur, Isern. in *d. cap. imperialem, §. firmiter*, & in *cap.1. §. sed nec justior, qua sit prima can. beneam.* & in *d. constit. si vasallus*, & imminente guerra non possunt feudo renunciare

nunciare ob servitii necessitatem, ut *infra* dicemus. Curiales item eodem A
modo, unde equi curiales dicti sunt, *l.non videtur, Cod.de muner.patrim. lib.*10. ubi Luc.de Pen. cumulat quot modis equi in jure accipiantur: sicut in milite, equi militares, qui extra provinciam extrahi non possunt, *l.officium, ff.de re mil.*

XII. Mitius puniuntur curiales ex vi ejusdem rationis quia Illustres sunt, Glos.1. *in fin.* in *can. quando*, 86. *dist. cap.si vero primo, in princ.de sent. excommun.* exempla etiam in his affert Gulielm. de Bened. in sua *repetit. cap.Raynutius*, in *ver. & uxorem nomine Adelasiam, in materia successionis ab intestato, num.*808. Et hoc parit servitium principi collatum quum meritum etiam in his affert, ut pœna eis diminuatur, ad hoc Cassan. qui multa super his cumulat *par.*6. *consid.*38. allegat Glos. *Instit.de ju.* B
nat.gent. & civ. §.plane, ver.ob meritum, quibus conferunt allegata per Germanum meum in hoc *eod.cap.num.*6. dum illustres cum in causis criminalibus, tum civilibus in procedendo, condemnando, carcerando & puniendo, mitius haberi dicit ut & nos etiam ibi notavimus: sed & de servitiorum benemerentia, Afflict. synodalem facit *decisionem* 307. Et prædicta quidem non multum extranea arbitrari possunt; quinetiam non absurdum foret si inter tot feudistarum sententias & auctoritates insererentur; ubi diversi diversas attulerunt opiniones de feudi ac feudatarii nomine & origine; & quibus personis jure prisco comparari possent, & an clientibus, an valvasoribus æquarentur, ut late per Fret. avunculum meum in *lib.*1. *de suffeud.tit.de orig. feudi.* C

Secundo, illa se se offert ratio, quod Barones milites sunt, *c.*1. *de c.Conr.c. si quis miles, de feu.si.cul.non amit.rub.de mil.vas.qui cont.est & de vas.mil. qui ar.bell.depos.* Cotta in *memor.* in *ver.Castro*, Isern. in *præl.feud.* imo præcedunt milites, *cap.venerabilem, de confirm.util. vel inutil.* Luc.de Pen. in *l.*1. *Cod.de mancip.& colon.patrimonial. lib.*11. & ab eis etiam eorum nomen descendit, idem Isern. in *cap.*1. *§.cum autem, de controvers. investit.* & in *cap.*1. *§.hujus autem generis, ibi, servitium militare*; unde verendum venit si militariter non vivant num gaudeant privilegiis militaribus. Barbat. in *cons.*57. *colum.*2. *in fin.* quem allegat Boer. in *tract. de ord. cognitor. reg.* Quod si serviat per substitutum non satisfacit, Bald. in *cap.*1. *§.mutus, colum.fin. Episc. vel Abb.* nisi cum Principis voluntate, *l.si quis ex corpore,* D
*Cod.de murileg. lib.*11. quinetiam feudum in militiam postea suffectum est, *l.omnimodo, §.imputari, Cod.de inoff. testam.l.patri, §.alumno, ff.de legat.*2. *l.fin. Cod.de pign.* Unde nonnulli feudatarios eos esse afferunt, qui olim *solidati* nuncupabantur, nunc vero per syncopen, *soldati* dicuntur: quique hanc tuentur opinionem, juribus fundantur ex *tex.* in *cap.*1. *quis dic. dux*, ibi, *præstatio soldatæ*, multisque aliis in locis topicis habes germanitatem militiæ cum feudis, & præcipue per Fretiam avunculum meum *lib.*1. *de suffeud.in rubr. de orig. feu. colum.*2. Profecto feudatarius ad servitium militare inhabilis, feudum non retinet: prout olim fœmina erat, *tot.tit. an mut. ant alit. imperf.feud. ret.* & in clerico *ibi* per Glos. & de vasallo

decrepita

Digitized by Google

A decrepitæ ætatis, & de hierosolymitano equite, Bald.in *cons.19.par.2.* Cassan.in *Catal.par.9.consider.4.* Et ita fuit judicatum in Reg.Camera pluribus in causis, ut dicemus in *tract. de Regal. Reg. Neap.* & late habes ex Glos. Paris. §.8. *gl.1.q.2. num.25. & quæst.3. num.27.* Quibus accedit quod sicut inhabiles feudatarii à feudo removentur, ita & milites à militia, quos & exauctorari *supra* diximus ad instar clericorum: neque id solum, sed etiam ab electione aliqui ejiciuntur; pinguis enim miles, aut deformis aut mancus non eligebatur, sed spectata corporis habitudine, lato pectore, cervice erecta, fortis & strenuus, secundum Alex. ab Alex. in *Genial. lib.1. cap.20.* & meus Frater *hoc lib.* refert, *cap.24.* cujus autem conditionis & qualitatis esse debeant, exponit idem Alex. *ibi.* Sed ubi de militibus
B non transferendis est nobis sermo, oportunum videtur, & ritum subnectere, quo milites & equestres & pedestres referuntur innumeros; quod *assentari* dicunt. Equites igitur referuntur cum libello sui Tribuni, prævia tamen scripta Viceregis jussione: referuntur autem per *Officialem libri majoris*; (ita vocant militum *catalogum* sive *matriculam*) aut etiam per alium ab eo commissum. Prius vero quam in numeris conscribantur, suæ aptitudinis periculum faciunt coram Magistro militum & Scriba portionum currendo loricati ac arma tractando. Pedites autem conscribuntur ab aliquo ex officialibus exercitus, cum libello Magistri militum. Sane ubi nomen datum erat militiæ, poterant milites ex permissu solum sui Tribuni, de una in aliam copiam transire; hodie vero Illustris. Comes Olivaris singu-
C lari sua prudentia statuit ne hujusmodi transitus ipso inconsulto fiant. Equidem proprium est Principis de uno loco ad alium transferre milites, *l. pen. Cod.de cursu publ.* Restaur. *de Imperat. quæst.110. num.123.* sicuti ad eum solum spectat assumere aliquem in numerum, *l. neminem, Cod. de re milit.lib.12.* Luc. de Pen. in *l.1. Cod. qui poss.lib.10.* Cassan.in *Catal. par.5. consid.22. num.36.*

Tertio, Barones regii sunt consiliarii, ut abunde docuit Frater in hoc *lib. & cap.* Duar. in *reg.221.* Curt. in *tract.de feu.par.7.in princ.* & in *vers. quæro*, Jacobin. de S. Georg. in *eod. tract.* suorumque vasallorum judices sunt ordinarii, Isern.in *cap.1. quæ sit invest.* & in *cap. 1. §. præterea, de prob.feu. al. per Frid.* & in *cap.1. §.item quod duo*, & *§. sed quod, quæ sit*
D *pr.cau.ben.am.* & late per Fret. *lib.21.auth.13.* Judices autem ideo dicuntur nobiles, quia circa leges versantur, quæ armis æquiparantur, & illis indigent, ut probat *tex.* in *l.1.Cod.de Justin.Cod.confir.* Guid.Pap.in *quæst.278.* quod quidem habui ex postilla Dn.Marii Surgentis olim mei Germani in *d. l.1.* qui diem functus est ante trigesimum ætatis annum, anno incarnati Verbi 1561. & in Mag.Curia Vicariæ jus dixit, & provinciæ Salerni præfuit, & in aliis totius Regni arduis negotiis regiis versatus; cujus lucubrationes manuscriptæ, & memoria & vitæ sanctitas undique apparent. Certe in convenientia præcedentiæ inter Doctorem & militem illa potissima allegatur ratio, quod leges regunt ministerium militare, ut late Martin. Laudens. in *tract.de dignit.quæst.17.* sed judices minime hospitari tenentur

ex

Digitized by Google

ex tex. in *l.fin. Cod.de profess. & medic.* & *ibi* Luc.de Pen. Cassan. in *Catal.* A
*par.*11.*consid.*46.*in fin.*sicut nec collectas solvere, idem de Pen. in *l.jubemus*, *la* 2. *Cod.de prox.sacr.scrin.* hoc autem limitatur, nisi suffragio facti essent judices, ad quæ facit *tex.* cum Glos. in *l.eos*, *Cod. de excusat. mun. lib.*10. Martin. Laud. in *tract. de fisco*, *quæst.*210. quod etiam respectu dignitatis locum habere potest, Capyc. *de investit. feud. fol.*121.*ver.officiales*. Quinimo judices milites sunt, *l. advocati*, *Cod. de advoc. diversi. judic.* eoque nomine appellantur à Rege in suis literis probatoriis: nec ab hospiciorum modo, sed à quovis alio onere sunt immunes: idque prius quidem Locumtenenti & Præsidentibus Reg. Cameræ indultum fuerat, dein vero à Carolo V. anno M. D. L. Præsidenti & Consiliariis Sacri Consilii impertitum fuit, ut *supra* diximus: quod cum nuper Portulanus iis observare ne- B
glexisset, Præsidens ipse appellavit Reg. Cameram, quæ secundum ipsum oportune provisit juxta Cæsaris indulgentiam.

Quarto, jus hospitandi de regalibus esse docet Bal. in *l. observare*, *in princ. ff.de offic.proc.* Isern.in *cap.*1. *ver. extraordinaria*, *quæ sunt regal.* & inter *capit. Regis Caroli*, secundum Afflicti *decisionem illam synodalem* 265. *in fin.* & in *cap.*1. *num.*10. *quæ sunt regal.* Alber.in *rubr.ff.de muner. & honor. num.*50. Quod etiam pro familiaribus suis & stipendiariis habet, ut est in *dictis capitt.in rubr. quod nulli pro servit. nostr.* & in *cap.statuimus*, §.*præcipimus*, *sub rubr.quod lic. special. pert.* Idque præsente quidem Rege, in perpetuum; absente vero, per mensem tantum illis debetur, Capyc. in *invest. feud. fol.*275. *colum.*1.*ver. Ferrerii*; Quæ quidem facultas concessa fuit Regni Regibus à Papa Honorio, ut ex ejus capitulis indicavimus: in C
quorum custodiam præfata postea capitula uniformia emanarunt; & à ratione non abhorret; Princeps enim milites est, *l.*2.*Cod.de testam.mil.* Restaur.de *Imperat.q.*110. quamobrem Regi stipendiorum nomine constituta sunt tributa & vectigalia atque proventus, absque subditorum gravamine, ut illis justitiam faciat, & secundum D. Tho. & alios canonicos interpretes, regalia etiam & demania, intantum ut etiam latronum rapinas teneatur ipse subditis de suo resarcire, ut pluries *supra* diximus, & est Isern.in *c.*1.§.*navigia*, *de statut.* & *consuetudin. con.lib.eccl.* & in *Const.Reg. etsi damna clandestina*, Luc. de Pen. in *l.*1. *num.*17. *ut rust.ad null.obseq. devoc. lib.*11. ubi asserit quod non solum sit judex & miles, sed omnium militum omniumque judicum supre- D
mus, & lex animata. Unde si militibus judicibusque debentur hospitia, multo magis & Regi. Ex quibus patere arbitror sententiam Vasquii *illust. controvers. lib.*1. *cap.*8. *num.*15. probari minime posse, dum ait, tributa & vectigalia Regi constituta jus illi hospitiorum auferre, cum ex iis commode sustineri possit: quandoquidem præterquam quod Summus Pont. id jus in eum contulit, datur etiam militiæ, *l.pen.* §. *duo*, *ff. de vacat. mun.* & in Rege culmen est militiæ: alioqui si hanc non haberet legitimam facultatem, utique tot personas ab hospitiorum onere non eximeret, de quibus in *l.fin.* §. *pen.ff.de muner.& honor.l.sunt munera*, *ff.de vacat.mun.* Restaur. *de Imperat. quæst.*65. cum aliis *infra* notandis, ex juris regula, *nemo dat*

Digitized by Google

A *quod non habet*. Et si stipendia dantur loco alimentorum, & appellatione alimentorum venit etiam hospitium, *l. verbo, ff. de verb. signif. l. fin. ff. de usu & habit.* & etiam *supra* diximus, Regi debetur hospitium, ut integre habeat alimenta. Ad quod ipsi tenentur subditi etiam jure clientelæ & vasallagii, ut probat Afflict. in *d. decis. 265. in fi.* Si enim advenerit Rex in castellum Baronis, Baro ipse tenetur illi expensas subministrare, ex collatione tamen vasallorum, in *Constitut. Reg. Quamplurimum, & ibi* Andr. ut deberi videantur ratione directi dominii, in quodam corredum: cujus rei fuit & consuetudo de qua per Speculat. in *tit. de feud. §. quoniam*: Et in hoc
B Regno in adventu Caroli V. ita observatum fuisse, testis est Fretia *de jusfeud. lib. 2. in 23. auth.* & ante eum Capyc. qui hæc allegat, *de invest. fen. in ver. ac hospitio*, allegando remissive Alvarot. in *cap. 1. §. similiter circa fi. de capit. Conr.* & sine dubio fertur, dominum egenum à vasallo, sicut patronus à liberto, alendum esse, *l. si quis, §. solent & § seq. ff. de liber. exhib.* ex germanitate inter feudum & jus patronatus secundum Isern. in *cap. licet si de feud. fuer. contr. ut cautela fit*, inquit, *ut excipiantur alimenta in contractu, & quib. mod. fen. amitt. in princ.* Nec hospitia solum tribuere, sed etiam per propria prædia tenentur vasalli sternere viam Domino, ut tute incedat, idem Isern. in *cap. 1. §. si quis demanso, de probib. feud. alienat. per Frider.* per *tex.* in *l. si quis sepulchrum, ff. de religiosis & sumpt. funer.*
C Restaur. *de Imper. quæst. 110. num. 256.* etiam si privilegio Principis immunes essent, *l. cum ad felicissimam, C. de quib. muner. vel præstat. lib. 10. l. neminem, Cod. de sacros. eccles.* Si tamen dixisset Vasques quod non deberet Rex facere in Hospitiis longam moram, utique non refragarer, ut dixit Bald. in *tit. de pace const. in ver. morans*: longam vero moram ait esse vel judicio populi, vel si excederet sex menses, ut per Restaur. *ubi supra, num. 303.* Cum itaque de regalibus sint hospitia, regaliaque à Rege concedi posse non ambigatur, dubio verti non posse clarum est, quin & ea concedere possit, Luc. de Pen. in *l. contra, col. 7. Cod. de re milit. lib. 12.* non tamen inferioribus, idem in *l. respublica, Cod. de jure reip. lib. 11.* Cassan. in *Catal. par. 1. consider. 44.* & *par. 5. consid. 22. num. 164.*
D Quinto, posset & sustineri ratio adohæ & relevii atque collectarum quibus Barones subsunt, ut *supra* diximus, aliorumque onerum de quibus per Afflict. in *decis. 265.* idcirco aliis oneribus prægravari ex juris dispositione non debent, *l. navis, ff. ad leg. Rhod. de jactu.* Capyc. *de investit. feud.* in *ver. Collecta*: novumque sine dubio onus esset extraneos recipere milites, qua de re habes Alex. ab Alex. in *Genialib. lib. 1. cap. 20.*

Sexto, si Baro miles est, ut jam probavimus, alios recipere milites non tenetur; incongruum enim atque exosum esset, si ut miles suis non potiretur prærogativis; eoque magis in castro, qui locus est ipsius proprius, ut de metropolitano dicitur ad suffraganei diœcesim accedente: promiscuis enim actibus rerum officia ordinesque turbarentur, *l. petita, Cod. de episc. & cler. l. consul, §. absurdum, Cod. de testam. l. 1. Cod. de spectat.* Glos. in *l. quisquis, Cod. de postul. can. esto subjectus, 95. dist.* Cassan. in *Catal. par. 1.*

com-

Digitized by Google

consil. 44. etenim singulorum status servari debet illæsus, *cap. imperialem*, A
de prob. feud. alien. per Frid. Et facit quod melius per unum quam per plures quid regitur, & Regnum non capit duos Reges, *can. in apibus 7. q. 1.* nam essent duo capita, quod in monstrum haberetur, *l. non sunt liberi, ver. prodigiosum, ff. de statu hom.* sicut & unæ Civitati diversos habere pontifices non licet, *cap. quoniam de offic. deleg.* Cassan. late *ubi supra*. Miles autem intantum servire tenetur, ut imminente guerra non possit feudo renunciare, cum tunc servitium incipiat esse certum, & efficaciter obligetur, secundum Glos. in *l. incola, 2. ff. ad municip.* quam cum aliis allegat Boer. in *tract. de custod. clav. n. 43.* Est insuper suo servitio ita astrictus, ut de uno numero & legione ad alium transire non possit, solusque princeps po- B
test illos transferre, *l. contra publicam, Cod. de re milit. libr. 12. can. non oportet, de consecrat. dist. 5. extravag. ut prælatorum, de major. & obed.* Cassan. in *Catal. par. 5. consid. 24. num. 52.* sicut assumere quempiam in militem vel subrogare, *l. fin. Cod. de offic. mag. offic.* militesque de locis ad loca transferre, *l. fin. Cod. de veteran. lib. 12.* Restaur. *de Imper. q. 110 n. 51 & 122.* idemque de milite cœlestis militiæ, *cap. fraternitati, de cler. non resid.* ut neque laicus de aliena plebe retineri possit, *can. primatus, 71. distin.* nec exterus præsentari, *can. pen. eod. dist.*

Septimo, ex loco etiam id arguere possumus, *l. penult. ff. de just. & ju.* siquidem feuda quaternata in Regno ut plurimum *castra* dicuntur, Isern. & Lofred. per Fret. allegati *lib. 2. auth. 29. num. 5.* quod etiam ex figura antiqua inspectione perspicitur, & *castra* muris circumdata dicuntur, quia C
in alto loco sita sunt, Luc. de Pen. in *l. sicut fieri, Cod. de erogat. milit. ann.* Unde in Lombardia Barones appellantur *magni Castellani*, ut per Bald. in *cap. una delegatorum, de offic. deleg.* Martin. Laudens. in *tract. de dign. q. 7.* & an de novo ædificari possint, habes in *l. per provincias, Cod. de ædif. priv. l. opus, ff. de oper. publ.* à communiter enim accidentibus hujus formæ, ut dictum est, inspicitur esse; & majorum actio, nostra debet esse instructio, §. *quæ omnia, Instit. de satisd. tut.* §. *apud Catonem, Instit. de adopt.* & alia adducta per Alber. Rosat. in *Diction. ver. arguitur, in princ.* Et quamvis aliquatenus differunt Castra à feudis, cum castrorum privata possessio ita sit prohibita, ut ultima pœna vindicetur, *l. quicunque castellorum, Cod. de fund. limotr. lib. 11.* & titulus ab utroque exigitur, ex reg. *l. cogi, Cod. de* D
petit. hæred. & legato castro, tormenta aliaque arma ibi existentia veniunt; attamen etiam de regalibus esse monstrabimus in nostro *tract. de Regal. Reg. Neap.* Et qui regalia occupare præsumunt, capitali pœna plectuntur, ex *constitut. Reg. ea quæ ad decus*, & ibi omnes Regni interpretes. Et sicut negare non licet, militibus in castris non commorandum ob hostium incursiones, quas suspicari possunt, ut late tradit Cassan. in *Catal. par. nlt. consid. 65.* ita absque Domini consensu in alienam non possunt transire jurisdictionem, ex topica illa Barto. doctrina in *l. 1. §. & post operis, ff. de no. op. nunc.* etiam si ad regiam urbem accedant, *l. 1.* & *ibi* Glos. *ff. de rei vendic.* & in *consist. Reg. quisquis de burgensib.* Porro si à Castellano maxima exigi-

Digitized by Google

A tur fidelitas, ad quam etiam jurejurando adigitur; non minor erit à fen-
datario exigenda: & aliquando castrum & castellum idem sunt, in *rubr. &*
nigro, *Cod. de fund. limotroph. lib.* 10. Et castellum locus dicitur qui civi-
tatis vice regitur, *l. si hæres*, §. *vitiis*, *ff. de legat.* 1. *cap. statutum*, §. 2.
de rescrip. in 6. & *ibi* Gl. Archidiac. in *ver. Civitatibus*; Et re ipsa castra
hospitia sunt, *l. omnes*, *in princ. Cod. de metat. & epidem. lib.* 10. Secus
autem esset ubi resideret Princeps, nam in ejus præsentia nulla sunt timen-
da mala, *l.* 2. *Cod. de iis qui per met. jud. non appell. l.* 2. *Cod. de eo*, *quod*
met. cau. Eorum autem residentia temerarium faceret potius quam neces-
rium militum incolatum.

Octavo, congruit etiam dicere quod oppida quæ in cameram sibi reser-
B vant Barones, non sunt ita immunia, ut nullum prorsus subeant onus:
nam tametsi milites hospitio non recipiant, contribuunt tamen eam ad
rem, annuam pensionem septemdecim assium in singulos focos: sub-sunt-
que præterea extraordinariis indictionibus, & impositionibus: quorum
utrumque à Reg. Cam. definitum est. Et nuper inter Atellas & pagos ac Re-
gni proceres suborta est altercatio in Collaterali Consilio decidenda: de qua
locus exposceret, ut hic aliqua dicerem; at, ne mei ipsius voti fim in-
tempestivus index, subticeo alias dicturus: Si igitur vice hospitii con-
runt in ære parum iis concedi videtur immunitatis, & parum & nihil æqui-
parantur, *l. pupillus*, §. *si ego*, *ff. ad leg. Falc.* Alber. in *Diction. in ver. à nihi-*
lo: unde privilegium quodammodo redditur elusorium, quod non est Prin-
C cipis intentionis, *l. fin. ff. de constit.* & pecunia *secundus* dicitur *sanguis*,
Gl. in *l. advocati*, *Cod. de advoc. diverf. judicior.* & latius Germanus probat
hoc libro, *cap.* 15. *num.* 8. Sed certe hæc ratio parum aures mulcere videtur;
nam onus illud conferendi rationem septemdecim granorum in focum, ut di-
ximus, constitutum fuit pro hospitiis equitum, cui confert & totum Re-
gnum ultra ordinarium tributum granorum quadraginta octo in focum, ut
retulimus *supra in adnotat. cap.* 16. hic vero nobis est sermo de peditibus
hospitandis.

Nono, poterit assignari ratio dignitatis; nam Barones illustres sunt,
Purpurat. in *l.* 1. *num.* 244. *ff. de off. ej.* Fret. *de suffeud. lib.* 1. *de orig. ba-*
ron. num. 11. & probat Germanus meus in hoc ipso *cap.* Cum fere omnes,
D Comitis, Marchionis, Ducis, Principis, titulo decorentur; qui cuncti,
præter solum Comitem, *illustres* dicuntur à Rege: & *viri potentes* dicuntur
quia jurisdictionem habent, Bald. in *cap. uno delegatorum*, *de offic. deleg.*
Martin. Laudens. in *tract. de dignit. quæst.* 9. Fret. *ubi supra*. Et ex juris
dispositione, qui hac præfulgent dignitate jus habent hospitandi & maxima
cum prærogativa: unde differentia inter eos justa redditur, nam Baroni,
Comiti, & Marchioni, unum tantum oppidum in cameram datur; Duci
vero & Principi, duo, & hoc jus obtinet hodie, tametsi plura etiam
olim habuissent: quod quidem cum jure communi concomitantiam habet,
à quo hæc camerarum distributio fit, ut habetur in *l. pen. Cod. de metat. &*
epidem. lib. 10. Cassan. in *Catal. par.* 6. *consider.* 32. Et, si tamquam judices

hoc

Digitized by Google

hoc jure utuntur, multo magis tanquam majoris dignitatis, nempe qui A judicibus præferuntur, ut late deducit Frater in hoc *lib. cap.* 27.

Decimo, cum vasalli hospitari teneantur suos Barones tanquam milites; omni juri consonum est, illos ab aliorum militum hospitio esse immunes, ne duplici graventur onere, ex regulis juris *supra* adductis. Et certe residentia Baronum, majora affuetis & ordinariis parit vasallis onera & præcipue servitia immoderata, quæ parit etiam feudorum privationem, ex reg. *text.* in §. *fin. Instit. de iis qui sunt sui vel alien. jur.* & *ibi* Jo. Fab. & alii ex Neapolit. decisionibus traditi, in quibus contra nonnullos Barones multa gravaminum capita porrecta fuere etiam criminalitatem continentia; & tot notoriæ sequutæ fuerunt justæ provisiones & decreta, quæ absentia profecto eorum excusasset. Et licet superiorem habeant, attamen de facto ne pro- B cedant de eis timendum ex dicto Isern. in *tit. quæ sit pr. can. ben. am.* Et obsequialia Baronibus à vasallis tradenda multa sunt, de quibus per Luc. de Pen. in *l.* 2. *Cod. in quib. coloni*, *lib.* 11. quemadmodum & Reg. Curiæ servitia, ut est *text.* in *constit. Reg. sicut nostra*, & per Bald. in *l. fin. in princ. Cod. de bon. quæ lib.* atque ad alia etiam majora personalia servitia teneri si angarii vel parangarii forent, prout ut plurimum sunt, ex *constitut. Reg. si contingit*, & *prosequentes*. Jamque etiam id illi præstare debent, ut per propria prædia commodam ei sternant viam; imo & ipsum alere tenentur *ut supra* docuimus: de quibus late Afflict. in *d. decis.* 265. Capyc. in *investit. feud. in suis clausulis vasallorum & angariorum*, & Fret. in *lib. de suffend. de author. baron.* Sed nempe augetur illa difficultas etiam cum va- C sallis; postquam immunitate hospitii: ipsi & Barones ex sola destinatione citra eorum habitationem gaudent; qua cessante, jure corruit privilegium, *l. privilegium, ff. de reg. jur.* quod idipsum cum loco & persona dicendum est; ut scilicet tantum durent privilegia, quantum locus & persona, quibus conceditur, durat, *l. forma*, §. *quamquam*, *ff. de servitut. rustic. prad. l.* 1. §. *promittit*, *ff. de aqua quot. & æsti.* Sed si ultra jam allegatas rationes ulterius intueri velimus, æquum est dicere sufficere solam destinationem, quæ in his, tamquam potentia actui proxima, pro facto habetur, *vulg. l. pen. ff. de milit. testam.* & ea quæ à patrisfamilias destinatione dependent, illico disponunt & varios producunt effectus, habes ex *text.* in *l. quæsitum*, §. *si quis eodem instrumento*, *ff. de fun. instruct. & instrumen. leg. l. servis urbanis*, *ver. multoties*, *ff. de legat.* 1. facit *text.* in *l. quod in rerum*, §. *si* D *quis post*, *d. tit.* ubi nostra destinatione fundorum nomina & domus, non natura constituuntur. Cum enim dependeat ex propria voluntate, nil mirum si existere censetur. Sed de destinationis viribus, ultra Bar. & Tiraq. *supra* allegatos, habes multa ex Felino in *cap. cum adeo*, *de rescript.* Alber. in *Diction.* & Prat. in *Lexic.* Ad evitanda enim inconvenientia prædicta, cum Baro repente ire posset ad habitandum, præventum fuit; consulendum est enim quod evenire potest, *can. in nomine domini*, 23. *dist.* Bart. in *l. inter stipulantem*, §. *sacram*, *ff. de verbor. obligat.* Jacobin. de S. Georg. in *l. si idem cum eodem*, §. *si una actio*, *ff. de jurisd. om. jud. in pr.*

lect.

Digitized by Google

A *lect. num.* 2. facit *text.* in *l. qui bona*, §. *cum inter*, ff. *de damno inf. l.* § *quis domus*, §. *idem erit*, ff. *loc.* quod etiam judicis est: secundum Gul. de Bened. in *cap. Raynutius*, *ver. judex*. Quod si se absentaret Baro, magna esset ratio corruptionis familiæ suæ; & hoc non fieri, honor omnibus de familia esset, *text.* est singular. ore Alber. Ros. in *Diction.* in *ver. familia*, *l.* 1, §. *quamvis*, ff. *de ventre inspic.* & familiæ ipsius Baronis quæ eodem gaudet privilegio, Glos. in *l. ad personas egregias*, ff. *de jurejur.* & in *cap.* 2. *de foro compet.* & in *cap. ecclesiarum servos*, in *glos.* 2. 12. *q.* 2. & quæ adducuntur ex *text.* in *l.* 2. *Cod. de episc. & cler.* Sin autem vasallorum etiam ratio in his contemplata fuit, non erit perperam dicere quod cameræ reservatæ jus etiam ipsis sit acquisitum, ex dictis per Bart. in *l. sed si plures*, §. *in arrogato*,
B ff. *de vulg. & pup. substit.* & in *l. si vero*, §. 1. ff. *sol. matrim.* Alber. in *l. qui proprio*, §. *ut in cæteris*, ff. *de procuratorib.* & ut in re fiscali procedat, habes ex *text.* in *l. plane*, C. *de legat.* Ang. in *l.* 1. *Cod. de his quib. ut ind.* & not. Martin. Laudens. *de fisco*, *q.* 202. Quod quidem in cameræ reservatæ praxi compertum habemus, ipsius concessionem, eis absque alio novo actu sive nova concessione Regis, illico proficuam esse. Unde ex tam longo sermone posset dubium oriri circa commercium quod Barones cum vasallis faciunt, & ex causa onerosa: & multoties si bene non se habent cum eis, illam non impetrant: imo ex post facto revocatione uti volunt; quod quidem solius est Principis; nempe ob ingratitudinem revocare dignitatem, Bald. in *l.* 2. *C. de lib. bert. & eor. liber.* Martin. Laudens. in *tract. de fisco*, *q.* 240. Et absque diffi-
C cultate non procedit; cum etsi de regalibus sit hoc jus, ut *supra* deduximus, & regalia transferuntur baronibus, præter suprema ut itidem *supra* monstravimus; hæc tamen immunitas de novo est à Rege impetranda ut fieri assolet porrecto memoriali Viceregi, & Scriba portionum exequente, ut passim videmus, & gratis quidem explicatur, nec meritum feudatarii, nec pretium inde augetur. Quod si vasallorum contemplatione conceditur, & ejus gratia vasalli utuntur, ut per *text.* in *l. hoc jure*, §. *Labeo*, ff. *de donat. cum concord.* meæ insolertiæ occasio est scire qua ratione à vasallis recognitiones accipere volunt, prætextu quod gratia eis fiat. Nam si hæc à Rege absunt, qui lege de ambitu absolutus est, Glos. in *l.* 1. ff. *ad leg. Jul. de amb.* Laudens. *de dignit. quæst.* 3. multo magis à Baronibus abesse debent.
D Verum si consuetudine aliqua aut lege & ratione mihi incognita, quod libenter profiteor, non fundatur, Regis tantum voluntati & commoditati accedere ab re non esset dicere: sed ne seniorum patrum decreta oppugnare videar, ulterius non progredior; & veritatis indagandæ rationem, sermo & discussio invenit, *l. fi.* §. *mixta*, ff. *de mun. & hon.* Reliquum est, ut jam tandem concludamus, quod promisimus expedire, nempe brevi percurrere, quotquot hospitiorum præstandorum oneri non subsint, quorum immunitati Reg. Camera Summ. providet; quod spatio plus tribus annis, quibus ibi præsideo, in dies observatum vidi. Omnes igitur milites & gravis & lævis armaturæ, item pedestres copiæ, vel sint ordinariæ vel extraordinariæ, cum omnibus eorum ministris actu servientibus; item &

arcibus

arcibus turribusque littoralibus præfecti, hoc utuntur privilegio. Et certe militibus ex juris etiam communis dispositione, cui Rex noster assentiri decens putat, ea immunitas debetur. Remp. enim defendunt, à qua nedum privilegiis muniri, sed & ali etiam diximus in *adnot. ad cap.* 16. *num.* 25. atque à recipiendis hospitibus necessitate excusantur, *l. fin. §. penul. ff. de muner. & honor.* sicut etiam à collectarum solutione, Rebuff. in *l.* 1. *Cod. de indict.* & in *l. fin. Cod. de fund. limitroph. lib.* 10. Cassan. in *Catal. par.* 9. *consid.* 47. Veterani vero etiam à capitis præstatione excusantur, Glos. not. in *l.* 3. *Cod. de muner. patrimon. lib.* 10. Sed certe milites ipsi solum, non autem cognati & affines sunt immunes, *l.* 3. *§.* 1. *ff. de muner. & honor.* Martin. Laudens. in *tract. de fisco, quæst.* 50. Iisdem utuntur privilegiis & Cives Neapolitani ex speciali jure & orti & oriundi, ideft, qui ex patre Neapoli orto oriuntur, *l. assumptio, ff. ad municipal.* ad instar civium Romanorum ubicunque morentur, *l.* 1. *Cod. de corpor. urb. Rom. lib.* 11. Nobilibus vero quinque sedilium sufficiunt litteræ probatoriæ sexvirorum sedilium ad probandam civilitatem; ut ab onere probandi ortum originem & incolatum jure sint liberi. Quod cum Fiscus illis derogare jamdiu nisus esset, ipsosque sedilitios nobiles forensibus & juratis probationibus subigere vellet, ideft ut ortum & alias qualitates, prout cæteri, docerent; instantibus sedilibus etiam apud Regem invictissimum super his destinato legato, tandem succubuit; decretumque ut antiquæ consuetudini & ritibus dictorum sedilium sex & eorum Decurionum, licet extrajudicialibus, deferendum foret; & hoc jure utimur, apparetque ex actibus Reg. Cam. Summariæ: quod ex auctoritate decurionum, de qua late Bart. in *l. ambitiosa, ff. de decr. ab ord. fac.* jure receptum est, licet dignitas non excuset à juramento ex reg. *tex.* in *l. juri jurandi, Cod. de testibus*. Sunt enim majoris efficaciæ quam literæ testimoniales, de quibus per Bald. in *l. si qua per calumniam, Cod. de episc. & cler.* quæ quidem ad interpretationem *capitulorum* Neapolitanorum circa omnia, & præcipue circa bonorum confiscationem satis conferunt. Regunt enim & gubernant pro majore parte suffragiorum; civitates, & nobiliores quidem sunt, *§. interim, Auth. de defensor. civit. l. municipibus, ff. de conditio. & demonstrat.* Quo ad statum enim regimen debet esse apud nobiles, quo ad negotia vero apud divites, Andr. in *cap.* 1. *de pace ten.* Capyc. *de invest. feud.* in *ver. Civitatis*, & in *decis.* 2. licet à Summo Pont. Romæ viri sublimiores difficilius vocentur, prout est tex. in *cap. fundamenta, in fin. de elect. in* 6. Et non immerito Rex Ladislaus sex sedilibus Civitatis curam commisit; & quodlibet sedile publicum est, & Civitatis pars, *d. cap. fundamenta, §. proinde, l.* 1. *§.* 1. *ff. ne quid in loc. publ. l. si quis à filio, §.* 1. *ff. de legat.* 1. & late deducit Germanus in *lib. de sedilibus*. Sunt etiam officiales Regii & præcipue in genere annonæ, prout infra aliquid dicimus: quibus absque juramento credi solet etiam in præjudicium tertii, ut not. in *cap. cum parati, de appellat.* Speculat. in *tit. de testib. §. restat, num.* 2. Comprehenduntur inter Cives Neapolitanos etiam expositi D. Mariæ Annunciatæ, quos innumeros utriusque sexus educat piis sub regulis & institutis

Digitized by Google

A ſtitutis, exemplari cum charitate omnibus gentibus: & proinde iſtam potiuntur privilegiis. Item & Prælati & Officiales omnes vel Regii, vel Baronales; quod ſi in domos clericorum eis invitis ad hoſpitandum accederent, tenerentur in ſyndicatu, Bald. in *l.1. Cod. de epiſc. & cler.* Par. de Pet. in *tract. de ſynd. in ver. an apparitor, num.3.* Sunt immunes & Doctores actu legentes, & Grammatici, & Philoſophi, & Magiſtri artium liberalium, & alii de quibus per Gloſ. in *l.3. Cod. de muner. patrim. lib.10. l. medicorum, ſ. de profeſſor. & medic.* Martin. Laudenſ. *de fiſco, quæſt.164.* Caſſan. in *Catal. par.6. conſider.32. in fin.* & in *conſuet. Burg. tit. des juſtices, §. 4. gloſ.1. ver. ſed quæritur*, quamquam ſunt cives ubi reſident, Bald. in *l. obſervare, §. proficiſci, ff. de offic. proconſ.* Guido Pap. *deciſ.631.* Loffr. in *conſil.32.* prout

B & miles ubi ſtipendia meret, *l. municeps, §. miles, ff. de muner. & honor.* Boer. *deciſ.265.* Anna in *ſingul.265.* Alex. in *l. provinciali, §. ſi in publico, num.11. & 12. ff. de novi oper. nunc.* idem Anna in *ſingul.136.* Fiunt immunes etiam parentes qui duodecim produxerunt filios, vel ii vivant, vel de medio ſint ſublati, ſuperſtite matre vel noverca: qua prærogativa communicant etiam liberi, vel privigni, qui una cum parentibus vivunt, *l. ſi quis decurio, Cod. de decurion. lib.10.* Gloſ. in *l. ſemper, §. demonſtratur, ff. de jure immunit.* Jo: Andr. in *cap. decet, de re judic. in 6.* Martin. Laudenſ. in *tract. de fiſco, quæſt.198.* Petr. Antibol. *de munerib. par.3. n.12.* Immunes ſunt & preſbyteri & clerici indiſtincte, *l.2. Cod. de epiſc. & cler.* eorumque parentes & fratres, (reliqui conſanguinei excluduntur) ſi una cum ipſis habitaverint;

C in pecunia contribuunt hoſpitiis, dum tamen cohabitatio non ex fraude fiat, puta ſi domus diviſionem non patiatur: alioqui, in Reg. Camera dubitatum eſt de iſtorum exemptione, cum clericus ad illorum domos it habitatum conſulto ut ipſos exemptos faciat. Eximuntur etiam mulieres viduæ tione honeſtatis, quæ magis exigitur in mulieribus, quam in viris; & ex inhoneſtate punitur ipſa tantum, not. Gloſ. in *l. palam, §. quæ adulterio, ff. de ritu nupt.* & præcipue in matribus fam. *l.1. §. & notandum, ff. de ventre inſpic.* Principi etiam eadem ratione ad tripudium vocatæ obedire non tenentur, niſi conſortem aſſociandi cauſa, cum jus honeſtatis ab omni ſuperioritate ſemper exceptum ſit, Bald. in *l. quod ex liberta, Cod. de oper. libert.* quem adhoc affert Martin. Laudenſ. *de princip. quæſt.169.* Eximuntur etiam

D pauperes majoribus carentes filiis, *l. omnes, Cod. de annon. & tribut. lib.10.* Jaſ. in *l. ſi non obtulit, ff. de re judic.* quod & paupertatis & honeſtatis ratione inductum cenſetur. Atqui divites mulieres quæ viris carent, tametſi à recipiendis domum militibus excuſentur, tamen à pecuniaria contributione non excuſantur; onus enim hoſpitii patrimoniale eſt, & patrimonii ratio in illis dividendis eſt habenda, *l.3. Cod. de muner. patrimon. lib.10. l.1. & ibi* Gloſ. *ff. de muner. & honor.* Sane ætas non excuſat etiam ſi quis ſit ſexagenarius & ultra eam ætatem: quod cum in abuſum vertiſſent Scribarum inſidiæ & importunitates, nuper in ſuam redactum eſt obſervationem. Eximuntur etiam perſonæ miſerabiles, & pauperes qui dietim vivunt ex laboribus manuum ſuarum, nec mercaturam exercent aut aliquid poſſi-

dent

Digitized by Google

dent, unde illis victus suppetat, atque ad omne lucrum inertes præterquam A
ad vitam substentandam: imo ne tantum quidem lucri faciunt, quantum
vitæ substentationi sit satis: hos novo vocabulo *Brachiales* appellant, pro-
pterea quod brachiorum labore vitam ab inopia defendunt, quos Regia Ca-
mera exemptos facit ex *tex.* in §. *item si propter*, *Instit. de excusat. tut.* Im-
munes sunt & mercatores sine uxore & familia & quando ad tempus resident;
sunt enim in republica necessarii in multis, Luc. de Pen. in *rubr. Cod. ne*
milit. negot. lib. 10. & inter illos connumerantur, sine quibus omnibus non
ædificabitur Civitas, *Ecclesiast.* 38. & ex Platonis sententia negotiatores ad
remp. regendam necessarios esse docet Cassan. in *Catal. par.* 11. *consider.* 45.
Quam ob causam mercatorum etiam ergasteria sunt exempta, quia merci- B
moniis sunt occupata, *l. qualibet*, & *l. penul. Cod. de metat. lib.* 12. qua etiam
ratione caupones exempti esse debent, quod semper sint hospitibus & pere-
grinis occupati, quos recipere coguntur *l.* 1. §. *fin.* & *ibi* Bart. *ff. nautæ*, *caup.*
stabul. & late Cassan. in *Catal. par.* 11. *consid.* 46. Excusantur etiam ad tem-
pus qui pias aliquas ex consueto exercent actiones, puta si religiosos aut pau-
peres & peregrinos in suam domum subinde recipiant, de quibus in *l. omnia*
privilegia, *Cod. de episc. & cler.* eo enim quod in hoc gravantur, debent in
alio relevari, ut differit Bud. in *l. solent*, *ff. de offic. proconf.* & Cassan. *ubi su-*
pra; suntque religiosi etiam milites, ut *supra* diximus; hujusmodi privile-
gium nuper nos ex officio indulsimus viro cuidam Fundano, qui religiosos
omnes Fundis iter facientes, præcipue vero ordinis Franciscani, domum C
suam pie recipiebat, & omnia quæ opus erant commode ministrabat. Sunt
tandem immunes Barones omnes; nec ipsi quidem solum & ipsorum fami-
lia, verum & vasalli quibus hoc munus communicant, ut longo hic sermone
enarravi, aliaque eadem de re in *tract. meo de Regal. Reg. Neap.* enarraturus,
ut *supra* dixi: Tandem quare Neapolis hac eadem immunitate utatur, qua
aut nullæ aliæ aut raræ Civitates potiuntur, ne in aliarum verteretur gra-
vamen, quod Princeps reficere cogeretur, ut jam diximus. Durum enim
& iniquum videretur ut pauci ob tot exemptiones sentirent totum onus,
ut perbelle aliis cum rationibus his similibus differit Petr. Antibol. in *tract.*
de muner. par. 3. *ver. hoc etiam*. Et tametsi jura, quæ aliqua: suadente ra-
tione, eam immunitatem compluribus concesserunt, ut jam retulimus,
nullam de metropoli mentionem faciant; multæ tamen æque efficaces pro- D
ponuntur rationes, quibus id illi competere coarguitur. Primo quia in
cameram imperii eam sibi recepit Constantinus ut *supra* diximus: & Impe-
ratorum privilegia servanda sunt, *c. dilecti filii*, *ad fi.* & *c. recepimus*, *de priv.*
& præcipue si motu proprio fuerint illa concessa, secundum Petr. Antibol. in
tract. de mun. pa. 3. *n.* 23. & 33. & sic eadem est Civitas, *vulg. l. proponebatur*, *ff. de*
judi. & quæ Frater ad hoc affert in *c.* 1. hujus libri, & quæ nos *ibi* notavimus:
& ex titulo præcedente possessio præsumitur, *l.* 2. *Cod. de acquir. poss. ff.* quem-
admodum ex præsenti in præteritum, *l. cum hi*, *Cod. de adult. cum concordet*
Et reliquiæ dignitatis semper retinentur, *l. si longius*, *in fin. ff. de jud.* & ho-
die *Domus Regia* dicitur, ut scribit meus Frater in *epith. civ.* Secundo, ex

Digitized by Google

A dignitate ſuprema, cum Regni caput ſit & aliarum maxima & metropolis, & ideo in generali proviſione non contineri jam ſupra monſtratum eſt. Tertio, quia mater eſt & ſedes omnium procerum, & Magiſtratuum ſupremorum, qui de corpore ejus ſunt, §. *plebs autem*, *Inſtitut. de jure nat. gent. civ.* Cagnol. in *l.2. ver. cumque conſules*, *col.fin. ff.de orig.jur.* & alii adducti per Fret. in *addit. quæſt. parlam. num.*10. omneſque ejus cives ſunt privilegiarii, ut *ſupra* innuimus. Quarto ex communi Italiæ conſuetudine, ubi celebres Civitates hoc fulciuntur honore, quam cum ſcire præſumatur Princeps ſecundum Bal. in *l.2. in fin. quæ ſit longa conſuet.* Jacobin. de S. Georg. *de feud. ver. Princeps*, *num.*45. Alex. *conſ.*24. *vol.*5. Caſſan. in *Catal. par.*5. *conſid.*24. *num.*174. Martin. Laudenſ. *de princip. quæſt.*27. ubi
B allegat, quod Italici præſumuntur merum imperium præſcripſiſſe ex ſcientia Imperatoris; illis conformis eſſe ſolet, ut inde reſcriptum contra eos non teneat; ut habes ex Goffr. in *ſumma*, *de reſcript. num.*18. ubi allegat *text.* in *cap.ult. de conſuet.* Quinto, cum ibi ordinaria reſideat militia, quod ipſi non leve eſt onus, non debet alio gravari onere, ut *ſupra* probavimus. Sexto, quia tota civitas præſidium eſt, ſi veram fatemur illam ſententiam, quod quinque ſedilia civitatis conſtituta ſunt ad militarem defenſionem tamquam caſtra, quæ quidem cum ſuis regionibus & quarteriis totam comprehendunt civitatem, *l.1. Cod. de irenarch. l.2. ff.de offic. præf. vigil.* omnia enim paria ſunt authoritate, origine, & nobilitate, & nobiles milites eſſe docuimus, & hoc nomine antiquæ ſedilitiæ familiæ appellatæ reC periuntur, & mei etiam majores in D.Laur. annis ab hinc plus trecentis illati militari titulo & habitu videntur, quod & compiara comprobant documenta. Et quodlibet ſedile ſuum creat Ducem belli, qui vulgari nomine *Capitaneus ad guerram*, dicitur, ex Luc. de Pen. in *l.item collatores*, 2.*col. Cod. de re milit.* Caſſan. in *Catal. par.*6. *conſid.*14. Pyrrh. in *tit. de Magiſtrat. Rom.* quos adducit Fretia avunculus meus, *de offic. Mag. Comeſtab. num.*15. qui quidem in unoquoque eorum tenimento, & quarterio eandem retinent dignitatem, quam cæteri *Capitanei ad guerram* in regiis Regni præſidiis adverſus quoslibet habitantes in illis: qui diu noctuque, cum neceſſitas ſuadet, militari more armati cum excubiis & aliis, in poſtis uniuſcujuſque ſedilis diſtincti, præſunt: habentque non modicam juriſdiD ctionem in rebus annonæ, & de levibus delictis in eoſdem ſedilitios nobiles animadvertendi juxta civitatis capitula, cum tot aliis prærogativis, ut cuncti ſciunt: ex quibus quidem familiis nonnullæ ad illuſtrem devenerunt dignitatem, ut ſatis liquet: nobiles autem à muneribus facilius excuſantur, *l.nulli*, *Cod. ad leg.Jul.majeſt. l.proximus*, *Cod. de proxc. ſacr. ſcrin. l.his honoribus*, §.*angariarum*, *ff. de vacat. mun.* & multa ſuper his affert Petr. Antibol. *de muner. par.*3. *num.*80. Et hæ quidem rationes potuerunt movere Regum mentem ad immunitatem concedendam, cum ut *ſupra* diximus ampliſſimis muniatur privilegiis, & ex cauſa onerosa tam notoria; qua eadem ratione nonnullis Regni civitatibus hoc idem eſt communicatum privilegium. Et Principes in ſuis terris omnem immunitatem

con-

Digitized by Google

concedere possunt, ad quod ultra allegata, facit *text.* in *cap. fin. de offic.* A
Archid. & *cap. auditis, extra de in integr. restit.* Est igitur, non in forma
Camerae reservatae, penitus exclusa ab omni contributionis genere & tran-
situ, excepto Regis adventu, in quo ad ea tantum tenetur, de quibus *su-*
pra late dixi; & facit *text.* in *l. placet*, & *l. jubemus nullam*, & *l. jubemus*
neminem, *Cod. de sacros. eccl.* Et haec quidem observare curavimus circa
praxim, quam Reg. Camera Summ. hucusque sectatur, ad quam solam
hujusmodi spectat cognitio, tanquam quae tributorum exactionem tangit.
At vero quicunque aliorum munerum excusationem meruerint ex juris cor-
pore, vel causa sit aetatis, vel morbi, vel dignitatis, vel officii, vel mili-
tiae, vel impotentiae, vel alius cujusque rei, habes omnes late ex Petro
Antib. in *tract. de excusat. per tot.* & praecipue in *par.* 3.

Privil. 47. *Et si castrum de quo habent titulum alienari contingerit,*
non amittunt titulum.

Idem si dominia bellico more & per vim amittant, ut ex Gass. pro-
bavimus in *prima harum adnotationum*.

Privil. 48. *In Gallia primigenii dicuntur Delphini, Conrad.*
in Templo omn. jud. &c.

Idem in *tit. qualiter primogen. in Regno succedat, quaest.* 1. & *de* C
Principe late lib. 1. *cap.* 3. *tit. de Principe*; & Pancirol. in *Notit. imper.*
orient. cap. 9.

Privil. 49. *ibid. De coronarum autem varietate agunt, &c.*

De *corona* Ducum aliorumque titulariorum vide Lancell. in *Templo*
omn. jud. cap. 4. *de Duce*, & de aliis ad plenum Alciat. *de singul. cert. cap.* 32.
& de *birro* seu *bireto*, quod est tegmen capitis, *can. si quis virorum*, 32.
dist. idem Alciat. in *pareg. lib.* 6. *cap.* 25. & *lib.* 8. *cap.* 10.

Ibid. Qui autem titulum emerint Titularies non esse. D

Feudum pecunia emptum an vere sit feudum, habes ex Jas. in *praelud.*
feud. col. 4. & ante eum Bald. in *l. liberti*, *Cod. de oper. libert. col. fin.* & in
l. qui se patris, col. 15. *Cod. unde lib.* Andr. Sicul. in *rubr. de feud.* Odofred.
in *sum. in tit. utrum possit per pecun. feud. acquiri*. Sed & de feudorum
Regalium & titulariorum praerogativis, habes per Fret. in *tit. de differ.*
int. feud. regal. titul. & *alia*, & per Afflict. in *decis.* 265.

Digitized by Google

A *Ibid. Non autem possunt Titularii convenire ad tractandum.*

Minad. in *constit. Reg. In aliquibus, num. 55.* Idque & Regia, quæ urbis & Regni auditoriis, licet supremis, inhibitum est ex Regiis instructionibus extra tribunalia: & in illis quidem, horis statutis tantum; & ne de negotiis & causis actis vel agendis sermonem habeant, jussi etiam prohibentur.

Sunt etiam illustres, &c.

B Hodie vero ex novella *pragmatica* ad coercendos ambitiosos titulorum astus nuper promulgata ab Illustris. Comite Olivario, titulo *illustri* nemini scribendum, est constitutum: oretenus autem posse dici titularis, sicui libuerit, permissum. Quod tamen postea est declaratum eam in locum non habere, qui supremi sunt ministri, atque à Rege immediate dependent. Et nimirum novum non est ut titulis dispertiendis modus præscribatur; scimus enim trium auri librarum multam iis impositam, qui suo titulo, vel in scribendo, vel in loquendo aliquem non appellarunt, *l. 12. Cod. de offic. divers. jud. l. potioris, Cod. de offic. rect. prov. l. 2. Cod. de prom. sacr. scrin.* Guid. Pancir. in *Notit. Imper. orient. cap. 2. in fin.*

SUMMARIUM

CAP. XXIV.

1 *Annona quid.*
2 *Neapoli à Rugerio Regni titulus tributus.*
3 *Vinorum diversa genera in Campania producuntur.*
4 *Campani agri fertilitas.*
5 *Frumenti penuria seditiones in Populo concitat, & exempla adducuntur.*
6 *Trib. plebis mitis esse debet. Panis ex herba à Jul. Cæs. confectus; & ejus herbæ nomen,* eod.
7 *Fames memorabilis Romæ. Frumentum quo tempore carius Neapoli antiquis constiterit,* eod.
8 *Præfecti annonæ egestatis tempore creandi. Egestas ex negligentia potissimum oritur, & est causa peccandi,* eod.
1 *Negligentia mater egestatis,* eod.
9 *Electorum Neapolis facultas, & numerus.*
10 *Tracta quando possint permitti.*
11 *Advenæ in Regnum venientes, debent in finibus arma deponere. Frumentum advertendi ne transferatur ad hostes, item & res alia usus necessaria,* eod.
12 *Præfecti annonæ tres in Regno constituti, qui Capitanei Grassæ, id est abundantiæ, dicuntur, & eorum munus.*
13 *Præfectus annonæ, qui Grasserius major dicitur, Tribunali Electorum præest.*
14 *Delegati, quos Commissarios vocant, ad frumentum comparandum non sunt mittendi.*
15 *Frumenti ad hubertatem comparandi*

Digitized by Google

randi, modus commodus.
16 Oppida sunt à Metropoli cogenda ad comparandum sibi victum annuum.
17 Agriculturæ ut vacetur jubendum à Principe.
Agrorum tria genera, eod.
18 Censores apud Romanos ut agri colerentur præcipue vacabant.
Corpulenti homines equo vehi Romani non poterant, eod.
19 Principis integritatis & justitiæ optimum exemplum.
20 Boves aratorios exequi non possunt ob agriculturæ privilegium.
21 Boves occidere non minus capitale erat apud antiquos quam homines
22 Boves aratro jungere quis invenerit.
Agricolarum privilegia, eod.
23 Vendere rem suam quando quis cogi possit.
24 Mercatores in Republica necessarii.
25 Frumentatores sive Sitones, qui.
26 Rex tenetur ministrare frumentum populis in necessitate.
27 Frumentarii qui dicantur.
28 Frumenti convehendi ratio attendenda.

GRATANTER IMPLEMUS QUÆ ILLE CONSTITUIT: quicquid Præf. præt. decernit, Princeps ratum habet. Idque in for. Vic. his exprimitur verbis: Nos enim & super prædictis omnibus, & singulis ex eis dependentibus & emergentibus, incidentibus & annexis ac eis quovis modo connexis, totum & pleniſſimum poſſe noſtrum eid. Duci per præſentes concedimus & plenarie elargimur cum libera & generali adminiſtratione: quibuſcunque in contrarium facientibus, non obſtantibus, etiam ſi talia forent, de quibus expreſſam mentionem fieri oporteret.

SERVIENTIBUS NOBIS, PROCURAT ANNONAS: ideſt curam habet rerum victui neceſſariarum & ſtipendiorum omnium, quicunque ſerviunt Principi tam ad bellum quam extra. *Annona* eſt proprie fertilitas vel ſterilitas anni, à quo nomen ipſum deducitur, & vulgo *Annata* dicitur: transfertur autem & ad victum, ideſt ad res victuales, vel annales vel diurnales. Unde *annona* dicitur quicquid alicui datur, vel ipſe ſibi comparat victus cauſa: quod ſi ad diurnalem victum erogatur, dicitur vulgo *Ratio*; ſin ad annalem, *Munitio* & *Proviſio*, ut eſt in *Cod. tit. de anno. civil. lib.* 10. & *ibi* Luc. de Pen. Et quæ veniant appellatione *annonæ*, dicit idem in *l. jubemus*, *Cod. de erogat. mili. ann. lib.* 12. Fulg. in *conſ.* 160. Minad. *deciſ.* 23. Ann. *ſingu.* 228. Præfecto igitur præt. curæ erat procurandi *annonam* perinde ac hodie Viceregi; qua de re, ideſt quomodo *annona* recte curari poſſet, ut publica ubertas in dies creſceret, *commentarium* aliquando ſcripſi, quod huc inſerere opportunum putavi.

Provinciæ igitur, quæ ante adventum Domini *Regiones* dicebantur, *cap.* 2. 99. *diſtin.* aut vi armorum, aut alio quovis modo à Romanis ſubigebantur, Alciat. in *l. notionem*, *ff. de verb. ſignif.* Carol. Sigon. *de antiq. jure prov. lib.* 1. *cap.* 1. Provincias autem hujus Regni, legitur in antiquis

Digitized by Google

tiquis historiis, alio modo administratas fuisse, ut tradit idem Sigon. *de Regno Ital. lib.* 3. Quibus à Rugerio
2 - carum Domino anno 1130. *Regni* nomen inditum fuit, regiusque titulus ab Anacleto 2. Pontifice tributus, ac ab Innocentio II. confirmatus, demum à Coelestino II. vel, ut alii, à Lucio II. stabilitus. Quod quidem Regnum Federicus II. Rom. Imperator ejusdemque Regni Rex, ejus amœnitate & fertilitate oblectatus, in *Constit. Occupatis*, ELECTUM VIRIDARIUM appellat his verbis: *Regnũ Siciliæ præ cæteris velut electum quoddam viridarium inter agros*, &c. Id in duodecim dispertitur Provincias juxta *capitum censionem*, sive *focorum numerationem* ut vocant, quæ his nominibus vulgo appellantur:
„ Terra laboris, Comitatus Molisii,
„ Principatus citra, Calabria citra, Ca-
„ labria ultra, Principatus ultra, Apru-
„ tium citra, Basilicata, Terra Barii,
„ Terra Hydrunti, Aprutium ultra, &
„ Capitinata: sua vero, ideſt antiqua nomina retulimus *supra cap.* 17. alio tamen modo dividuntur quo ad Gubernatores ac Auditores, qui ad eas regendas pro Rege mittuntur; eos enim qui ei muneri apti videntur, Vicerex nominandi tantum potestatem habet, Rex autem ex nominatis eligit, Iique *Præsidibus Provinciarum* assimilari possunt; in Regno autem, *Justitiarii regionum* nuncupantur, ut habetur in *Const. justitiarii per provincias*; *Justitiarios regionum*, 1. & 2. *Capitaneorum autem*; *Pacis cultum*; *Magistros Camerarios*; *Præsenti lege*, *Apud Justitiarios*, *Contingit interdum*; & *Minoribus*. Erat etiam & in Terra Laboris tempore Caroli primi, quod ex *Capitulo Regni*, *Justitiario Terræ Laboris*, patet, multique alii in Capitulis dicti Caroli ejusque successorum, leguntur. Multæ enim ex prænominatis Provinciis cum dicto regiminis titulo fuere, ut habetur in *Regiis Pragmaticis* in *tit. Offic. ad Reg. Majest. ejusque Vicer. collat. spectant.* Illa tamen à Regia Majestate maxima cum ratione iterum divisa fuit; non solum enim jure civili, verum & Canonico constitutum fuit unam Provinciam, Civitatem, Ecclesiam, in duas dividi posse, & vice versa duas in unam uniri, *l.* 3. *ff. de off. assess.* l. 1. *Cod. de metrop. hon. lib.* 11, §. *Illud*. *Auth. ut judic. sine quoquo suffr. num. præcipimus*, & *nov.* & *tempori*, §. 1. Glos. in 12. §. *præterea*, *de off. præf. prat. Afr.* Franc. Duaren. *de sacr. eccl. min. ac benef.* lib. cap. 6. Præfecto omnes Historici Cosmographique in fertilitate & abundantia hujus Regni plusquam de reliquo terrarum orbe conveniunt, non solum frumenti & vini, verum & cæterius cujusvis rei; & omnes fere ejus Provinciæ suum obtinuere Homerum, ideſt particularem laudatorem. Calabria exacte descripta fuit à Gabriele Barijo; quod tamen opus Cardinalis Sirleti, & fratris esse censeo. Hydruntum ab Antonio Galatheo; Campania fœlix sive Terra laboris ab Antonio Sanfelicio, & sic cæteræ: hanc enim præterire nolui, cum in ea sita sit Neapolis caput Regni: quod statutum & declaratum fuit in *regiis pragmaticis*, *Pateat*, *de immunit. Neapolit.* &, *Officium notariatus*, *in rubr. de not. matricul. Veteres illi sapientes*, §. *igitur*, *de off. S. C.* constitutum à Sereniff. Regib. Aragon. Hanc eandem, & nos aliquando

Digitized by Google

quando descripsimus: unde quæ ad rem præsentem faciunt, huc transferemus. Ea diversorum vini generum est feracissima: de quibus, ac item & de Capuanis vinis mentio habetur in *l. ubi autem, ff. de verb. oblig. l. videamus*, §. 1. *ff. locati, Inst. de action.* §. *præterea*: & de Surrentino, *l. fi. de vino trit. & ol. leg.* quod inter vina generosa ac nobilia connumerat Plin. *nat. hist. lib.* 14. *cap.* 6. licet in Numeratione anni 1547. in Provinciam Principatus citra, Surrentum fuerit relatum, quod postea optimo jure emendatum fuit. Campania fœlix sicut nova vinorum genera, ita & nova nomina vinis imponere professa est. Est Trebulanum sive Trebellicum, de quo Athen. *lib.* 1. ubi de vinorum diversitate copiose. Est & generosissimum Turris Annuntiatæ, antiquis dictæ *Pompejanum*, Plin. *loc. cit.* Est amineum, de quo in *l. fi. ff. de vino trit. & ol. leg* dictum *Amineum* græca voce, ideſt, optimum, secundum Alc. in *lib. disp.* Non autem potest esse, quod nos *Græcum* appellamus, ut ex Plin. *nat. hist. lib.* 14. *cap.* 14. colligitur. Raph. Volater. *lib. Geograph.* 6. vinum Surrentinum nigrum esse ait; ubi de Picentinis loquitur: & sic in Provinciam Principatus citra referri deberet. At hoc, Servii auctoritati repugnat, qui illud Verg. 2. *Georgic.*

Sunt & aminææ vites firmissima vina.

Vinum amineum, album esse interpretatur, quasi sit sine minio, ideſt sine rubro colore. Vinum etiam Divi Severini in eadem Provincia esse ajunt, quæ aut sunt vina Vesuvii, quæ vulgo *lacrima Summæ* dicantur, cum plures sint Aminei species, secundum Plin. *d. lib.* 14. *cap.* 2. & 4. pro qua opinione est Cato *de re rust. lib.* 3. *cap.* 2. & 9. aut vina Antoniana, ideſt, quæ in *Antoniana* (sic enim à politioribus dicitur quæ vulgo *Antiniana* vocatur) apud viciniam Arcis divi Elmi nascuntur, ut sentiisse videtur Galen. *de cib. boni & mali succi*: & *de sanit. tu. cap.* 3. *quod*, inquit, *nascitur in Amineo colle Neapoli imminente*, Cel. Rod. *lect. ant. lib.* 15. *cap.* 16. utcunque tamen sit, excellentissimum esse, ex præfata Virgilii sententia patet. Est & maxima ubertas *lacrimæ*, quam *supra* memoravimus, & *Græci*, in Vesuvio monte: quæ transfretata in dies prefectiora redduntur, quod experientia comprobatur. Unde Martial. *epigr.* 43. *lib.* 4. hunc montem magis omnibus à Baccho adamatum ait, ac *Herculeum* nuncupari, Veneriſque sedem appellari, dum de Vesuvio loquens ait:

Hic est pampineis viridis modo
Vesulus umbris;
Presserat hic madidos nobilis uva lacus.
Hæc juga, quam Nisæ colles, plus Bacchus amavit;
Hoc nuper Satyri monte dedere choros.
Hæc Veneris sedes, Lacedæmone gratior illi;
Hic locus Herculeo nomine clarus erat.
Cuncta jacent flammis, & tristi mersa favilla;
Nec superi vellent hoc licuisse sibi.

Sunt tandem, ut omnia minute non prosequamur, vina Massica & Falerna, omnium celeberrima quæ sintne eadem cum supradictis, vel di-

Digitized by Google

4 diversa, satis non moror. Frumenti copia adeo magna inde provenit, ut experti rei rusticæ cultores, nostros campos, ob eorum fertilitatem & amplitudinem, Apuliæ campis exæquari non sint veriti. L. Florus eques Rom. antiquissimus auctor, nil uberius hoc solo esse dixit; & Polybius Græcus scriptor, eo longe antiquior, utputa qui sub Scipione Africano floruit: *Est enim*, ait, *Campanus ager copia rerum & fertilitate regionis, ac amœnitate & pulchritudine loci excellentissimus, nam in littore maris positus est: & eo, ex universo terrarum orbe venientes in Italiam, innumeræ gentes confluunt*; & Plin. *natur. histor. lib.* 3. *cap.* 5. hæc de Campania protulit verba: „ Qualiter Campaniæ ora per se „ fœlixque illa ac beata amœnitas? ut „ palam sit, uno in loco gaudentis opus „ esse Naturæ; jam vero tota ea vitalis ac perennis salubritas cœli temperies est, tam fertiles campi, tam „ aprici colles, tam innoxii saltus, „ tam opaca nemora, tam munifica „ sylvarum genera, tot montium afflatus, tanta frugum & vitium olearumque fertilitas, tam nobilia pecori vellera, tot optima tauris colla, „ tot lacus, tanta amnium fontiumque ubertas, totam eam perfundens, „ tot maria, portus gremiumque terrarum commercio patens undique, „ & tamquam ad juvandos ipsos mortales, ipsa avide in maria procurrens; „ neque ingenia rituſque ac viros, & „ lingua manuque superatas commemoro gentes: ipsi de ea judicavere „ Græci, genus in suam gloriam effusissimum, quotam partem ex ea, appellando Græciam magnam. Hucusque Plinius. Quæ verba cum aliquando solemniter cum Illustri. Principe Petræ Persiæ Prorege, ut Civitatis Syndicus coequitasset, oportuna occasione recitavi, & ejus Principis aures oblectarent, si non semel aut iterum, sed tertio & quarto reiteranda postulassit. De ista eadem fertilitate Cic. *de lege agraria contra Rullum*: „ Campani, *ait*, semper superbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine: „ ex hac copia atque omnium rerum „ affluentia primum illa nata sunt; arrogantia quæ à majoribus nostris alterum Capua Consulem postulavit; „ deinde ea luxuries quæ ipsum Annibalem armis etiamtum invictum, „ voluptate vicit. *Et superius*: Itaque „ hoc perscriptum in monumentis veteribus reperietis, ut esset urbs, quæres eas, quibus ager campanus colerestur, suppeditare posset; ut esset locus comparandis colendisque fructibus; ut aratores cultu agrorum defessi, urbis domiciliis uterentur: idcirco illa ædificia non esse deleta: videte quantum intervallum sit interjectum inter majorum nostrorum consilia, & inter istorum hominum dementiam: illi Capuam receptaculum „ aratorum, nundinas rusticorum, „ cellam atque horreum Campani agri, „ esse voluerunt; hi expulsis aratoribus, effusis ac dissipatis fructibus „ vestris, eandem Capuam, sedem novæ Reipubl. constituunt, molem „ contra veterem Remp. comparant. „ *Et superius*: Totus enim ager Campanus colitur, & possidetur à plebe „ optima & modestissima: quod genus „ hominum optime moratum, optimorum, & aratorum & militum, „ ab hoc plebeculæ Tribuno funditus „ eji-

Digitized by Google

„ ejicitur: atque illi miseri nati in il-
„ lis agris & educati, glebis subigen-
„ dis exercitati, quo se subito confe-
„ rant, non habebunt: his robustis,
„ valentibus & audacibus decemvi-
„ rum satellitibus, agri Campani pos-
„ sessio tota tradetur, & vos nunc de
„ vestris majoribus prædicatis, &c.
Tandem aptissimi situs magnitudo perspicitur ex eo, quod in his territoriis ex campestribus Capuæ, Atellæ, Gaudli, Cumarum, Mariani, aliorumque vicinorum, qui uno communi nomine *Campi laborini* nuncupantur, quod ob eorum fertilitatem *laboribus* agricolarum obsecundant, quanto universa Campania est reliqua Italia fertilior, tanto hi campi sunt reliqua Campania fœcundiores; Strabo *de situ orb. lib.*5. Plin. *natural. histor. lib.*17. *cap.*4. Comment. in 2. *Virg. Georgic.* Ant. Sanfelicius in sua *Campania*. Et hæc quidem, *naturales divitias* appellat Aristot. ut sunt campi, vineæ, oliveta, pascua, silvæ cedruæ, nemora, vivaria diversorum animalium & avium, idcirco boni regimini necessaria: & propterea Salomonem illa sectatum fuisse refert Cagnol. *de vita, & regim. boni Princ. num.*66. Non tamen mirum videri debet, si aliquando & hi Campi sterilescunt, & annonæ penuria contingit; omnia enim nutu divino proveniunt: qua de re præter ea, quæ in veteri testamento habentur, legi potest *l. pretia rerum*, §.1. *ff. ad leg. Falcid. l. licet*, 5 & *l. excepto*, *Cod. locati*; ob quam causam, scilicet frumenti caritatem, nonnullæ seditiones evenisse leguntur. Antoninus Pius Imp. auctore Sex. Aur. Vict. ob solam inopiæ frumentariæ suspitionem, lapidibus à plebe Rom. impetitus fuit: *Qui usque eo fuit mitis* (verbis ipsius Vict. utor) *ut maluerit ratione exposita placare, quam ulcisci, seditionem.* Et Tiberium Gracchum Tr. Pl. quod permittere nolebat, ut optimates plus quinquaginta terræ jugerum haberent, in pauperum perniciem ob censum quem pendebant, mactaverunt, & per mediam urbem tractum, ex Capitolio in Tyberim projecerunt. Cujus opinionem cum C. Gracchus frater, Tribunus Pl. & ipse, sustinere vellet, plebis odium in se concitavit, & tumultuarie interfectus fuit, *l. in his, ff. soluto matr.* Plin. *lib.*14. *cap.*4. quem non allegat Glosa Paris. *tit.*1 *de mat. feud. n.*17. Carol. Sigon. *de antiq. jur. civ. Rom. lib.*1. *cap.*16. & *lib.*2. *cap.*2. Et Flacci turbulenti civis, quod caro grano seditionem molitus erat, domus publicata fuit ac in Catuli Porticum conversa. Scribunt etiam, Tribunos plebis inhumane ac acriter lequi 6 non decere: quando eam ob causam Valer. Soranum pl. tribunum in cruce levatum fuisse tradunt Solin. *c.*2. Plin. *lib.*3. *cap.*5. Jo: Camers in *dictum locum Solini*, auctoritate usus Servii Honorati *in fine* 2. *lib. Georg. Virgilii*: quæ *Crucis* pœna, eadem ne an diversa fuerit à *Furca* hodierna, differit Covarru. *var. resolut. lib.*4. *cap.*5. Frumenti vero penuriam ea animi magnitudine à Cæsare ejusque exercitu toleratam fuisse scribit Svet. in ejus *vita cap.*68. *ut Pompejus viso genere panis ex herba, quo sustinebatur* (Svetonii verba pronuntio) *cum feris sibi rem esse dixerit.* De ea herba, item & de fame ab exercitu superata, ipsemet Cæsar *de bel. civil. lib.*3. in hæc verba scri-

 plit:

Digitized by Google

„ pſit: Non illis hordeum cum daretur, „ non legumina recuſabant: pecus ve- „ ro, cujus rei ſumma erat ex Epyro „ copia, magno in honore habebant; „ eſt enim genus radicis inventum ab „ eis qui fuerant cum Valerio, quod „ appellatur *Chara*, quod admixtum „ lacte multum inopiam levat: id ſi- „ militudinem panis efficiebat: ejus „ erat magna copia: ex hoc confectos „ panes, cum in colloquiis, Pompe- „ jani famen noſtris objecbarent, vul- „ go in eos jaciebant, ut ſpem eorum „ minuerent. Ex hac herba panem con-
ficiundum Dn. Marchioni de Mondejar Neap. Proregi, ab aliquibus ſuggeſtum fuiſſe, plebs ſaſpicata fuit. Livius *lib.* 4. Feneſtell. *de Magiſtrat. cap.* 15. Zaſ. in *l.* 2. §. *præfect. annonæ*,
7 ff. *de orig. jur.* tantam inopiam aliquando fuiſſe ſcribunt, ut Romani, cum eam ſuſtinere nequirent, ne extenuati in horas mortem obirent, ſeſe præmiſſo capite in Tyberim projicerent. Fuerunt & aliæ paſſim annonæ defectiones, & inde ortæ ſeditiones. Procop. *de bell. Juſtin.* Jo: Villanus qui *Neapolis chronica* vernacula lingua conſcripſit, *lib.* 3. *cap.* 11. aſſerit anno 1338. tritici modium aureis duobus quatuorque tarenis valuiſſe: quod pretium eo tempeſtate maxime exceſſivum erat: tempore etiam quo Dn. Dux. Alcalanorum Neapoli præfuit, ſatis caro conſtitit: ut interim miſſa faciamus quæ noſtris diebus eandem ob cauſam eveniſſe vidimus: quando ob id, ideſt ob annonam male curatam, Tribunus plebis frequentioribus civibus exoſus factus, à viliori plebecula per univerſam Urbem ignominiose tractus &
8 dilaceratus fuit. Id cauſæ fuit ut antiquorum Reſpublicæ, Imp. & Reges, publicæ annonæ procurandæ, ægritatis potiſſimum tempore nonnullos præfecerint, qui quod fieri poſſet, penuriæ moleſtiæ occurrerent: Honor. Imper. in Ax. *Cod. de frum. urb. Conſtantinop. lib.* 11. ait, quod ubi confunditur adminiſtrationis ordo, annonæ caritas augetur; & contra, quando recto procenditur ordine, augeſcit copia. Caſſiod. *Variar. lib.* 1. *epiſt.* 35. *Ne inopia*, inquit, *majorem à ſterilitate ſumpſiſſe videatur, quam à negligentia mentis, quæ eſſe dicatur*, ex qua peccata oriuntur; penuria enim eſt cauſa peccandi: Idem *lib.* 9. *cap.* 14. Porro Præfectus annonæ, cum res exigit, eſt creandus ab Epiſcopo & primariis Civitatis, non eorum quidem arbitratu, ſed ex iis tantum perſonis, quæ in publicis negotiis diu ſint verſatæ, quo munus illud facilius expediant, *l.* 3. *quæ grave eſt*, *Cod. ut nemi. lic. lib.* 10. Cum autem hæc noſtra Civitas eſſet Reſpublica, tempore Octaviani Imperatoris & domina Inſularum Inarimes & Caprearum, ut Sveton. ait in ejus *vita cap.* 90. & Strabo *de ſit. orb. lib.* 5. *in fi.* & nos alibi ſcripſimus, legitur in ſcripturis Monialium Divi Sebaſtiani, ejus Ducem nomine N. Janarum Sedilis Montaneæ equitem, duos expediviſſe Conſules ad diverſa loca ut annonæ ſubveniret. Idcirco inſtituti ſunt Electi hujus Civitatis, (quoſ ſint ne Ædiles, aut Ædiles Cereales, aut Decuriones, ſuo loco ſcripſimus,) item & Præfectus annonæ, quem nos *Graſſerium majorem* appellamus: quibus facta eſt facultas diligentiſſime curandi omnium rerum copiam, præcipue tamen panis. Ladislaus 9
Rex hanc poteſtatem fecit Electis, ut in *capitulis hujus Civitatis legitur*,

fol.

Digitized by Google

fol.2. Ladislaus Dei gratia Rex, &c. vobis sex Civitatis Neapol. præsentibus, & futuris, fidelibus nostris dilectis: quæ quidem potestas fuit etiam per omnes Reges posteriores ac etiam à Rege Domino nostro confirmata: eo vero tempore plebis Tribunum, vel *Electum Populi*, ut vocant, non extitisse volunt, cum solum Nobiles Reipublicæ curam haberent. Erant autem sex Electi licet essent Sedilia quinque, quia hæc etiam sex fuerunt, ut alias diximus; & Sedile Furcillæ cum Sedili Montaneæ unitum, suum etiam Electum creabat: quam prærogativam Sedile ipsum Montaneæ adhuc sibi retinet, ut duos scilicet Electos eligat: hodie vero cum etiam Populus sibi Electum constituat, septem sunt Neap. Electi. Eam tamen potestatem Ladislaus certis terminis præscripsit: nominatim enim cavit ne fruges extra urbem traherentur, ut antea fiebat; tanti ponderis erat civibus opulentiam procurare: cui rei postea regula adhibita fuit, ut etiam ex juris dispositione evectiones tempore incongruo fieri prohibeantur, sicut aliarum etiam rerum publici status regendi gratia, extractio est prohibita. Et proinde Ladislaus injunxit Electis ut indagatores haberent, qui furtivas evectiones explorarent; ejus hæc sunt verba: *Committentes, & mandantes vobis, quod satis sollicite pariter, & intenti, per exploratores & alios, quod à Neapoli per mare, vel per terram frumentum, vel legumina, vina & alia spectantia ad dictam grassiam nullatenus extrahantur*. Et Carolus hujus Regni Rex eo nomine primus, *in 1. & 2. Regni Capitulis*, evectiones absque Principis indulgentia fieri vetuit: imo & navigia in singulis portubus qua transire contingerint, diligenter à *Portulanis*, quos vocant, id est portuum custodibus & Limenarchis, examinari adhibitis publico Tabellione & quatuor fide dignis viris præcepit: pœnamque statuit portitoribus si eorum merces summam excedere invenirentur, cujus extrahendæ potestas illis facta erat. Et Rex Dominus noster in formula Viceregis, cujus occasione hucusque digressi sumus, hanc rem etiam curandam jubet his verbis: *Necnon prohibitiones ne victualia seu pecuniæ seu aliæ quæcunque res, à prædicto Siciliæ citra Farum Regno, extrahantur, facere, & super illis dispensare*: quæ omnia ex juris dispositione constant, *l. cotem, ff. de publican. & vectigal.* Boer. *decis.178. num.19.* & ut non deficeret in Regno, *l. præses, Cod. de servit. & aqua.* Afflict. *dec.290. num.9.* & licentia eo modo datur, ne scilicet deficiat, Ripa in *tit. de pact. responsi.15. num.8. ne forte non sufficiat nobis & vobis*, *Matth. cap.23.* Isern. in *prob. constit.* Luc. de Penna in *l. nominationum, Cod. de decur. lib.10.* Solet autem extrahi frumentum, ut legitur in *pragm. in tit. de offic. ad Reg. Majest. ejusque Vicereg. coll. spectantib.* his verbis: *Deputados por la regia Corte para la extraction de los granos y otras vittuallas que se extraben de las marinas, y cargadores del Reyno, &c.* à quibus Universitates non debent exigere, quod ipsis non competit, *pragmat. Et si hactenus, fol.412.* qua de re, insuper & de frumenti pretio, agit Minad. *fol. 36.* idcirco emanarunt provisiones ab Illustriss. Granvela, ut evectio-

Digitized by Google

nes sive Tractæ concedi possent: non tamen potest extra Regnum vehi, & eo minus apud hostes sive barbaros, *l.2.C.de commerc. & mercator.* quod fuit etiam provisum ex pragmatica Magni Capitanei, & declaratione Cæsareæ Majestatis Caroli V. quandoquidem ex ejusmodi extractionibus oritur penuria, in *pragmat. rubr. Extractiones animal. auri, & aliarum prohib. pragm.2.3.4.5.* etiam si esset moneta Hispana; edictum Illustris. Principis Petræ Persiæ anno 1582. & aliud per Illustris. Ducem Offun. 1584. quo pœna mortis naturalis indicitur. Nec etiam cupressi aptæ ad fabricanda navigia, *l.2. C.de cupress. lib.11.* Boer. in *dec.177.* nec arma, *l.2. Cod.qua res asport. non deb.* quemadmodum cum advenæ in
11. Regnum adveniunt, debent ipsa deponere, *Constit. Regni, Homines extra Regnum, Rubr. de intrantib. Regnum, ut arma in Regno deponant*; & tanto magis si transmitterentur ad infideles, in *lib. pragmat. tit. de armis, pragmat.2. & in præfato titulo, extract. animal. pragm.2.* nec lapis dictus *Cotis*, quo ferrum acuitur, *l.cotem, ff. de public. & vectigalib.* Boer. *decis.178.* nec equi militares extra provinciam, *l.officium, §.1. ff.de re mili.* nec à Regno, Luc. de Pen. in *l.1. Cod.de litorib. & itiner. custod. lib.12.* Isern. in *tit. quæ sint regal.* & Boer. *d.dec.178. d.prag.2. de extract.animal.* Largius tamen & providentius cautū fuit anno 1589. per Illustris. Dom. Jo: Zunicam Principem Petræ Persiæ in *lib. pragmat. pragmat.1. fol.483.* Nec potest emi frumentum publice in littoribus, ne transferatur ad hostes; nec frumentum exercitibus destinatum, *l.1. & penult. Cod.qua res vendi non poss.* nec vinum, nec oleum, nec quod alius liquor, aut legumen, *l.1. Cod. qua res asport. non deb.* Prohibetur etiam extractio sulfuris, salis nitri & pulveris, anno 1583. edicto Illustris. Ducis Offun. in *lib.pragmat.23. fol.23.* Item & vestium cujusvis speciei, ad vitanda fucta & fraudes, anno 1586. per eundem Dn. Decum in *nov. pragmaticis, pragmat.51.* Nec linum, quod in Regno fit, extra Regnum trahi potest, & quod in districtu civitatis factum est, extrahi non permittitur ex edicto Illustris. Ducis Alcal. in *pragmat. nov. pragmat.3.* nec pecudes sive animalia, *pragmat.1. de extract. animal.* Id
12. circo ne quid ex prædictis rebus extrahatur, constituti sunt Præfecti, qui vulgo *Capitanei Grassæ* nuncupantur, in Campania, Comitatu Molisii, Aprutio citra & ultra: officium sane antiquissimum, Cum quibus, juxta suas instructiones & privilegia, est habenda particularis ratio: quinimo hæc Civitas Siculo frumento uti est solita cum solutione *Tractæ*, juxta antiquum usum ex gratia Cæsareæ Majestatis Caroli V. præfinite concessa, ut legitur in *capitulis ipsius, fol.173.* eo enim est ferax Sicilia, ut inde in Galliam usque conducantur, Cassiod. *variar. lib.4. cap.3.* & à quavis alia parte evectiones fieri possunt ad usum Neapolis, *fol.115.* Regiam tamen Cameram Summariæ, tamquam cui cognitio Regii patrimonii incumbit, debent consulere in rebus annonæ & pretii indicti, quam *Assisiam* dicunt, *Constitut. Magistros camerarios*, & colligitur ex Marin. Fret. *lib.1. in fust. in 4. officio Regni, de offic. Magni Camerar.*

Digitized by Google

merdi: num. 8. Et quia Imperatores Regnique Reges, omnibus in rebus ex persona semper interesse non possunt ob emergentes necessitates, libenter novos instituunt Officiales, *Capit. Reg. Corruptionis.* Et quamvis Civitas Neap. aliquos deputasset ad fortificationem, ad vias urbanas lateribus sternendas, ad aquam, ad suum patrimonium & pecuniarum solutionem, ac ad recognoscendas annonæ rationes, ut sunt Electi; Regis tamen majestati expediens visum fuit omnibus Tribunalibus Præfectum constituere. Tribunali igitur
13 Electorum unum ex Consiliariis status, sive ex Regentibus Cancellariam semper præficiendum curavit. Quod autem in Tribunali Divi Laurentii observari potuimus, officium hoc simile invenimus officio Præfecti Annonæ, cui per annum publicæ abundantiæ curandæ munus injungebatur; de quo habetur in *l. 2. §. Præfectus annonæ, ff. de orig. jur. & Cod. de appurit. præf. annon. lib. 12.* & in *Notit. Imper. cap. 26.* per Pancir. cujus formulam ex Cassiodoro *lib. 6. variar. cap. 18.* huc transcribendam curavimus.

FORMULA

Præfecti Annonæ & ejus Excellentiæ.

„ SI ad hanc mensuram censendæ „ sunt dignitates, ut tanto quis „ honorabilis habeatur, quanto civi- „ bus profuisse cognoscitur; is certe de- „ bet esse gloriosus, qui ad copiam „ Romani populi probatur electus. Tui „ siquidem studii est, ut sacratissimæ „ Urbi præpararetur annona, ubique re- „ dundet panis copia, & tam magnus „ populus, tanquam una mensa, sa- „ tietur. Per officinas pistorum cibosque discurris, pensum & mundiciam „ panis exigis, nec vile judicas esse, „ unde te possit Roma laudare: merito, „ quando gloriæ singularis est illius ci- „ vitatis affectus. Et ne quod agis ali- „ quid putetur extremum, carpentum „ Præfecti Urbis mixta glorificatione „ conscendis. Tu illi in spectaculis con- „ junctissimus inveniris, ut plebs, „ quam industria tua satiat, in suam „ reverentiam te honoratum esse co- „ gnoscat. Nam si querela panis, ut „ assolet, concitetur; tu promissor ubertatis, seditiones civicas momenta- „ nea satisfactione dissolvis: & per te „ prospicitur, ne quid à populis con- „ querentibus excedatur. Non immerito Pompejus fertur, copiæ quantitate provisa, usque ad rerum per- „ veniisse fastigia. Quia merito singularis est amor populi, cum potuit à „ penuria liberari. Hinc ille gratificationem meruit, plausumque po- „ pulorum. Hinc unice semper amatus est, & in gratia civium, omnium „ vicit facta majorum: qui ne aliquando in honore diceretur, cum nominis „ taxatione vocabatur & MAGNUS. „ Hoc te exemplum invitet ad prospera: quando ille, honoris tui locum „ egisse cognoscitur, quem felix Roma „ mirabatur. Ne quis autem putet, „ abjectis te hominibus imperare, dignitati quoque tuæ pistorum jura famulata sunt, quæ per diversas Mundi partes possessione latissima tendebantur: ne inopia faciente vilescaret, quod Romanæ copiæ laudabili „ famulatione serviret. Suarii quoque, Romanæ copiæ causa reperti, „ tuo deputati videntur examini. Glo-

riare

„ riare privilegiis acquisitis. Tribu-
„ nal tuum non est inter minimas di-
„ gnitates: quando & Romana gratia
„ frueris, & provinciis jussa trans-
„ mittis. Sed ut actionis ipsius in to-
„ tum merita perscrutemur, triticas
„ quidem copias Præfectura Prætoria-
„ na procurat, Sed non minor laus
„ est, dispensationem probabilem fa-
„ cere, quam frumenta colligere;
„ quando in quavis abundantia, que-
„ rela non tollitur, si panis elegan-
„ tia nulla servetur. Sic Ceres fru-
„ menta dicitur invenisse; Pan autem
„ primus consparsas fruges coxisse
„ perhibetur; unde & nomine ejus
„ panis est appellatus. Ita & illa prædicata est quæ reperit, & ille laudatus est, qui decenter edenda humanis usibus applicavit. Atque ideo cognoscentes industriam tuam, quæ semper est amica sapientiæ, Præfecturam Annonæ per illam Indictionem nostra tibi electione deferimus. Considera nunc, quia non licet aliquid furari de populo. Nam quod in civitatis damna committitur, silentio non celatur. Nescit plebs tacere, quando interdum & hoc loquitur, quod à nemine perpetratur. In fraudulentos distringe; panis pondera æquus examinator intende; solicitus auro pensetur, unde à Quiritibus vivitur. Quia gratior nobis est lætitia faventis populi Romani, quam copia preciosissimi metalli. Intuere certe quod loquimur. Quid habes melius quod optes, quam illius populi gratiam quærere, quam nos etiam constat optare?

Cajus autem Cæsar, duos Prætores & duos Ædiles, qui frumento præessent, constituit, ac à Cerere *Cereales* appellavit, auctor Fenest. *de Magistrat. cap.* 19. Sed ut legem Agrariam, jam sæpe constitutam, nullam fecimus; hoc Regnum, quod principue ad publicam copiam spectat, regendum censeo particulari cura & sublimine in singulis Provinciis, ut diligentius ei res intendatur, *l.* 2. *C. quan. & quib. quar. pars*, *lib.* 10. hoc enim modo res humanæ ad confusionem vitandam, meliori reguntur ordine, *cap.* 1. 91. *dist. cap. cum singula*, *de præben. in* 6. & resultat pax, *l. cum pater*, *§. dulcissimis*, *ff. de legat.* 2. Nec expedit ut una Provincia ex laboribus alterius vivat, nec omnes simul, ex inquietæ & sollicitudine Domini Viceregis: de supradictis loquuntur Doctores in *l.* 1. *ff. de acquir. possess.* ex auctoritate D. Thomæ in his terminis, *l. Cajus*, *§. Titius*, *ff. de legat.* 2. Cum autem hoc Regnum in duodecim divisum sit provincias, ut alias diximus, diligenda est quoad fieri possit, ordinatio Delegatorum sive Commissariorum, ut vocant: damnum enim & vexationem inferunt populis. Sed in singulis Provinciis conficiendi sunt singuli libri à Gubernatoribus ipsarum formati: in quibus adnotandi sunt omnes agri, cum nominibus, & cognominibus dominorum illorum; vel sint arbustati, vel seminibus recipiendis apti, vel utrunque participent; cujuscunque sint qualitatis: item & numerus jugerum sive quot modiorum sunt capaces, ut fiebat cum collectæ imponebantur. Inde adhibenda cura ut sciatur quantum in universa provincia seminetur & quantum æstate colligatur, itidemque in eo libro notandum. Quorum notitiam brevi manu Præsides provinciarum habere poterunt ex

Ca-

Digitized by Google

Capitaneis Civitatum locorumque subditorum: qui pariter suum, ad eam rem, librum conficiant: & quicquid frugum collectum fuerit, id omne emendum Neapolimque vehendum, relicto prius dictis Civitatibus & locis quantum & ad victum civium, & ad futuram seminationem satis erit. Interim autem domini frumentum vendere prohibeantur, nec cui quid illis permistatur, nisi data prius collectionis notitia illis, qui libro conficiendo vacabunt: itaque ex notitia librorum Capitaneorum, referetur in libros Præsidum Provinciarum: ex quibus postea liber major conficietur Neapoli, unde totius Regni gubernatio pendebit. Et eo modo dicere poterimus Regnum Neapolitanum unam esse provinciam secundum Afflict. *de jure prothomis. fol.* 271. Capyc. in *cap. imperialem, de prohib. feudi alienat. per Frider.* Pretia *lib.* 1. *tit. de offic. Mag. Justitiarii*. Et hanc censeo majorem provisionem omnibus quacunque fieri possent, ad Regnum perpetuo commode sustinendum, postquam anno quolibet facile est scitu quantum ubique frugum producatur. Primo autem anno quoad fieri commodius, distribui poterit; cum fere sciatur capitum censio sive professio, ideft *focorum numeratio*, quam dicunt: annis vero futuris, certa regula habebitur victui, prospiciendo annum jam elapsum: cum enim notum fuerit quæ provincia fertilior, quæque sterilior fuerit, ex abundantia illius suppleri poterit inopia istius. Profecto eo modo poterit Rex noster uti beneficio Evectionum sive *Tractarum*, postquam eo modo certo scitur quid agendum sit, quidve permitti poterit. Id vero referendum erit in patrimonium extra ordinem, quod constituere debet Regia Majestas; non autem in Reg. Cameram, ubi ordinariis servitiis continuo detinentur; quod semper judicavi esse ex servitio suæ Majestatis, insimul cum aliis rebus, quas quia huc non pertinent, alias discurrendas prætermittimus. Eamque provisionem faciendam putamus non pro hac Civitate solum, verum & pro ejus oppidis: item & pro Puteolis, ac insulis Prochyta, Ænaria, Capreis, & pro Picentinis, sive Costa Amalfiæ, Surrento, Vico, Stabia, Massico, Herculano, Pompejano, Summa, Acerris, Ottaviano. Hæc enim omnia Neapolis quoque oppida censentur: nec ad publicam faceret ubertatem ut horum oppidorum gentes, cum publicæ provisioni satisfactum esse crederetur, Neapolim ad panem extrahendum concurrerent: posset enim ex eo tumultus aliquis facile oriri. Debent 16
itaque in suis oppidis sibi frumenta condere, & cogi ad sibi providendum ex tempore, eodem pretio, quod Neapoli usuveniet: id autem jure faciendum esse commonstrabo. Præterea, *Regia Pragmatica* esset cavendum ut semper in horreis sint quadraginta, aut quinquaginta modiorum millia farinæ, jubendumque ut ordinatim ex prius molita, panis conficeretur: nec corrumpetur, ut quibusdam placuit, si frequenter ex personis ad id destinatis examinetur. Eoque modo nullum incutiet timorem hiemis severitas pluviarumque frequentia temporumve vicissitudo: quas ob causas, in personas quæ in dies mensurando, adsignando

Digitized by Google

gnando, vehendo, molendo, reducendoque frumento assistere necesse erit; item & in telas conficiendis saccis comparandas, erogationes publicæ pecuniæ vitabuntur: id autem ex legum auctoritate subsistere puto ut habetur in *tit. de condit. in publ. herre. Cod. lib.* 10. Insuper magnum in modum laudandum veniret si agriculturæ vacandum curaretur: præter enim publicum beneficium, fiscales adaugerentur functiones, juxta *tex. in l. non intelligitur*, §. *divi fratres*, *ff. de jure fisci*; sicut enim diligenti cultura, pretia prædiorum ampliantur, ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est, & *l. fi. C. de alluvion. & palud. ne dolent diligentes operam fœnum agri dedisse culturæ*. Sed ut intensius loquamur, tria agrorum genera, quod potui observare, inveni: aliqui enim sunt deserti, id est domino carentes: & tunc qui eos colerent, præmium merebant, *l. quicunque*, *Cod. de om. agro deser. lib.* 10. aliqui à domino quidem possidentur, sed incúlti cum sint, ubertatis usui non deserviunt: ejusdem ideoque sunt conditionis secundum Luc. de Pen. in *dicta rubr. de om. agro deser.* & de his late differuit Dn. Mutius meus germanus: aliqui tandem sunt fationi destinati at male coluntur: quibus bene colendis esset incumbendum ad publicam annonam: de his ego præcipue intelligo, non tamen penitus prætermittens primos. Cæs. *lib.* 4. *belli Gall. vacant agri*, ideſt, non excoluntur. Possent etiam diverti soliti, imo insoliti, aquarum decursus, qui nonnullis in Regni partibus innumerorum terræ jugerum culturam impediunt: similiter & arcerique pluviæ, quæ non parum inferunt damni agris colendis, aut absumi vel sine compesci, aliquibus regulis, quas non subjungimus, fieri posset. Esset pecuniæ maximæ utilitatis & abundantiæ & notabiliter expediret, si agri pascui efficerentur sativi, & contra, sativi verterentur in pascua: ideſt, si agri qui hucusque pecorum pabulo destinati fuerunt, frumento serantur, & qui seminationi deserviebant, pabulis destinarentur: eo modo alternando ex aliquot in aliquot annos; terra enim quæ hucusque seminata fuit, cum continuando culturam eo sit ventis & exhausta, ut pauciorem fructum producat, si pecorum pabulis subjiceretur, tum quia stercoraretur, tum quia per aliquantum temporis vacaret, fœcundiorem se se redderet, cum iterum sollicitaretur. Et vice versa, quæ hucusque pascua fuit, si coleretur eo quod jamdiu vacavit & exstercoratum pinguis ab effecta, redderet fœnum centuplum: & sic ex singulis rum currentium spatio (*currentum* appellant triginta sex jugerum spatium) ubi pascuntur oves ad pensionem aureorum vigintiquinque, percipiantur centum: ex quorum parte satisfieret conductori vectigalis, reliqui vero transferrentur in utilitatem Regis. Apud Romanos agrorum arandorum colendorumque cura omnis in Censores incumbebat: hi enim his & ejusmodi rebus operam dabant, ut scilicet equites Romani sordidos equos non haberent nec macilentos: corpulentis autem, equos adimebant absque ignominiæ nota: id dico ut sciatur levissimarum etiam rerum ad rempublicam regendam, cu-

17

18

curam illis fuisse; qua de re Aul.
„ Gell. *noct.attic. lib.*4. *cap.*12. Siquis,
„ *inquit*, agrum suum passus fuerat
„ sordescere, eumque indiligenter cu-
„ rabat, ac neque araverat, neque pur-
„ gaverat; sive quis arborem suam
„ vineamve habuerat derelictam; non
„ is sine pœna fuit, sed erat opus cen-
„ sorium, censoresque ærarium facie-
„ bant. Item si quis eques Romanus,
„ equum habere gracilentum aut pa-
„ rum nitidum visus erat, impolitiæ
„ notabatur: id verbum significat
„ quasi tu dicas *incuriæ*: cujus rei
„ utriusque authoritates sunt, & M. Ca-
„ to id sæpe numero attestatus est.
Plin. *natur. hist. lib.*18. *cap.*3. *Agrum male colere censorium probrum judicabatur*: verbum autem, *probrum*, naturam reddere defectivam voluisse videtur, *l. probrum*, *ff. de verb. signif.* & Aul. Gell. *act. noct. lib.*7. *cap.*22. nimis pingui homini & corpulento, Censores equos adimere solitos, Alexand. ab Alex. in suis *Genialib.* & de prædictis Boer. in *l. fi. ff. de Senator.* Fenestella *de Magistrat. cap.*17, Gell. *act. noct. lib.*4. *cap. ult.* Et in nostris territoriis, dum nonnulli agri, ad venationem tantum deservirent & proinde coli prohiberentur, Alphonsus Rex II. culturæ tradendos mandavit, paucis exceptis ad Regiam tantum venationem usui futuris, prout habetur in *cap.* 19 *Neapol.* Et ut paulum à prædictis divertamus, memini me legisse apud Joannem Villanum in suis *chronicis lib.*3. *cap.*3. equitem Neapolitanum, (Regnante Roberto) equum, quo omni suæ vitæ tempore in bellis & pace usus fuerat, jam senio confectum & impotentem dereliquisse & abjecisse, ut victum sibi utcunque posset, per Civitatem aucuparetur: equus famelicus huc illuc vagans, invitem incurrit, quæ è campana ab regia fenestra pendente descendebat: appensa fuerat illic ea campana, ut cunctis ad Regem aditus pateret; cum enim antea per Cubicularium seu *Camerarium*, ut appellant, gentes justitiam quærentes ad Regem introducerentur, evenit, ut cubicularius pecunia corruptus, viduæ cuidam suo jure injuste privatæ, ad Regem cum accedere voluisset, ut injustitiæ in se actæ conquereretur, aditus denegatus fuerit: quod cum intellexisset Robertus Rex, sive Carolus ejus filius & Vicarius, campanulam in fenestra appensit, edixitque ut quisquis eum adire vellet, eam pulsaret: qua audita, statim optimus Princeps, pulsatorem ad se introducendum jubebat, quo justitiam ipsi ministraret. Equus igitur eo modo abjectus, vitem, ut diximus, qua campana trahebatur, comedendi gratia dentibus strinxit & traxit: itaque trahendo & strigengendo inscius campanam pulsavit: qua audita, cum Carolus de more jussisset ut pulsator introduceretur; equum fuisse, qui casu tractoriam vitem tetigerat, audivit. O mirabilem Principis sedulitatem: cujus esset equus, quamve ob causam sic dimissus fuisset, investigandum mandavit: quæ omnia cum resciviisset, equitem equi derelictorem, continuo ad victum equo quousque viveret subministrandum damnavit: iniquum enim esse dixit, equum à domino in senectute derelinqui, ubi ipse dominus ab equo in juventute derelictus non fuerat. Tantæ autem curæ 20 fuit antiquis agricultura, ut multis

Digitized by Google

privilegiis agricultores munierint, præsertim, ut boves aratorios exequi non possent, *l. exequutores, C. quæ res pign. oblig. poss.* Guliel. de Benedict. in *cap. Raynutius, ver. & uxorem, fol.* 131. *de testam. Prag. Reg.* item ut qui eos occiderent pœnæ rei efficerentur, quod probatur ex Phalaridis Agrigentini Siciliæ Tyranni *epistolis* contra Perillum mathematicum. Is Perillus quod Phalaridem, truculentum cognovisset, morem illi gerere credidit si novum aliquod pœnarum genus ei commonstraret: excogitavit itaque & confecit taurum æneum vacuum, in cujus ventrem si quis inferretur deinde ignis supponeretur, tauri vocem emittere dicebat, & sic adurendo mugendoque mori. Tyrannus tale inventum admiratus insimul & artificis sævitiam, qua seipso tyranniorem demonstraverat, in caput ejus, illius rei periculum facere decrevit & effecit: ibi igitur, taurum, hominis ejusque laboris observantissimum appellavit: quod & latini postea usurparunt dum bovem,
21 *laboriosissimum animal, ac hominis socium ad laborem* appellarunt: & proinde sanxerunt ut non minus capitale fuisset, occidere bovem ac civē: in quo describendo Cato *de re rust. lib. 2. cap. 5.* Colum. *de re rust. lib. 6. cap. 1.* Plin. *natural. histor. lib. 8. c. 45.* in hæc verba scripserunt: *Bovem laboratissimum hominis socium ad laborem, cujus veneratio tanta fuit, ut ita capitale esset bovem quam civem necare sanxerint*; item & Alex. ab Alex. in suis *Genialib.* Rei vero rusticæ complures Romani equites operam dederunt, de qua multos conscripsere libros, quos Tiraqu. refert *de Nobilit. cap.* 32. eo enim exercitio de Republica [illegible] credebant, & recte, cu[illegible] concernat statum. Bov[illegible] aratro subigendorum, [illegible] author fuit Buzyges Ath[illegible] cundum Plin. *nat. histor. l[illegible]* secundum alios Cayn p[illegible] araſſe fertur, Joseph *de a[illegible] lib. 4. cap. 4.* secundum [illegible] de *Comment. in Verg. lib[illegible]* per illud.

------ *uncique puer[illegible] aratri.*

Et Comment. in *Juli[illegible]* tantum autem boves pri[illegible] niuntur, ut illis uti ne[illegible] etiam si quis esset Offici[illegible] eos vellet, qui agris col[illegible] vinat, cui ut additu[illegible] sum fuit, *l. 1. & 2. Cod. ne ad ull. obseq. revoc. lib[illegible]* cultores etiam in jus [illegible] possunt tempore colle[illegible] ctuum, *l. 1. Cod. de agric. lib. 11.* eorumque agri ob [illegible] ordeumve creditum detin[illegible] terant: insuper & de agris & pec[illegible] bus non solvebatur vectigal. Sigon. *de ant. jure Ital. lib. 2. cap. 4.* Inde enim eveniebat, fame necessitas (tristissimam pestem) homines intransisse incursionem barbaricam non mi[illegible] rem, ut ait Justin. in §. 1. *Inst. l[illegible] cred. agr.* Oppidani etiam qu[illegible] ad annonam vehunt, ullo d[illegible] debent obsequio, nec mularum [illegible] rumque fiscalium ministerio. *l. [illegible] ne rustic. ad ull. obseq. revoc. lib. 11.* ubi Luc. de Pen. *in fine* dicit: [illegible] taneos ac Officiales in Apulia [illegible] & contra legis illius sanctionem, *suum gerere officium*: idcirco nec sunt *detinendi nec molestandi cum frumentum in mercatum vehunt, ut* ba-

Digitized by Google

habetur in tit. de nundin. & ſunt, cauſa annonæ, complures conceſſæ immunitates in *capit. hujus Civitatis*, *fol.* 28. 70. 75. 92. 103. 117. & Ripa in *tract. de peſte*. Librorum autem à Capitaneis locorum, Præſidibus provinciarum faciendorum uſus jamdiu legibus introductus fuit, ac *Regni pragmaticis* confirmatus. Honorius Imperator juſſit ut publicus conficeretur liber de frumento ad annonam emendo, *l.* 2. *Cod. de frum. urb. Conſtantinop. lib.* 11. *l. excellentia, Cod. de erogat. milit. anno. l.* 1. *Cod. de apoch. publ. Auth. de collat. in princ.* Ripa *de remed. ad conſ. ubert. num.* 5. Pragmatica verò, *Ut injuſta*, ſancita à Rege Ferdinando, cum aſſertione Caroli II. quæ eſt *prima in tit. de appretio*, jubetur ut in ſingulis Regni Terris duo fiant libri, in quibus deſcribantur bona civium æſtimata, cum interventu trium hominum qualitatum, quorum unus ſervetur in loco ſacro ipſius Terræ, alter in Regia Cam. Summariæ: & hi libri vulgo *Cataſta* dicuntur. Quod autem diximus quouſque Civitati proviſum non fuerit prohibendos eſſe dominos vendere frumentum, aut ſaltem id permittendum facta prius denunciatione, iniquum videri poterit; cum commercium impediri videatur contra præceptum *l. quod ſi minor*, §. 1. & *l. etſi ſine*, §. 1. *ff. de minor. l. cum plures*, §. 1. *ff. de adminiſtr. tut. l.* 1. *Cod. de epiſcop. aud. l. nobiliores, l. muratores, Cod. de commerc. & mercat.* nec alicui eſt auferenda poteſtas diſponendi de rebus ſuis ut libuerit, *l.* 2. *ff. ſi à pat. quis mavum fuer. l. in re mandata, Cod. mandati*. Sed reſpondemus hunc articulum nullam habere difficultatem, nec locum habere, cum prohibitio fit ex juſtiſſima cauſa, & ad tempus. Et præter allegata ſuperius circa prohibitionem extractionis, Rex eſt dominus perſonarum, quæ in ejus ſunt protectione; dominiumque habet generale ſuper omnibus rebus & rationibus ſuorum ſubditorum, quæ quidem leges non à Rege *d. n.* ſancitæ fuerunt, ſed à Federico II. Imperatore & hujus Regni Rege: qui hoc utrunque expreſſe dicit in *Conſtitutionibus Regni*, *l. quia frequenter*, ubi ait, *nos etenim qui ſumus domini perſonarum, l. omnes noſtri regiminis, l. terminum vitæ, l. ſuper inciſionibus, l. fidelium noſtrorum*, loquuntur de protectione: de ultimo ſimiliter, in *l. ab officialibus noſtris*: *niſi quod occaſione dominii generalis, quod in rebus & juribus omnium ſubjectorum noſtrorum habemus, ſpeciales ab eis rationes exigunt*. Jure etiam communi prohibetur alienatio ex cauſa, *l. filius*, §. *divi*, *ff. de legat.* 1. & etiam per contractum, *l.* 3. *Cod. de cond. ob cauſ.* & aufertur dominium, *l. item ſi verberatum*, §. *ſi forte*, *ff. de rei vendic. l. Lucius*, *ff. de evict.* Unde ſequitur adſtringi poſſe ad vendendum huic Civitati quod remanet, juſto pretio, *l. venditor*, §. *ſi conſtat*, *ff. comm. præd. l. fin. Cod. quib. ex cauſ. ſerv. per præm. lib. mer.* & pro bono pacis, Innocent. in *cap. in noſtra*: *de injur.* Bald. & Angel. in *l. bene à Zenone, Cod. de quatr. præſcript.* pax autem eſt publica abundantia, *cap.* 1. §. *poſt natalem, de pace tenen.* Eſt autem juſtum pretium ſtabiliendum, *l.* 1. §. *cura carnis*, *ff. de off. præf. urb.* Rerum autem omnium, quas *ſupra* diximus, Authorum ſcripta redun-

Digitized by Google

dant, quos ad id cumulavimus in *Pragmatica de Osculo*. Vide etiam Luc.de Pen. in *l.nominationum,Cod. de decur.lib.*10. & in *l.*1.*Cod.ut nemi. lic. in empt. specier. eod. lib.* Iſern. in *cap.*1. *d.* §. *poſt natalem*, *de pace tenen.*qui textus ait,poſt nativitatem B.Virginis,quo tempore fructus jam ſunt collecti, Barones debere indicere, pretium rebus, ideſt ponere metam vel *aſſiſiam*,ut ajunt,cum interventu ſeptem circumſpectorum hominum : unam enim provinciam, altera fertiliorem eſſe contingit, ut dicit Iſer.in eo §. At reliquum eſt, ut quomodo emendum, vehendum, reponendumque ſit frumentum, commonſtremus : circa primùm quoad obſervare potüi,per duo omnino perſonarum genera emi conſueviſſe inveni : aut per Mercatores, aut per homines conſulto ad id à Civitate
24 deſtinatos. Mercatores Reipubl. neceſſarios eſſe docuit Plato in *Republ.* & habetur in *l.*1. *ff. de nundin.* Tiraqu. *de Nobilit. cap.*33. eorumque exercitium illis impediri non poſſe videtur, *l.*1. *ff.de pœn.l.patronus*,*ff.de jure patr.* cum aliis ſuo uſui citatis à Bar.in *l.*1.*num.*30.*ff.ſolut.matrim.* & Jacobinus de Sancto Geor.*ver.Dux*, *verſ.Quæro*, ubi res ſupradictas non allegat ; dicit prohiberi quidem non poſſe, at impediri ne veniant poſſe. Hujus autem contrarietatis reſolutio, ex mercatorum diverſitate oritur: cauſa tamen erit quod aut ſunt exteri qui cum inimicis Regis noſtri commercium habent, & hoc modo ſecreta illis detegerentur, *l.mercatores*, *Cod. de commer. & mercat.* aut ſunt perſonæ odioſæ & itidem prohiberi poſſunt, *l.fin.Cod.de jure emphi.* Iſern. in *rubr. quæ ſint regal. in fine.* Mercatores autem liberarum gentium & fœderatarum, quia non ſunt inimici, *l. non dubito*, *ff. de capt. & poſtl. reverſ.* & devoti Regiæ Majeſtatis, de quibus in *l. à legatis*, *C. de ver. fig. & commiſſ.* inſuper & mercatores ſubditi, eorum cauſa prohiberi poſſunt, ſecundum Jacobinum in *d. tract.* Experientia tamen comprobatum eſt, majorem partem æris alieni quo Civitas noſtra gravatur, ex rationibus habitis cum mercatoribus contractam eſſe : cum enim promiſſa non ſervaverint, non levia intulerunt inconvenientia, ut fuit Illuſtriſs. Duce Oſſunæ Vicerege. Et ſi quando promiſſa adimplere ſunt conati, frumentum convexerunt adulteratum ; nec novæ meſſis : itaque nec pondere correſponderet, nec menſura : cujuſmodi maximam quantitatem aliquando recuſandam curavi ; cum eſſem Decurio,Illuſtriſs.de Mondejar Viceregem agente : quod ex inquiſitione & proceſſu in Reg.Cam. Summar. patet. Uſui tamen eſſent mercatores ſi frumentum aliunde, quam ab ipſomet Regno conducendum eſſet : atqui dignior eſt Civitas ſi rerum abundantia ex proprio territorio fruatur, quam ſi per Mercatores abundet, cum ob bellorum eventus & diverſa diſcrimina, commeatus impediri ſoleat, ut per Cagnol.in *de vit. & regim. Prin. n.*64. uſus tamen deſtinandorum hominum à Civitate cum pecunia numerata ad frumentum coemendum, pauco ab hinc tempore inolevit. Hi Romano- 25
rum tempore, niſi fallor, *Frumentatores* appellabantur, & pro illis emebant Civitatibus, quæ frumento importato utebantur, *l. Lucius*, *ff. ad municip. l.ex falſo*, *ff.de negot. geſt.*

Digitized by Google

gest. de quibus in *l. fin. §. 1. in fine ff. de muner. & honor.* hæc scripta sunt verba: *Personale munus est cura quoque emendi frumenti, & olei: nam harum specierum curatores, quos σιτώνας καὶ ἐλαιοπώλας Græci appellant, creari moris est. Sitones* igitur sunt *Frumentatores*, ideſt comparando frumento destinati, & munus ipsum *Sitonia* dicitur, *l. 1. §. 2. eod. tit. de mun. & hon. l. fin. §. item rescripserunt, ff. de administ. rer. ad civit. pertin. l. 2. ff. de vacat. & excusat. muner.* Bald. in *d. l. fin. §. 1. de muner. & honor.* quem miror quare non allegaverit, *rubr. Cod. ut nemi. lic. in empt. specier. se excus. & de munere Sitoniæ*, alias *Sitocomiæ*: quod neque adverterunt ejus sequaces. Iis fas erat inire inter se collegium, prævia tamen licentia, & statuta ad eorum munus spectantia conficere, *l. 3. ff. de colleg. illic.* pecunia vero quam ministrabant, *pecunia frumentaria* dicebatur, *l. 2. §. 2. & seq. ff. de administrat. rer. ad civ. pertinen.* Quod si eam ob emptionem debitores remansissent, beneficio compensationis non juvabantur, *l. 3. Cod. de*
26 *compensat.* Necessitate vero urgente Domus Regia frumentum dare tenebatur, *l. 1. Cod. ut nem. lic. in empt. specier. lib. 10.* quod ab Antigono Laced. Rege factum fuisse refert Plutar. in *apopht. Lacon.* qui singulis civibus singulos tritici modios in magna penuria impendit; & Sempronius Gracchus lege jussit ut *frumentum* à publico distribueretur Populo Rom. quæ propterea *frumentaria* dicta fuit. Et Clod. Trib. Pl. de annona legem tulit, qua frumentum quod antea senis æris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis dari jussit, ut auctor est Pompon. Læt. *de Legib.* Et Trajanus, quinque puerorum millibus & puellarum inopum alimenta decrevit: qui numerus fuit postea ab Aureliano adauctus, Plin. in *panegyr.* Dion. & Capitol. in *Pertin.* Fl. Vop. in *Aurel.* gradibus in urbe constitutis ex quibus panis distribuebatur: Græci vero Imperatores, quod forte magis urgebat necessitas, longe majore largitate hanc eandem liberalitatem Constantinopoli exercuere. Constantinus enim, quo anno fuit Consul designatus, octuaginta millia panum, secundum Metaphrastem, vel modiorum frumenti, secundum Socratem *lib. 2. cap. 3.* quotidie pauperibus elargiri cœpit, & per multos annos continuavit: quibus etiam & vinum, & carnem, & oleum addidit, teste Suid. in dict. πιλατίνοι: at quia sordidus erat is panis, & duas uncias, & senis tantum pendebat, Valentinianus sexunces buccellas, ipsasque mundas dari jussit: iisque alias addidit postea Theodosius Magnus, & alias Martianus. Qui panis prius quidem clam à pistoribus populo ministrabatur; quia vero in eo dispertiendo, multum admittebatur fraudis, jussum fuit à Valentin. ut palam ea distributio fieret: cumque unus locus ad ipsum dividendum inter frequentissimam plebem, non sufficeret; constituti sunt in singulis Urbis regionibus, (eæque erant XIV. quot & veteris olim Romæ) marmorei gradus, ubi illa divisio fiebat: unde panis ille, *gradilis* dicebatur. Et erant cuique Tribui sui gradus destinati, quos mutare non licebat, nec alter ad alterius gradum transire poterat: quod, ut ita servaretur, officia-

libus

Digitized by Google

libus Præfecti annonæ curæ erat. Universa hæc facti series habetur in *Cod. Theod. tit. de annon. civil.* Appellabantur etiam hi *panes civiles*; quod civibus tribuebatur, ad differentiam aliorum panum, qui quibusdam scholarum hominibus præstabantur, de quibus Guido Pancir. in *Notit. imper. orient. cap.*26. Hique olim quidem in alium transferri alienarive non poterant, postea vero ex Theodosii permissu, & alienari, & in dotem dari potuere, *l. ult. C. de annon. civil. lib.*12. *l. ult. §. præterea, Cod. de jure dot.* Et alias à Principe *panicum* populo distributum fuisse tradit Cassiod. *var. lib.*12. *cap.*27. Lucas de Penna in *rubr. de annon. civil. lib.*11. scribit, Annonam civilem Neapoli *provisionem* appellari, quod omnibus de rebus providetur. Ob stragem Romanis ab Annibale Cannis inflictam, in Siciliam & Sardiniam ad frumentum & pecuniam missum fuit, Liv. *lib.*23. & Valer. Max. *lib.*7. *cap.*6. Siciliam & Sardiniam *urbis nostræ benignissimas nutrices* appellat. Munus autem curandi ut undecunque frumentum Neapolim convehatur, Tribunali Divi Laurentii incumbit, ut faciebat Præfectus annonæ, qui curabat ut qui plusquam usus suus exigeret, frumentum haberet, id exhiberet, secundum Feneſtel. *de Magistrat. cap.*15.

27 Atque à *Frumentariis* (ita enim appellabant frumenti conductores) in publica horrea conducebatur: quæ fuere Romæ quidem numero centum sexaginta post Montem Aventinum, quod refert And. Pallad. in *lib. de Antiq. Ur. Ro.* extra Romam, centum nonagintaunum, & inde viritim distribuebatur. Unde ob continuam consuetudinem quæ in [illegible] domibus habebatur, Ad[illegible] perator omnia Romanor[illegible] sciebat, ut refert Spartian[illegible] cum autem frumentum [illegible] se, inde notum (ut [illegible] *rubr. Cod. de condit. in* [illegible] *lib.*11.) quod erant [illegible] *mentariæ*, quæ erant [illegible] quæ benemeritis dabantur, [illegible] exhibitis ter in anno, aut [illegible] sæpius, ut res exigebat, ad [illegible] co eis dabatur frumentum. [illegible] *sera*, quæ vel fuerint scriptura, vel metallum, vel mensura lignea, quod multum hic scire interest, mitti etiam solebant ab Imperatoribus in theatro publicæ lætitiæ tempore, in incertum vulgus, *l. sed & si susceperit, §. ff. de jud. l. mortuo, §. 1. ff. de leg.* Alex. ab Alex. *Gen. dier. lib.*2. *c.*24. Tiraq. in *cum, lib.*3 *cap.*2. Gl. Paris. *de divi. cap.*18. & nos etiam *supra*, cum de missibilibus egimus, ita & in singulis provinciis possent constitui horrea publica, & foveæ frumentariæ ad reponendum frumentum, ut inde postea distribueretur in singula loca pro rata parte: ut & in hac Civitate & ampla & magnifica extructa fuere ad Portam Regalem, ab Illustriss. Duce de Alcalà. Quod autem ad convehendum attinet, eo quod & maritimæ, & terrestris conductionis factum est periculum, elaboraverunt omnes Proreges sternere quoad fieri posset, & jumentis commeabilem reddere, viam Apuliæ, 28 quo facilius & tutius veheretur frumentum: per mare enim tum ob temporis instabilitatem, qua vel retardantur naves, vel naufragantur magno cum Reip. incommodo, tum etiam ob inimicarum, vel etiam

fœ-

Digitized by Google

fœdaratarum gentium incursiones dum eo indiguerint, satis periculosa est conductio, quod non est sine frequentibus exemplis. Sæpe enim Melitenses, sæpe Messanenses, sæpe Turcæ, & ut plurimum aliæ nationes obviam factæ, aut casu, aut positis insidiis, naves frumento onustas abripuerunt: imo & Veneti, tempore d. Illustriss. Ducis Alcalan. hoc ipsum fecerunt: ad quorum Senatum eam ob causam legatus fuit Dn. Joann. Franciscus Surgens meus jam germanus: fuitque Regi nostro multorum ducatorum millium compensatio facta: nec aliud dignoscitur inconveniens, nisi quod impeditur conductus viaticus à vectigalibus, unde pretii caritas oriri solet. Ad conducendum autem frumentum, Romanos equis, mulis, curribusque usos fuisse novimus, quemadmodum & ad conducenda arma, *l. si ii, Cod. locati, l. 2. Cod. de curs. publ. lib. 12.* quorum usus eo erat sanctus, ut nec Magistratibus quidem fas esset eis uti, ut in *d. l.* habetur: utebantur etiam & navibus, quarum navicularios sive nauclerios humanissime semper habebant, curabantque ne quis illis molestus esset: imo ut tuto eam ob causam navigarent: & id quidem singulari lege sanxerunt, *l. 1. Cod. de navicul. publ. spec. transpor. lib. 11.* facit *text.* in *l. 2. ff. ad leg. Jul. de ann.* ubi qui turbat naves & nautas ut annona deficiat, pœna plectitur: multisque muniebantur privilegiis & immunitatibus ob eorum pericula, & dicuntur *navicularii* qui annonæ Urbis serviunt, *l. semper, §. negotiatores, cum seqq. ff. de jur. imm. l. his qui navem, ff. de vacat. & excusat. muner.* utilitas enim est abundantia popularis, *l. in dardanarios, ff. de pœn. ob utilitatem popularis annonæ.* Atque idcirco magna tribuuntur commoda iis, qui naves fabricant mercaturæ causa, de quibus Svet. in *vita Claudii*: & Athalaricus jussit, teste Cassiod. ut ligna navibus fabricandis necessaria nullo obsistente abscinderentur, sine præjudicio dominorum atque ex piscatorum voluptate navigationes non impediri. Et Rex noster, quo materies ad naves triremesque conficiendas non deficeret, inhibuit dominis nemorum & sylvarum illa incidere & vendere, vel intra vel extra Regnum: quod & in *Ritu Reg. Cam. sub tit. De prohibita lignaminum extractione*, & ex pluribus ejusdem Cam. consultationibus cautum est: & eo est necessaria navigatio, ut diffidentibus naucleriis frumentum e Sicilia conducere ob tempora fortunosa, Pomp. Magnus cui ea navigatio potissimum incumbebat: *Eja*, inquit, *navigare enim necesse est, vivere necesse non est*, Fenestel. *de Magistrat. cap. 15.* Frumentum autem quemadmodum & res aliæ victui necessariæ, ex Ægypto deferebantur Constantinopolim, idque *Embola* dicebatur. Et naves quæ plus duorum millium modiorum capiebant, nullo pœnitus privilegio excusabantur, quin cogerentur ad *embolam*, *l. jubemus nullam, Cod. de sacros. eccles. l. fin. Cod. de navib. non excusan. lib. 11.* imo & celeriter, & ex rigore est agendum in re tam singulari, & ex zelo tractanda. Lex permittit Præfecto annonæ, ut suscipiat mulierum accusationem, publicam ob utilitatem, *l. mulierum, ff. de accusationibus*, quæ

aliis

Digitized by Google

aliis in casibus rejicitur, *l. qui accusat, eod. tit.* imo & appellationem inhibet, *l. fin. ff. de appellat. non recipiend.* In conductione autem certa regula assignari non potest, sed fieri debet habita ratione temporum & locorum unde facienda erit: cum enim abundans fuerit provisio in publicis horreis, commodior & maturior conductio fiet, cum satis lente fieri possit: nec admittitur compensatio cum illis qui ad eam rem mittuntur, *l. non dubito, ff. de compensat.* aliter tamen loquitur, *l. ideo, eod. tit.* ut scilicet permittatur compensatio, vel legatur, *arctiorem annonam*, vel, *cariorem*, Bud. Cotta, in *vers. Annona*, & Francisc. Duar. *lib. 1. disput. anniversar. cap. 26.* & id quidem agi poterit in omnibus suæ Majestatis Regnis. Adhæc legi jussiones Illustriss. Cardinalis Granvelæ, reiteratas etiam ab Illustriss. Principe Petræ Persiæ, & Duce Ossun. prout in Codice Pragmaticarum sanctionum hujus Regni est videre: & Granvelæ quidem *pragm.* 18. & observantia illius per d. Principem, *pragm.* 21. & declaratio ejusdem per d. Ducem *pragmat.* 48. quibus jubetur ut infra & per totum mensem Septembris deferantur Capitaneis Civitatum, & locorum Gubernatoribus, & ab his postea Præsidibus Provinciarum, quotquot frumenti quantitates collectæ fuerint in singulis locis, cujusque fuerint qualitatis: causam vero illis edictis dederunt extractiones ab ipsis concedendæ: ut, scilicet, scirent quot quantitates extrahendas concedere possent: non autem ejusmodi rei normam adhibuerunt, nec ita stabiliverunt, ut in tuto res esset: experientia enim comprobatum [illegible] id non sufficere: non quia ob ipsorum dominorum imprudentiam, sed ob temporum inequalitates & vicissitudines: cum enim in extractionibus tantum fundamentum haberet, in desuetudinem abiit, ita facile ac si nunquam sancitum fuisset. Profecto in ea re peragenda nihil difficultatis opponitur: nec opus est pragmatica ad jubendam collectionis delationem, cum omnibus sit notorium & confessum ubique copiose produci frumentum; sed de annalib. quantitatib. & de modo producendi nondum est cautum. Idipsum fieri posset etiam respectu aliarum frugum; item & vini & olei. Præterea expediret Reip. si denunciatis frugibus, quicquid superfluum reperiretur, juste coemendum, ac in horrea Civitatis inferendum curaretur, ut omnibus æquo pretio panis distribui posset. Tandem recte forsan Reip. consuleretur, si hominum alluvioni undecunque huc confluentium, obviaretur. Et quamvis coloniarum *deducendarum* nobis usus nunquam fuerit, ut Romanis, qui ut plurimum exhauriendæ gratia plebis Urbanæ, illam in Colonias mittebant, quod latissime scribit Sigon. *de antiquo jure Ital. li. 2. cap. 2.* saltem legem Liciniam nobis proponere deberemus, quæ de regundis Civibus à P. Licinio Crasso & Q. Mutio Scævola lata fuit: eaque jubebatur, ut in suæ quisque Civitatis jus redigeretur: multi enim Itali cupiditate Civit. Rom. tenebantur: quod Pompon. Læt. in *lib. de legibus* scriptum reliquit in *lege Cincia*. Et Cicero *de lege Papia* meminit, in *orat. pro Archia*, & *lib. 3. offic.* quæ prohibebat peregrinos usu urbis; imo om-

Digitized by Google

omnes, qui Cives Romani non essent, exterminabat, ut adnotavit Coras. *Miscel. lib. 2. cap. 23.* quemadmodum Civitatis Neapolit. desiderio, omnes Regni nobiles & populares huc confluere non desinunt, & præcipue ob sedilitiam nobilitatem acquirendam. Idcirco judiciario atque ordinario modo advenæ familiæ à chronicis sedilariæ nobilitatis omissæ, impetum ei facientes facilis fiebat transitus, ex novissimo Regis nostri præcepto hoc materiæ genus paucis commendatum judicibus delegatis, ex quorum introductione uti remedio & sedilium apologia excogitato, adeo recessit importunitas, ut quodammodo silentium impositum esse, tam diutino intermisso tempore videatur, prout late in *tit. de sedilibus* dicemus. Nec ab re considerandum venit, ut *Reg. Constit. Quisque, de burgensib.* Baronibus potestatem faciat vendicandi suos subditos ad domaniales accedentes Universitates, prout de Civitate & aliis compertum habemus ex *l. 1.* & *ibi* Glos. *ff. de rei vendic.* & eadem annonæ ampliore commoditate, & fœliciore vita pro animarum, atque personarum incolumitate, foventibus, eam inopiam pariunt. Atque superfluum familiarium numerum proceribus, nobilibus, aliisque ditioribus interdicere, præter Regiam pragmaticam quæ duos tantum concedunt; etiam in Hispania introductæ. Qui præterquamquod cariorem faciunt annonam, camporum culturam distrahunt: quod Romanis intantum curæ erat, ut servos manumitti passim concessum non erat, ne agrorum cultus turbaretur, secundum Theoph. *Institut. de libert. §. fin.* ex quo perspicuum est, libertati agriculturam præferri: quæ cum annonam pariat huberiorem, privilegiis, quæ supra narravimus, est munita. Quinimo si quis curiosius intueretur, plures majoresque prærogativas agriculturæ, quam militiæ observaret: ea enim crescente dubio procul subditi fiunt locupletiores, quod Regis interesse supra indicavimus, ex *§. illud, & ibi* Glo. *auth. ut jud. sine quo suffr.* ut propterea omnes judices publicæ hubertati vacare sit cautum. Et si ob civium inopiam ad urbem replendam, Aragonens. Regum temporibus cautum fuit, ut civilitate Neapolitana ii statim potirentur, qui domum hic emissent, uxorem duxissent Neapolitanam, atque Neapoli incolatum fecissent, quæ eadem hominum raritas rapiendi Sabinas virgines Romanis causam dedit, quamvis id Coras. in *lib. Miscellan. audacissimum facinus* nuncuparit: contra nunc, ubi in tantam inundationem, confusionisque excessum excreverint ut recti regiminis regulis nec pacis quidem tempore, corrigi, & suppeditari possint, ita ut quotidie maxima non oriantur discrimina, jure revocanda ea lex veniret, ne in iniquitatem deveniat, ex reg. tex. in *cap. non debet, de consang. & affin. cap. suggestum de decim. l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. substit.* eoque magis, quod non hoc opus est remedio ad replendam hominibus nostram Civitatem: quippe quæ tantum à necessariis, iisque exteris, viris repletur, ut sunt scholares & professores scientiarum omnium, omniumque artium, quibus cum Resp. summopere egeat, Princeps ad eorum commoditatem magnam erogat pecuniarum

Digitized by Google

cuniarum quantitatem annuam (quod in *ephithet. Civit.* dicemus) item & pro comparandis dignitatibus & Magistratibus tum domanialibus tum baronalibus; in quibus distribuendis ut plurimum præferri videmus exteros civibus ipsis: tantum inquam eam ob causam civitatem repleri videmus, ut aliquando sub capitis pœna sit exteris mandandum, ut quisquis non civis, egrediatur alibi habitaturus quod nuper vidimus cum ob urgentem famem annonæque penuriam, & scholas vidimus clausas, & civilia jurgia interdicta quousque fames cessaret, & vectigalia villicis diminuta, quod quidem Octaviano Imperatore Romæ factum novimus ex Xiphilino, ubi tanta fuit fames, ut non solum exteræ personæ, sed & servi venales, & gladiatores, & domestici famuli, non solum privatarum personarum, sed ipsiusmet Imperatoris fuerint ejecti, ad nonagintaquatuor millia passuum, & justitium indictum, ideſt factæ repentinæ feriæ. Et in celeberrimis quibusque Italiæ & reliqui orbis Civitatibus, non passim, advenis pernoctare atque residere permissum est, utputa ad quas certis tantum sub regulis, etiam ad Reip. conservationem conferentibus, licitum est accedere. Huc vero & per terram, & per mare cunctis patent portæ, intantum ut iis, qui cum navibus huc appellunt, nedum quandiu morantur non est deneganda specierum emptio, verum & cum discesserint necessario poterunt extrahere res commeatui necessarias, secundum loci distantiam, & personarum numerum. Qua de re extant in Reg. Camera Summ. consultationes per Dn. Mutium meum germanum, illius Præsidentem: ubi [illegible] origine & causa agit: appell[illegible] is commeatus, *Mesa*, quæ [illegible] minum quæstio & etymologia [illegible] tinacibus relinquenda, *l. 2. §. fin. ff. de const. pec.* à *mensa* deducta [illegible] poterit, quia scilicet datur pro edendo: nisi vocabulum nauticum [illegible] cupare malimus, ubi *Mesa* [illegible] in navi custodiæ causa propo[illegible] de quo in *l. fin. ff. naute, caup. [illegible]* Alciat. *disputt. lib. 3. cap. 21.* [illegible] in *l. 1. ff. de arbitr.* Quibus tametsi à prudentiss. Duce Alcalan. plus minus ab hinc annis quadraginta, obviam itum fuerit, sublata potestate ædificandi in suburbiis, & alibi extra urbem, addita pœna cum hujus rei præfectura; tamen cum in desuetudinem postea illius jussio abierit, frequentius concurrere cœperunt; ut verum dignoscamus tritum illud: *nitimur in vetitum*; & damnum infertur fisco Regio, cum census decrescant qui ex toto Regno ad ipsum proveniunt: minuuntur enim focularia, quod in præsenti numeratione expertum iri arbitror; præterea annonam cariorem reddunt, proscriptorum sive bannitorum frequentes multitudines, qui Barones in suis castris degere non sinunt, quin eos capiant & immensas pecuniarum summas iis extorqueant: qua de causa omnes cum suis familiis ad Civitatem convolant, quo tuto vivant. Non autem est novum, cum Romanorum tempore id etiam accidisse legatur: quos quidem, abolitis eorum delictis, ad bellum aliquando transmissos dicit Val. Max. Et certe id non foret remedium contemnendum, ubi res eo processisset, ut aliter aboleri non possent: at vero longe tutius es-

set

Digitized by Google

set, si principiis obstaretur, ne scilicet eum in modum excrescerent. Sunt enim rivuli ex novis causis, ut merito hanc faciant, quam videmus, inundationem: quibus, ex Regis nostri religione atque pietate, cum ejus ministrorum solertia, oportune consulendum speramus. Illud tandem lubens subjunxerim, frumenti quidem procurationem ad Præfectum præt. spectare; panis autem ad Præfectum annonæ; quod ex iis verbis præscriptæ formulæ patet: *Sed ut actionis ipsius in totum merita perscrutemur, triticas quidem copias Præfectura Prætoriana procurat; sed non minor laus est dispensationem probabilem facere, &c.* Non autem negaverim in his quæ circa hanc rem differui, falli potuisse; at de patria benemerendi desiderium, & Civibus optata commoda, me excusatum faciant.

ADNOTATIONES

Gratanter implemus quæ illæ constituit.

His compar videtur praxis, ut Sacri Consilii exequutorialia decretorum & sententiarum, quo extra urbem firmius custodiantur, Proregis authoritate in Reg. Cancellaria, solemniter firmentur.

Num. 1. Profecto igitur præt. curæ erat procurandi annonam perinde ac hodie Viceregi.

Cassiod. in *form. Præfecti annonæ*, quam Germanus integre hunc inserit, *Triticas quidem copias*, ait, *à præfectura prætoriana procurari; panis vero copiæ dispensandæ curam præfecto annonæ relinqui.* Et siquidem id à Vicerege integrum observari videmus, qui ut uberiore panis copia cives affluant, ex omnibus locis extra Regnum utcunque remotis frumentum in hanc Civitatem importandum curat, quibusdam sub notis regulis. Quod quidem an commercii vim habeat, & an jure fieri possit; jam pro immunitate Regiorum vectigalium contra immittentes in controversiam adductum fuit in Reg. Camera, & bis desuper judicatum, differentibus tamen sententiis: mox inter Fiscum & Civitatem coram D. Prorege terminandum venit: unde quidquid constituetur, sigillatim juxta causæ pondus & dignitatem favente Deo in meo *tract. de Regal. Reg. Neap.* adductis utriusque partis juribus, recensebo: illud non tacuerim, quod onus id comparandi frumenti, tanti est ponderis, ut Princeps immunitatem de eo dare non possit, *l. fin. Cod. de quib. mun. lib.* 10. Restaur. *de Imperat. quæst.* 111. *num.* 44.

Num. 5. Quod permittere nolebat ut optimates plus quinquaginta terræ jugera.

Lege Gracchorum prohibebatur ne quis ultra quinquaginta terræ ju-

Digitized by Google

A gera possideret, quodque cui plus esset, egenis civibus distribueretur: quæque *lex* erat *Frumentaria* de annona pauperibus assignanda, quod valde et mihi notandum pro paupertatis indemnitate, auctor Spiegell. eratque *lex Didia* ad refrenandam divitum gulam; ut scilicet prandia, præsertim impensa fierent, statuta pœna nedum in transgressores convocantes, [illegible] in convocatos, aut qui quomodolibet interfuissent; eaque dicebatur *Sumptuaria*, eod. Spieg. auct. de qua & Alex. ab Alex.

Ibid. Tumultuarie interfectus fuit.

B Jejuna plebs Regi non obedit, ait Isern. in *cap.*1. *de pace constant.*

*Num.*6. *Non illis hordeum cum daretur, non legumina recusabant.*

Aliquando non pane, sed pulte victum fuisse, aliisque ex rebus præter panem, refert Alexand.ab Alex. in *Genial. lib.*3. *cap.*11.

Num. 12. *Eo enim est ferax Sicilia, &c.*

Anno decimo octavo post exactos Reges, Romæ annonæ maxima caritate superveniente, pro advehendo frumento in Siciliam missi fuere P. Valer. & L. Geganius, ex Pompon. Læto *de Magistrat. Rom. tit. de præf.* C *ann.* Quis autem primus fuerit annonæ præfectus, varie sentitur: nonnulli volunt L. Minutium: moris autem fuit hunc Magistratum non creari nisi ex indigentia frumenti, ut Pomponius. *ibid.* ait. Non autem incongrum erit hic dicere, quod pretio rebus venalibus imponendo olim præerant Episcopi, *l. fin. §. item episcopi, ff. de muner. & honor. cap.*1. *de empt. & vendit.* licet de consuetudine generali secus, per ea quæ Gloss. in *d. cap.* dicit: & jura & authoritates per Boer. in *decis.*69. adducuntur. Olim autem erat Præfecti urbis potestas, *l.*1. *§. cura carnis, ff. de offic. præf. urb.* & dicitur, Assisia, *l. fin. ff. ad leg. Jul. de ann.* Isern. in *cap.*1. *§. & post natale, de pace ten.* Hodie vero in nostra urbe Decuriones quinque Sedilium, qui sex erant, huic rei incumbunt ex concessione facta per Regem Ladislaum, prout sunt D etiam hodie; scilicet sex nobiles, duo sedilis nostræ Montaneæ ex unione alterius sedilis Furcillæ, & alii uniuscujusque sedilium, & alter plateæ popularis tribunus. Et quam habeant in comestibilibus ac in cunctis ad frumentariam aliasque copias jurisdictionem, in *lib. de Sedilib.* Germanus agit sigillatim. Nos autem, cum aliis per nos perpensis circa articulum, ut in electione Episcopi, Regi aliqua ex justa causa competat ad S. Pontificem adeundi recursus, in Codice nostro *de Regalib.* latius explanabimus.

Num.

Digitized by Google

Num.15. Item & pro Puteolis, ac insulis Prochyta, Æaria, Capreis, & pro Picentinis. A

Sane & loca hæc & eorum gentes, quæ fuerint, late patet; at Picentinorum originem & exitium indicare lubet. Picentini igitur Picentibus, Picentes Sabinis suum referunt ortum. Sabini autem nulli, suum accepto ferunt; unde Straboni, *lib.5. in fin.* Indigenæ vel Aborigenes, ideſt ſine origine dicuntur, eo quod ſui ipſorum ſe ſe patres jactant. Dictos autem Sabinos ait Cato in *origin.* à Sabino eorum Rege; Plinius vero *lib.3. cap.12.* à ſanctitate quaſi Sebini ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, ideſt à venerando, quod Deos religiose colerent. Utriuſque ſententiam videtur amplexus Silius Italicus, *lib.8.* his verſibus: B

Ibant, & genti pars Sanctum voce canebant
Authorem gentis; pars laudes ore ferebant
Sabe tuæ, qui de patrio cognomine, primus
Dixiſti populos, magna ditione, Sabinos.

Ex his, cum aliquot copiæ, eo verſus ubi nunc eſt Aſculum ad Adriaticum mare commigrarent; picum avem in eorum vexillo conſediſſe ferunt: ex quo quaſi ex fauſto omine, regioni nomen imponentes, Picenum appellavere: inde ex Piceno oriundi, Picentes dicebantur. Hodie ea regio, ab Ancona celeberrimo emporio, Marchia Anconæ dicitur. Horum paucos ad alteram Apennini partem, colonos deduxere Romani in eum Tyrrheni maris ſinum, qui tunc Poſidoniatis à Poſidonia Civitate, dicebatur; poſtea Pæſtanus à Pæſto dictus fuit; nunc Salernitanus à Salerno dicitur. Ii occupato ſibi inter duo flumina, Sarnum, ſcilicet, & Silarim, territorio, in medio tractus, magnificam conſtruxere Civitatem duobus fere ſtadiis à mari ſemotam, & patrio nomine Picentiam appellavere, à qua dein Picentini dicti fuere nedum ab ipſa oriundi, verum & quicunque inter dicta duo flumina degebant, quandoquidem erat Picentia, regionis illius metropolis. Cum autem Annibal in Italiam ingenti cum exercitu veniſſet; ſecundo bello punico, Brutii, ideſt Calabri, Lucani, Picentini, & Campani, ultro ſeſe illi dedidere. Ob quam deditionem, Romani profligato Annibale, in ipſos animadverterunt. Et Campanos quidem uſque eo caſtigarunt, ut eorum agros ad extremum ſorte dividerent. D Picentinos autem & Lucanos, & Brutios atrociori affecerunt pœna. Quandoquidem omni honore, omnique dignitate privatos, ad ſervilia tantum opera, & ad vilia munia deſtinavere. Sic deſolata Civitate, prohibiti fuere ne ſimul cohabitarent, juſſi ut vicatim vitam degerent. Inſuper, ne armis uterentur, utpote qui, dum illa turpiter abjecerant, ſe iis indignos commonſtrarant. Demum fuere aſſignati Reipublicæ, ut publicos tantum curſores & tabellarios agerent. Ejus ſententiæ mentionem facit Liv. *dec.1. lib.8. & 9. decad.3. lib.5.* Strabo *d. lib.5. in fin.* Fretia *lib.1.* ubi Picentinos diſſimulat, Car. Sigon. *de antiq. jur. civ. Rom.* Leander Albert. in *deſcript. Ital. tit. de Campan. felici.* Hujuſmodi ſunt ſervi illi, quorum peſſimam

Digitized by Google

A mam vocat conditionem Justinianus, *Institut. de libertin. §. libertinorum.* Cæterum animadversione dignum est, hos viliores tantum fuisse, idest eos qui nihil aut parum culpæ in deditione admiserant; honestiores enim extinctos penitus tradunt. Nec enim veri est simile, nobiles fuisse æque ac plebejos, plexos à Romanis, qui mitius castigandos illos, quam illos, multis cavere legibus, ut in universo pœnarum titulo est videre. Picentini igitur, vita, conditione qua diximus, donati, commodiori quo potuerunt modo, sibi casas compaginavere. Et pars quidem intra Capreas & Salernum (quod Romani Picentiæ suffecerunt) ad rupes, & scopulos mari imminentes; pars ad alteras rupum pendices adacti fuerunt; pars Silarim transgressi, arida tenuere loca; pars septentrionem versus petiere, & con-
B structis sibi vicis, universum illum tractum *Jovis Fanum* appellarunt, à templo ibi Jovi dicato, quod adhuc visitur, & sub nomine D. Mariæ ad Vicum colitur, maxima cum undecunque confluentium veneratione. Pars tandem montes tenuere ad quartum lapidem supra ipsam Picentiam, & *Montem Corvinum* locum illum dixerunt; eoque nomine adhuc vocatur. At vero Picentiæ nihil est hodie reliquum, nisi solum nomen, corruptaque prima tantum litera, *Vicentia* vulgo dicitur. Neapolitanorum autem Respublica nedum Annibali non adhæsit, verum contra ipsum multis auri pondo Romanis opem tulit: unde tanto fuit ipsis honori, quanto Picentinis dedecori fuerat. Ex iis dignosci poterit si loca & Civitates in dictis partibus existentes Romanorum fuerint Coloniæ, ut nonnulli literis pro-
C diderunt; atque etiam ex privilegio anno ab hinc quinto & quatricentesimo à Neapolitanis concesso Ravellensibus aliisque ex Ducatu Amalfiæ negotiatoribus, campsoribus sive apothecariis, quo ipsos Civitate Neapolitana donarunt, quod incipit: *Nos Oliernus Cutonus*. Erat autem is Oliernus Neapolit. reip. Dux, (tunc enim Neapolis erat respublica) nobilis e sedili Montaneæ, cujus familia est jamdiu extincta, quod Chronicæ dicti sedilis testantur: subscriptum porro dictum privilegium à Consulibus item sedilitiarum familiarum, ut est legere inter *ritus Reg. Cameræ*, ac in praxim passim receptum, nempe quo Amalfitani semper fruiti sunt, prout & hodie fruuntur: cujus quidem principium tantum refertur à Fretia *de suffeud. in addit. num. 25. in prima edit.* Cæterum de Coloniis Romanorum, item
D & de Civitatibus fœderatis, vide Carol. Sigon. in *lib. de ant. ju. civ. Rom.* & Alex. ab Alex. in *Genialib. lib. 4. c. 10.*

Num. 17. Esset præterea maximæ utilitatis, si agri pascui efficerentur sativi.

Cum regii patrimonii concurator sim, & Dohanæ menæpecudum Apuliæ per vices delegatus fuerim (id enim onus alternis annis à Collegis sustinetur) notare hic Regis solertiam & benignitatem non ab re erit, ad coadjuvandam universalem Regni annonam, ut territoria contenta in prisco contracta, tempore Regis Alfonsi I. inito, industria tamen Francisci

Mo-

Digitized by Google

Monoberri, Aprutinorum pecoribus in hyemę consignata; ex quo ma- A
gnum consequitur æs, ut ea quæ culturæ ex pecudum pascuis pernicioſa, eidem ab anno 62. usque ad præsentem pro tempore major pars accommodaretur juxta penuriæ infelicitatem. Et licet pecudum vectigal antiquissimum sit, siquidem quod Romanorum tempore exigebatur, Andr.in *const. Regni, cum per partes Apuliæ, l.2. Cod.de pascuis publ.* quam allegat Fret. *lib.2. author.46.* Et pasturam culturæ olim à judicibus prælatam esse testatur idem Fretia; & Princeps licet legibus solutus sit, à lege tamen contractus solutus non intelligitur, *c.1. & ibi* Bald. *de nat.feu.* Martin. Laudens. *de princ. quæst* 106. & ut publica illæsa tueatur, *l.2.§.hoc interdictum, ff. ne quid in loco publ.* cujusmodi sunt regalia, ut habetur in *cap.1. quæ sunt regal.* & in *constitut. Reg. ea quæ ad decus*; attamen incomparabili nexu B
hominum individuo atque conservationi invigilandum est, in quo jus nostrum præcipue consistit, *l. hujus studii*, & *ibi* Glo.*ff.de just. & jure*, & *Instit. eod.* etenim non solum pecudes, sed & alia omnia, producta sunt ad commodum atque usum hominum, *l. in pecudum, ff.de usur. l.vetus, ff. de usufr.§.in pecudum, Instit. de rer.divis.* & ex naturali dignitate, *l. justissimæ ff. de adil. edi.* & quæ circa eam tot jura & authores clamant; qui si ad Dei imaginem, & similitudinem creatus est, ut habemus ex sacris literis, non ultra est scrutandum. Et ex *l. chat.* Deus ex humana prosapia seipsum fecit, quando VERBUM CARO FACTUM EST, *Jo.1.* & in *symbolo*: & eo magis in christianos subditos potius quam naturæ nexu Principes obnoxii in his redduntur. De cujus quidem hominis præstantia pie agit etiam Cas- C
san.in *Catal. par.2. considér.2. cum seqq.* Et certe status ratio omnibus est præferenda: & caritate exigente neminem quamvis privilegiatum excusari cautum est, *l.1. Cod. ut nem. lic.* & *ibi* Principem obnoxium esse ære proprio subditos suos pascere, *l.2.* & *ibi* Glo. *Cod. de annon. civil.* quod tanti apud Cæsares fuit, ut æmulatim ad hæc præstanda concurrerent, ut habes ex Guido Pancir. in *Notit. Imper. Orient. cap.26.* licet hoc exhibendo Imperium augeri compertum habemus, *l. cum ratio, ff.de bon. proscript. l.fin. §.fin. Cod. de cad. toll.* satius enim est Regi plures habere vasallos quam reditus feudales, quod Alex. Magn. facere studebat, ut ex Val.Max. adducit Cassan.in *Catal. par.5.consid.19.* imo gloria est Principis latam sub se habere gentem, *1.q.4. can. ecclesia*, Cassan. *d. par.5. consid.15.* ubi late agit D
quanti sit multos habere subditos: & bannitorum excludi molestias, ut inde Imperatores clament annonæ continuo & à quocunque Judice deferri, cum Regis interest hac de causa subditos habere locupletes, *§.cogitatio, auth. ut judic.si quo suff.* & tanto magis quod Rex est sponsus Reip. & ipse in ea est, & ea in ipso *d.§.cogitatio*, & dominus mundi quoad protectionem, *vulg. l. bene à Zenone, Cod. de quadr. præscript. cap. per venerabiles, extra qui filii sint legit. l.1.Cod. de summa trinit.& fide Cath.* Covarr. *par.2. §.9. fol. in meis* 158. Luc.de Penna in *l.1. §.pretia, num.4. Cod.de locat.præd.civil. lib.12.* & officium gerit paternum, *l.fin. §. fin. Cod. de cad. toll.* & pater patriæ est, Sen. allegatus per Isern. in *cap.1. §. item qui, quæ sit pr. cau.ben. amitt.*

Digitized by Google

A *amitt.* & ipſe inter cives connumeratur, in quo primum habet locum, Guido Pa. *deciſ.*631. & Senator & miles, *l.fin. ff. de ſenat.* & *l.2. Cod. de re milit.* ſalutem enim vaſallorum habere incolumem tenetur, & ſuo ingenio eorum commoditatem augere, *l. obſervandum, ff. de offic. præſ. l. cum ad ſalutem, ff. de offic. præf.vigil. §.ob quam, Auth. de teſtib. &* propterea habetur Rex, qui non gerit ſe tamquam reſp. Bald. in *cap.2. de feudo mar.* Et quemadmodum vir eſt caput uxoris, ita Princeps Reip. ut inde maritus dicatur, ut habes late ex Caſſan. in *catal. 5.par. conſid.24. num.166.* & ſubditos diligere tenetur etiam ut filios, & eorum commoditates inveſtigare, Iſer. in *cap.1. de prohib. feud. alien. per Loth.* Imo ſi dominus ſit perſonarum fas eſt dicere ex *conſtitut. Feder. II. quoniam frequenter*, & aliis quamplurimis,

B quod in Codice noſtro *de regalib. Reg. Neapolit.* latius diſcutiendum venit, ex his ut vere dominium, ſive abuſive ſive qualicunque modo ſubſtineri poſſit, eo magis alimonias præſtare jure dominii deberet, *Inſtit. de iis qui ſunt ſui vel al. jur. §. ult.* Ex qua quidem annona populares ſeditiones non ſuſcitantur, imo perpetua ſervatur pax; *dict.§. cogitatio, auth. ut jud. ſi quo. ſuffr.* & propterea Principes ſemper eam commendare debent *tot.tit. de pace ten.* & late Bald.in *tit.de pace conſt.* Caſſan. in *Catal.par.5. conſider.15.* Adeo autem publicæ annonæ favetur, ut divites cogantur pro modo ſuarum facultatum mutuare pecuniam ad emendum publicum frumentum, *l.1.* & *ibi* Glo. & Bart. *Cod. ut nem. lic. ab empt. ſpec. lib.11.* quod procedit uſque ad manus injectionem & in carceribus detentionem, Gul. de Cun. in *l. ne-*

C *minem, Cod.de ſacroſ.eccl.* Jo:de Plat. in *l.1. Cod. de om. agro deſ.* Avendan. *de exeq.mand. Princ. lib.2. cap.14. num.9.* Eaque concluſio generalis debet eſſe, Bart.in *l.nullus, Cod.de indict.* Luc.de Pen.in *l.1. Cod.de quib.muner.* Addict. Cappellæ Toloſ.in *deciſ.446.* non obſtante quovis privilegio, Franc. Ma. in *deciſ.542. par.1.* ubi quod nec domus Auguſtalis excipitur; tempore enim famis, & belli privilegia ſilent, *l. pro tyronibus, Cod. de privil. dom. Aug. lib.12.* unde cum neceſſitas ſit publica, & utilitas communis, etiam Clerici tenentur, Bart. in *l.nullus, Cod. de curſu publ. eod.lib.* Glo. & Canoniſtæ omnes in *cap. nominum, de immun. eccl.* Luc. de Pen. in *l.fin. in fi. Cod. de exact. tribut.* Guido Pa. *deciſ.78.* Bellam. in *concluſ.45.* Jaſ. in *l.ex toto, num.7. &* 10. *ff. de legat.1.* & in *l. placet, num.14. lect. 1. Cod.*

D *de ſacroſ. eccl.* Caſſan.in *conſuet. Burg. rubr.1. §.8. num.49. & ſeq. verſ. ſed vidimus*, tex. in *can. nulla, 23. q. 8.* ſunt autem clerici compellendi per Epiſcopum, Cyn. & Bald. in *l. ad inſtructiones, Cod. de ſacroſ. eccleſ.* per text. in *cap.1. de immun. eccleſ. in 6.* Joan. de Plat. in *d.l.1. Cod. ut nemini lic.ab empt.ſpec. ſe excuſ.* Et licet contrarium teneat Glo. in *can. generaliter, ver.collationibus*, 16. *q.1.* Abb.in *conſil.3. vol.1.* Jaſ.ſibi contrarius, in *2.lect. d. l. placet, num.10.* ea tamen opinio procederet non imminente neceſſitate. Siquidem tanta eſt neceſſitatis vis, ut bello vel fame urgente poſſit Princeps imponere ſuperindictum ad emendum frumentum aliaque annonæ neceſſaria, *l.1.* & *ibi* Gloſ. *Cod. de ſuperind.* Martin.Laudenſ. in *tract. de fiſco, q.108.* Cujus dicti fere videmus in hac urbe praxim, cum ſoleant Pro-

reges

Digitized by Google

reges illa de causa jubere electis, ut etiam extra Regnum frumentum compa- A
rent; & recusantes jure corripiuntur. Habet etiam annonæ ratio & illud singulare, quod ad distribuenda victualia publica si desit in civitate panis, vel caro, possunt cogi inviti cives ad hæc ministeria exercenda, sicut & ad continuandas suas artes, si forte ab eis destitissent quo carius venderent res mercales, etsi in uno vel in alio loco, Luc. de Pen. in *l.* 1. *Cod. ne rustic. ad ull. obs.* In his enim, quæ ad vitæ communis usum pertinent, peccatum est laicis, nisi sibi ipsis invicem operam dederint, *can. te quidem*, & *can. sicut*, 11. *quæst.* 1. & *can. placuit*, & alia adducta per Cassan. in *Catal. par.* 11. *consider.* 32. Et ditiores possunt cogi non solum ad mutuandam pecuniam ad emendum frumentum publicum, sed etiam ad viliori pretio vendendum; quod multo magis arctat Principis nexum ad vasallorum ali- B
moniam præstandam, & pro justificandis sanctionibus circa frumentorum pretiorum taxationem ditioribus & potentioribus exosam, Luc. de Penn. in *l. comparationi*, *num.* 5. *C. de quib. mun. vel præstat. lib.* 10. Bar. in *l. annonas ff. de extraord. crim.* & nos *infra pag.* 341. Quinetiam tractarum beneficium reviviscere posset, quod jamdiu intermissum est: quandoquidem ob extraordinarias subventiones urbis Neapolitanæ pretiorum immensitas crevit quibus Regis ære triremes, castra, Præsidia, sustineri opus est, etiam aliis cum partitis ad regni defensionem necessariis, ut apud Regem deducta maximi ejus Doanæ vectigalis deterioratione in Aprotinorum perniciem, in Reg. Camera unumquemque nostrum suffragia ferre & eorum rationes audire demandasset, & ex eadem consultationem demanatam fuis- C
se ut negotio recte perpenso aliquibus circunstantiis adhibitis pro perenni vectigali hoc custodiendo, & quod inde ex cultura eorum territoriorum maximum lucrum ad Regem devenire jam compertum esset: quod ex suæ regiæ Majestatis jussu melius considerandum atque exequendum expectari opus esset. Cum autem *tractarum* hic mentionem fecerimus, aliqua de earum origine, & de ictuum differenti exactione recensere congruum putavimus. Igitur Rex Carolus I. introduxit, & imposuit tarenum unum pro qualibet salma ut in juribus sit de jure exituræ; de quo etiam in consultatione Cameræ anni 1468. facta Regi Ferdinandi I. Hoc autem jus successivis temporibus fuit auctum ad rationem ducatorum quatuor pro curru, & ducatus erat undecim carolenorum: initium hujus augmenti D
non apparet, quia in Camera non sunt scripturæ, nisi à tempore Regis Alfonsi I. quo tempore apparet exactum ad dictam rationem carolenorum 44. quorum medietas exigebatur pro curru hordei. Et id quidem usu valebat in provinciis Terræ Bari & Capitanatæ; sed in aliis provinciis ad rationem caroleni unius pro tumulo frumenti, ac medietatis pro tumulo hordei. Anno 1544. Don Petrus Toletus mandavit, ut tractæ prædictæ essent apertæ, & superimposuit alios scutos duos pro quolibet curru. Anno 1558. Don Joannes Manriques addidit alios scutos quatuor, & sic erant in totum pro frumenti curru scuti decem, & medietas pro hordeo. Anno 1559. Dux Alcalanorum commisit Reg. Cameræ, ut se informaret quo-

Digitized by Google

A libet anno, ad quam rationem frumentum vendebatur
& in aliis partibus extra Regnum, ubi petebatur extra
pretio mercatores emebant in carricatoriis Regni, unde
& habito respectu de uno pretio ad aliud, taxaretur
si in carricatorio emebatur frumentum ad rationes
curru, & Venetiis vendebatur ad rationem ducatorum
tur tracta in ducatis triginta. In eodem autem anno
mille curruum ad rationem scutorum 22. pro curru; &
ducatorum 24. & 26. & anno 1561. ad ducatos 35. pro
rant concordare cum mercatoribus. Et in his quidem
rationes, non autem quæ ex augmento impetii nascun-
B de gente lata etiam gloriatur, quæ obedire non soles
Isern. *de pace ten.* & Cassan. *ubi supra*. Dum autem
re cum mercatoribus contrahendi) certo pretio frumenti
emendo, & certo etiam tempore asportando nomine ipsius
stituisset, & penuria exigente Prorex Magistratus per Regni
stinat ad illa comparanda & importanda & pistoribus
nis conficiatur, prout continue fit Electorum jussu, in
num in mercaturæ causam transeat, & quæ negatii
vis supra sicco pede hoc transiverim, in nostris libris
re promittens, hic tamen calamum retinere nequivi,
terem. Etenim hujus articuli decisio duas habuit inter
C gium Fiscum altercationes in Regia Camera & Collaterali
bas quidem sopitas scimus scilicet de anno 60. & 70. Sed
tum videtur, prius enim in favorem Civitatis, dein vero
Unde impræsentiarum, me existente Commissario, ite
sione aliorum frumentorum & farinarum de anno 89. &
concertatio; Civitate quidem juri primæ sententiæ
secundæ. Et tametsi secunda sententia primæ derogare
civitas eam excludendam putat, eamque, contra
esse dicit: quod si ambæ sustineri possent, id ex qualitate
cti, jure locum habere posset. Unde super earum
tatione, derelicto judicio, impertitus fuit causæ
D terminandam ex fisci instantia quamprimum est deveniendum.
meam sententiam maturius proferre videar, hic prætermissis
que parte sunt deducta, solummodo operæ pretium existimavi
lum attingere pro civitatis regimine tuendo, & ex sententiæ
eventu enucleando. Facti enim series ex eo in hanc devenit
quod existente gabella Regia, quæ vulgo dicitur *delle quattro*
quod quatuor in locis urbis exigatur, inter alias res, super
victualium, exigendo, scilicet quinque grana in singulas
farinæ salmas, importatas per non cives Neapolitanos; cives
proprios usus importent, nil prorsus pendent, si vero
ejus summæ medietatem. Et siquidem primo casu licet
nitatis

nitatis privilegio sint exempti, ex juris dispositione obtinet, *l. universi*, *Cod. de vectigal. & commiss. l. si publicanus*, §. 1. *ff. de publican. l.* in *lege censoria*, *ff. de verbor. oblig. clement. fin. de censib.* Bart. in *l. cum in eandem*, *ff. ad leg. Rhod. de jactu.* Sed cum Civitas sua sponte, nulla caritatis necessitate urgente, sed pro annonæ securitate personas destinat, aut personis à Vicerege destinatis salaria solvit pro frumentis emendis in provinciis, tametsi quo ad annonam pertinet semper necessitas censetur adesse; unde Joseph prævidens futuram famem frumenta conservari fecit, *Gen.* 41. & affert Affl. in *proœm. decis. Neap. Senat. in ver. magnifice domine*; futuræ enim fami est succurrendum; aut Prorex hæc præveniendo jubet, cum id facit pro suorum civium victu & eorum nomine, quod quidem tenetur facere, quia Civitas præstat civibus præsidium, Cicer. *lib. 2. offic. cap.* 23. de quo meminit Afflict. in *dict. proœm. dec. Sacr. Consil.* Facit *tex.* in *l. civitatibus*, *ff. de legat. 1. l. si quod relictum*, *eodem tit.* ubi quod ad divisionem singulorum civium, velut epulum, legatur, quia ad honorem civitatis censetur, potest civitas illud petere, quemadmodum etsi ad ornatum, de quo Cassiod. *Var. lib. 4. epist. 51.* Et singuli cives possunt compelli ad frumentum sibi comparandum pro suo victu ut fami consulatur, habes ex allegatis per Luc. de Penna in *l. comparationi*, *num. 4. cum seq. Cod. de quib. mun. vel præstat. lib. 10.* & hoc casu nullum consequeretur istius gabellæ derictum fiscus: unde quemadmodum ipsi immunes sunt, ita & ipsa Civitas; in quo est intuendum privilegium concessum civibus an universitati censeatur concessum; qui primus videtur esse juris articulus discutiendus. Et certe dubium non est quin privilegium concessum civitati censeatur concessum & civibus, & contra, concessum civibus intelligatur concessum civitati, *l. 2. ff. de reb. dub.* Abb. in *cap. requisivisti*, *num. 27. de test.* & *ibi* Ant. de Butr. cum aliis, Bart. in *l. si maritus*, *num. 2. in fin. ff. de adult.* quod & in habitantibus & recommendatis etiam procedit, Angel. in *auth. de eccles. rer. alien. in fin.* Quod quidem facit ad civium prorogationem jurisdictionis causarum in aliam civitatem ut non possint, ex adductis per Capyc. in *decis.* 9. Gramm. *dec.* 30. Carav. in *rit.* 301. & notoria est forensis praxis; paria enim pariter sunt judicanda ex illa juris reg. ne diverso jure una & eadem res judicetur, ex rationis identitate, *l. eum qui ædes*, *ff. de usuc.* nec immerito cum Civitas sit civium cœtus jure sociatus Cic. in *somn. Scip.* Sed cum certo pretio postea farinæ & frumenta pistoribus quotidie consignanda veniant ut panis conficiatur, hic commercii causam sapiet, ut inde ad medietatem gabellæ persolvendam civitatem obnoxiam esse declarandum veniret. Et in casu de quo agitur intuendo, hoc civitatis jus, omne gabellæ regiæ exactionis beneficium exinanivit & absorbuit, ad tollendum iniquitatis casum, ex reg. tex. in *cap. suggestum*, *de decim. l. ex facto ff. de vulg. & pupill. substit.* obtinere hac ex particulari causa instetisset. Nos vero causæ cognitioni generaliter operam dantes, salva suffragii mei & sententiæ inde ferendæ authoritate, quæ ex actis in Reg. Cam. penes Terrusium, curiosus perspicere

A valet, hæc tantum ſubſtantialia quæ hinc inde deducta ſun
nectere curioſitatis excuſandæ duximus. Et circa uſum
ſatis differt ut immunitas proprii uſus locum habeat,
uſus communis ſecundum Bald. in *l. univerſi*, *Cod. de*
Florian. in *l. hoc legatum ff. de legat.* 3. Alberic. per illum
tutor. quæſt. 210. Natta in *conſil.* 139. Sed & uſus
tum accipiendum erit & amicorum & clientium & u
circa ſe habet, *l. qui penum*, §. *ſed quod diximus ff. de*
etiam contra eam deducebatur ut obnoxia ſit ſolutioni
ſuperiore impoſitæ, etiam à ſemetipſa, licet hoc tutum
ea quæ notantur in *l.* 1. §. *in cauſa*, *ff. de quæſtion.* Bar.
B *l.* 1. *Cod. de navicul. lib.* 11. Bald. & Salic. in *l. emptor*,
act. vend. Et, ſi prædictis duabus ſententiis ad invicem
fiat: ſecunda, ſcilicet, de anno 70. primæ de anno 60. u
reg. *l.* 1. *Cod. quando prov. non eſt nec.* nulla redditur: &
diverſi facti aſſignatur, ut in primis argumentum corruit.
Inſtit. de rer. diviſ. ſecundo ex qualibet facti mutatione
l. ſi ex plagis, §. *in clivo*, *ff. ad leg. Aquil.* Nam in anno
ne tunc exiſtentis, frumentorum immiſſio facta fuit,
immunis, *vulg. l. licitatio*, §. *fiſcus*, *ff. de vectigal.* niſi
cimonii fieret, quo caſu fiſcus non eſſet immunis, Bar.
Ripa *lib.* 2. *reſponſor. reſpon.* 7. *num.* 17. in quo cadit etiam
C paria ſint ſi ob bellum, famem, & peſtem fiat, *ut ſup.* di
quod pro munitionibus, quæ pro defenſione civitatis pa
tur gabella, Imola *conſil.* 84. etiam ad vitandas vulgares ſed
Principis onus eſt per ea quæ Loffr. in *conſil.* 4. Sed omnibus
ſis, & quæ circa immunitatem civitati conceſſam, ampliſſimæque
legiis roboratam, quæ in tam ancipiti quæſtione interpretanda, ex
ultima & tertia ſententia veniret, in qua & fiſci & partium
ſunt jura, hæc tamen inter ea in dubium adduci poſſent
ligentia. Primo, mercaturam pluribus modis deteſtantur,
Luc. de Pen. in *rubr. Cod. negotiat. ne milit. lib.* 12. præcipit
ſonam nobilium, prout eſſent Decuriones Civitatis pro
D qui inde amittunt nobilitatem, *l. nobiliores*, & *ibi* Bald. *Cod.*
& *mercat.* unde multo magis remota eſſe debet à Vicerege &
bus qui ab eo deſtinantur ad frumenta comparanda, ac item
annonæ qui cum Decurionibus in urbe præeſt; qui eſſe ſolet
latere. Exercitium autem mercaturæ, licet in rep. neceſſarium
de Pen. in *rubr. Cod. negot. ne mil.* & per ea quæ Caſſan. in *Cat.*
conſiderat. 1. & 45. & negotiationem licitam ex cauſa neceſſit
Apoſtoli fecerunt, & non eſt interdicta, *extra ne cleri. vel*
vel ex cauſa pietatis ut tribuatur pauperibus & pupillis & vidu
eis, 88. *diſtinct. can. decrevit*, tametſi negotiatorum genus
turpe faciendum pronius, *l. juſtiſſime*, §. 1. *ff. de ædil. edi*

annonam, *l. annona, ff. de extraord. crimin.* & certis in locis non inquinat nobilitatem, ut per Caff. *ubi sup.* fit tamen frumentorum emptio & distributio jure magistratus & regio, nam officiales tenentur ipsi procurare conductionem victualium pro publica utilitate, ut late agit Par. de Put. in *tract. de syndic. in ver. Officiales non possunt*, & inter munera onus emendi frumenti connumeratur, *l. fin. ff. de muner. & honor. l. Lucius, ff. ad municipal.* Et hi, quibus ea cura demandatur, *frumentatores* dicuntur, prout latius exponit Germanus meus *hoc loco*, & Alberic. in *Diction.* erant enim in coemendo frumento curatores præpositi, *l. munerum civilium*, §. 1. *ff. de muner. & honor.* & hinc *sitonia* dicitur munus publicæ frumentationis *l. 2. in princ. ff. de vacat. & excusat. muner.* & *sitones* administratores frumentarii, *l. fin. ff. de administrat. rerum ad civit. pertin.* & fit etiam mentio in *l. 3. Cod. de compensat.* & tanti est hoc comparandi frumenti munus, ut Princeps immunitatem de eo dare non possit, *l. fin. Cod. de quib. muner. vel præstat.* Restaur *de Imp. quæst. 111 num. 44.* & nos diximus *sup. pag. 331. num. 1.* Eique invigilare præcipue est cura Principis, cum ad Præf. prætspectet triticias copias procurare, ad præfectum vero annonæ panis abundantiam, ut Cassiod. ait in *for. præfect. ann.* & alimonias vassallis impertire, ut *supra* diximus; quæ in pane quotidiano consistunt, de quo etiam in oratione dominica quotidie precamur Deum, *panem nostrum quotidianum* deprecantes; sicut & vasallus tenetur alere inopem dominum, ut ad paria judicentur, *l. si quis*, §. *solent*, *ff. de liber. exhib.* ex affinitate quæ est inter patronum & feudatarium, Isern. in *cap. licet, si de feud. fuer. contr. & quibus mod. feu. amitt. in prin.* Imo & Princeps imponit vasallis pretium in frumento vendendo tempore necessitatis, prout & hic est cautum pragmatica, quæ justificatur per Bartol. in *l. annonas, ff. de extraord. crimin. & l. 1. §. deficientium, Cod. de offic. præf. ann.* & puniri possunt, ut Par. de Put. etiam dicit in *tract. de synd. d. ver. Officiales non possunt, num. 1.* Et ex necessitate officii hæc perageretur mercatura, *l. moneta, Cod. de delator. lib. 10.* & quæ super hoc Par. de Put. in *tract. de syndic. in antiquis, fol. 222. num. 7.* quamquam mercaturæ nomen abesse debet; nam ob lucrum proprium & inter privatos mercatura principaliter nomen obtinet, non autem quæ ob publicam fit utilitatem, ut per eum *ibi*; & licet in objectum dicatur quod hæc praxis dispensandi frumenta non sit vera mercatura, saltem negari non potest quin sit negotiari, & negotium comprehendit mercaturam, *cap. foris, ver. negotium, de verb. sign. f.* Abb. in *cap. fin. num. 14. de vita & honest. cleric.* facit tex. in *l. fin. de pignorib.* & quæ Alber. de Ros. in *diction. suo, in verbo commercium*, adducit. Præterea, huic sermoni imponendo finem, cum multa hinc inde considerari possint, hoc unum omittendum non esse arbitratus sum, quod distributio frumenti pistoribus facienda post emptionem & immissionem, tot cum circunstantiis & regulis cum Præfecti annonæ interventu, est forma ex juris dispositione requisita & publicæ utilitati necessaria, à qua Imperatores eximi noluerunt, ut est *tex.* in *l. 1. Cod. de frument.*

A B C D

Digitized by Google

A *ment. urb. Conſtantinop.* ubi piſtoribus datur frumentum, [illegible] domibus annonæ exhibeatur; & pro his pecunia datur, ut [illegible] tur, & in alios uſus converſa pœnam dupli parit, *l.* [illegible] tandam corruptionem vetus prius frumentum quam novum [illegible] dum, *d. l.* 2. & *ibi* Gloſ. in *ver. mancipibus*. Hujus enim [illegible] & aliorum defectus inopiam creſcere facit, dicit *ibi* tex. in *l.* 1. [illegible] rationem parit finalem promulgationis dictæ legis, non [illegible] tura, dicitur enim *adminiſtratio*, non *commercium*. Unde [illegible] ex *d. l.* allegatur & ſummatur, quod *inordinata adminiſtratio* [illegible] rit; ad quæ etiam Caſſiodor. *var. lib.* 1, *cap.* 35. Et nihilominus [illegible] quæſtionis intimas conſiderare velimus, eſſet potius opificium [illegible]
B mercium, quo paterfam. pro familiæ alimonia, domi & [illegible] quod ad magiſterium piſtorum in panis confectione attinet, [illegible] id dici poteſt; cum etſi mercator ſit qui emit rem, & non [illegible] illam vendit, ut lucretur, *can. aut ejicians*, 88. *diſt.* Jaſ. in [illegible] §. *ſed & ſi quis*, ff. *de legat.* 1. Alber. in *l. uniuerſi*, *Cod. de* [illegible] ventan. in *tract. de mercat. par.* 1. *fol.* 4. Signorell. *conſil.* 98. [illegible] exemplum in iis qui emunt candelas & vendunt, an ii dicantur [illegible] an qui eas faciunt ex Jac. Reb. in *rubr. de negociat. lib.* 12. [illegible] quæ *ſupra* diximus; Artifex vero is eſt qui emit rem, & [illegible] illam vendit, ut cum emit ferrum & vendit enſem, *tex.* in [illegible] 82. *diſt.* unde datur differentia inter *mercatorem*, *negotiatorem* [illegible]
C *cem*, ex allegatis per Felin. in *prooem. decret.* & quæ Caſſan. [illegible] *par.* 11. *conſid.* 45. Poſtremo, Decuriones Civitatis ſunt regii [illegible] per annonæ genere, cum facultate pretium utenſilibus rebus [illegible] amplamque habent juriſdictionem ex Regis Ladislai conceſſione, [illegible] aliorum Regni Regum, atque ab Invictiſs. Rege noſtro Philippo pari [illegible] communicatam & auctam; quæ olim erat penes provinciarum præſides & annonæ præfectum: ponere enim pretium rebus utenſilibus pertinet ad præfectum urbis, *l.* 1. §. *cura carnis*, ff. *de offic. præf. urb.* & victus aſſiſa in victualibus, ſcilicet *annona*, *cap.* 1. §. *& poſt natale*, *de* [illegible] ff. *ad leg. Jul. de anno. l. fin.* ff. *de extraordinar. crim.* Iſern. in *d.* [illegible] *natale*: olim autem Epiſcopi erat hæc facultas, *l. fin.* §. *item* [illegible]
D *muner. & bon. cap.* 1. *de empt. & vendit.* Boer. in *dec.* 69. ut *ſup.* [illegible] *pag.* 316. Et his quidem Decurionibus, qui tempore dicti Regis [illegible] ſex erant nobiles tantum, id curæ erat & eis præcipue imponitur [illegible] ſemper in *graſſia* abundet, ut eſt legere in *capitulis civitatis* [illegible] oportunior forma hucuſque omni tempore recepta non eſt, niſi [illegible] hodie; num commercii & mercaturæ nomen habeat ambigitur. [illegible] veritas ex ſententiæ inde proferendæ eventu apparebit, quæ [illegible] habetur, *cap. cum inter*, *de judic. l. ſæpe*, ff. *de re jud.* præter [illegible] gata.

Num.

Digitized by Google

Num.18. Corpulentis autem equos adimebant. A

Sic & pinguis miles non eligebatur; cujus autem qualitatis admittebatur, jam diximus *supra* ex Alex.ab Alex. Et de Vespasiano legitur, gratias ei agenti ob præfecturam, male inspecto ob odoris fragrantiam cum miles erat, ait; *vellem oleo odorari*; & ob id revocatam reddidit. Et Venetiarum præfecto alteri militiæ gradum præfecti dum odoratum vidisset dixit; *aut remiga, aut fode*; cum militiæ sunt repugnantia, habes ex Jo: Bot. *de rat.stat.lib.9. in rubr. de discip.*

Num.25. Usus tamen destinandorum hominum.

B

Possunt cogi hi qui soliti sunt annonæ vacare, deficiente pane vel carne ad continuanda sua munera, & mercaturas, facit *text.* in *l.moris, ff. de pan.* ubi potest quis damnari ad negotiationis exercitium in eo quod facere scit; sicut alicui ne negotietur inhiberi, neve ad vectigalia publica conducenda accedant, ut ead. *l.* cavetur: idque à Regia Camera certis personis ne directe vel indirecte faciant, formidabili pœna injunctum est, nempe quæ perenni fraude convictæ antea fuerunt: quemadmodum si in civitate aliquod esset artificium necessarium introducendum, inviti cives ad id exercendum coguntur, *cap. super specula, ext. de magistr.* 23.*q.*1. *in summa. cap.quid ergo*, 11.*q.*3. *l.moris*, §.*sed damnare*, *ff.de pœn. l.semper*, §.*quibusdam*, *ff.de jure immun.* In iis autem, quæ ad vitæ communis usum pertinent, peccatum est laicis, nisi sibi ipsis fideliter operam dederint, *cap. te quidem*, *cap.sicut num.* 11.*q.*1. ad quæ cum aliis probanda Cassan.in *Catal. par.* 11. *consid.*32. C

Num.26. Necessitate vero urgente Domus regia frumentum dare tenebatur.

Clarior text. juncta Glóss. in *l.* 2. *Cod. de annon. civil. lib.* 11. de hoc Tiraq. in Alexand.ab Alex. *lib.*4. *cap.*23. Proinde Principes ad subveniendum subditorum necessitatibus, urgente fame, de suo emunt aliena frumenta, quo casu mercatura ipsis convenire videtur; ut discurrit Jo: Bot. D in *de rat. stat. cap. an regib. mercatura liceat*. Et certe tanta est famis licentia, ut ejus occasione delictum perpetratum pro delicto non habeatur; quo circa penuriæ tempore poterit quis pane carens, impune ei qui habuerit, vi auferre, ne fame pereat, Bart.in *l.*1.§.*cum eandem*, *ff.ad leg.Rhod. de jactu*, & panis, quem avarus detinet, exurientium est, Speculator in *tit. de instrum.edit.* §.14. *ver.item quod panis*: proinde compelluntur divites tempore famis frumentum vilius vendere, *l.*1. *C. ut nem. lic. in empt.spec. lib.*10. *l.si pendentes*, §.*sed etsi*, *ff.de usufr.* quod assolet in urbe observari pro ejus victu, Luc. de Penna in *l.*1. *C.de quib.mun. vel præstat. lib.*11. ubi de famis detestatione non pauca. Cæterum frumenti egestas

Digitized by Google

A ſtas ſemper dici poteſt adeſſe; idcirco prudentia in his opus eſſe videtur, ve provideatur, exemplo Joſeph qui futuram prævidens famem, frumenti copiam comparavit, ut eſt *Geneſ. cap.* 41. faciunt dicta Cicer. *lib.* 2. *rethor.* Senec. *lib.* 4. *de virt.* aliique adducti per Afflict. in *prag. de ciſ. ver. magnifice.* Hinc factum novimus ut decimæ inſtituerentur ex agris enim & novalibus decima ſeminum dabatur vectigalis nomine, & pauli modo aratores decimam frumenti Romanis præbere cogebantur, ut addunt Alexand. ab Alex. in *Genial. lib.* 4. *cap.* 10.

Unde panis ille gradilis dicebatur?

B Hodie Rex noſter, pauperibus qui in publica detinentur cuſtodia ob crimen, ſingulis in dies dat panem. Cujus ſumptus una conſummatus ad ſex millia nummum aſcendit annuorum. At certe onus eſt Principis compeditos pauperes educare, *l. judices*, *Cod. de epiſc. aud. can. paſce*, 86. *diſt. l. fin. Cod. de capt.*

Num. 27. *Publicum autem frumentum ſemper fuiſſe.*

Sempronius Gracchus legem tulit frumentariam, qua frumentum Populo Rom. ex publico diſtribuendum jubebatur, Pompon. Læt. in *lib. de legib.* imo & pecunia dicitur frumentaria, quæ publici frumenti coëmpa-
C randi gratia eſt collecta, *l. ideo condemnatus*, *ff. de compenſat.* Tiraqu. in Alexand. ab Alex. *lib.* 4. *cap.* 4. *ver. qui curam*, ubi multa allegat de præparando convehendoque frumento. Et Romanis aliquando Pompejus factus eſt omnis annonæ præfectus & proviſor, qui viginti viros ordinis Senatorii electos, per provincias viciſſim partitus eſt, & ipſe nationes undique percurrens, urbem frumento cæteriſque ad victum neceſſariis implevit, Liv. *deca.* 1. *lib.* 4. Alexand. ab Alex. in *Genial. lib.* 6. *cap.* 20. Sunt autem ad publicum frumentum conſervandum neceſſaria publica horrea, quibus nec Romani caruere, nec nos caremus, ut hoc loco indicat Germanus: in iis enim magis ſervatur frumenti bonitas, quæ vetuſtate non augetur, quemadmodum & vini, *l.* 1. *Cod. de condi. in publ. horr. lib.* 10. non enim plus trien-
D nio, ex legis conjectura, durare poteſt, Gloſ. in *l.* 1. *Cod. ſi adverſ. uſuc.* vinum autem vetus novo longe precioſius eſt, Pindar. *ode* 9. *Olymp. l. cum quid*, *ff. de reb. cred.* ubi in illam incidit Bart. quæſtionem, ſi tutor poſt Calen. Nov. ex vino veteri pupilli familiam alit, an rem gerat damnoſam, ex *l. jubemus*, *Cod. de erogat. milit. ann. lib.* 12. & multa in his addunt Coraſ. in *miſcellan. lib.* 3. *cap.* 12. Sane appellatione annonæ etiam vinum contineri ait Luc. de Pen. in *d. l. jubemus*: dictum eſt autem *vinum* quod ſota venas ſanguine cito repleat; veteres autem *venenum* illud appellabant, 35. *diſt. can. violentum*, *in fin.* venenum autem mutat omne adhibitum, *l. qui venenum*, *ff. de ver. ſignif.* vinum vero eſt letiferi ſucci, Luc. de Penna in *l. modios*, *Cod. de ſuſceptor. lib.* 10. At militaris annona quatter in caſtris

Digitized by Google

ſtris deferretur, habes ex *l. ſic ut fieri, Cod. de erogat. milit. ann.* aliquando autem duplicem dabat annonam militibus Imperator in premium, Alex. ab Alex. in *Gen. lib. 4. cap. 18.* Sed & de frumenti excellentia, & quod Campanum & Appulum ſit præſtantius, item & de panis genere atque origine, multa habes ex eodem, *lib. 5. cap. 21.* Profecto eſt annonæ invigilandum, cum multas ob cauſas, tum ad vitandas populares turbulentias; pauperes enim populares in numero, homini potentiam quærenti ſunt cohibendi; etenim egeniſſimus quiſque importuniſſimus eſt, nempe cui neque ſua cara ſunt, cui ſcilicet nulla ſunt, & omnia cum pretio vel ſine pretio honeſta videntur; Unde ad evitandam publicam turbulentiam vel ſunt ad colonias mittendi exemplo Spartanorum de parteniis, vel ad bella, vel de facto expellendi, vel occaſiones ex artibus vivendi illis præbendæ, prout in fabricis Cæſar obſervavit. Et Veſpaſianus cum aliquando ipſi modus proponeretur parvo ære exportandi columnas, non probavit, propterea quod plebi non conſulebatur, ut refert Jo: Boter. *de rat. ſtat. lib. 4. cap. de pauperib.* Quapropter Aragonenſes Reges argenti fodinas exercendas juſſiſſe leguntur, tametſi nihil inde compendii exceperent, ut plebi exercendi occaſionem præſtarent. Quinetiam majores noſtri tradebant, eos ipſos Reges, cum populares quietem deſicere vidiſſent, quod artificiis carebant unde ſibi victum quærerent, regali pietate motos vel ludos exhibuiſſe vel alias exercendi occaſiones excogitaſſe, quo plebi exercitium & lucri cauſa offerretur. Ad quæ confert ſententia Aitoni in *lib. de Tartaris, cap. 26.* inſerto *in vol. Novus orbis*, contra avarum, qui cum vicinis ſtipendia non præbuiſſet, auro & gemmis ſuo eſui deſtinatis, mortem infœlicem paſſus eſt. Et certe ars loco alimoniæ capi poteſt, cum nemo arte ſua privari debeat niſi ex delicto, *l. moris, ff. de pœn.* alioquin necari cenſetur; idque aliquando reip. expedire intelligitur, ut excellens in arte non debeat mori, *vulg. l. ad beſtias, d. tit.* ubi, ſi ejus roboris vel artificii ſint, ut digni populo Rom. exhiberi poſſint.

Num. 28. Tandem recte forſan reip. conſuleretur ſi hominum alluvioni undecunque huc confluentium obviaretur.

Pericles Athenienſibus dinumeratis, cum quinque exterorum millia comprehendiſſet, ceu mancipia vendidit, ut auctor eſt Plutar. in *Vita* ipſius. Romæ quoque Lege Apuleja cautum erat, ut abſque populi decreto aliqua in regione eſſe non liceret; & peregrinæ nationis homines gentilia Romanorum nomina aſſumere prohibebantur, ne miſcerentur mores & contagio induceretur, Alex. ab Alex. in *Genial. lib. 4. cap. 10.* late, & Spiegell. in *lexic.* licet externis aliquando fuerit imperium traditum, qualis Trajanus fuit; quæ autem prima hoſpitiorum amice fuere, habes *ibid.* ab Alexand. idcirco fame in civitate hac exiſtente merito exterorum expulſio proceſſit, anno 1592. Proinde exteris non datur facultas bona acquirendi in Regno, ex *rubr. C. non lic. habitator, metrop. lib. 11.* ad inſtar ſervo-

Digitized by Google

A rum & usufructuariorum ut opera Regis acquisita, ejus beneficio cedant, & ex bonis Regni præsumuntur, Gul. de Bened. in *repet. cap. Raynutius*, in *ver. & uxorem, num.* 1042. Et an Rex succedat his & peregrinis & scholaribus transeuntibus per Regnum visitandi gratia limina Apostolorum, habes late ex Rebuffo in 2. *to. constitt. Gall. rubr. de liter. not. in gloss.* 4. Quod quidem pro faciliori castrorum custodia ab exercitus Duce aliisque tribunis exhibenda, ut per paucos servari possit, illorum magnitudinem minui jure fit, & bellicis in rebus notatu digna sunt, *l.* 2. §. *interea*, *Cod. de offic. præf. præt.* Nuper etiam absque licentia Regis exteri non emunt feuda nobilia ut à Januensibus. At certe ex institutione Catholica peregrini in protectione sunt; & ad Urbem causa devotionis accedentes vel Inde re-
B cedentes, molestari non possunt, qnique id egerint excommunicationis pœnæ subjiciuntur, Steph. Aufrer. *de potest. eccles. super laic. & reb. eor. ca.* 136. *fol.* 144.

Et Cicero de lege Papia meminit.

Lex Papia cum in desuetudinem ire paulatim cæpisset, multis capitulis ab anterioribus Principibus emendata legitur & restaurata, *l.* 1. *Cod. de caduc. toll.* de qua meminit & Pompon. Læt. & Spiegell. in *lexic. fol.* 293. Et ob id sunt civitates pro numero incolarum condendæ, nec nimiæ magnitudinis, ut majore numero defensorum egeat, sed ut potius per pau-
C cos servari valeat, *l. in nomine*, § *interea*, *Cod. de offic. præf. præt. lib.* 10. & in *auth. de referendar. in princ.* & §. *volumus*, *cap. cum M. de constit.* cum aliis adductis per Luc. de Pen. in *l.* 3. *Cod. de quib. muner. vel præstat. nemi. lic.* eod. *lib.*

Ne agrorum cultus turbaretur:

Adde *l.* 1. *ff. de pignor. ibi, vel vinearum cultura turbarentur*. Unde Nabuchdonosor capto Rege Zedechia, omnique ejus exercitu prostrato, agricolas, boves & alia in fundis existentia in pace reliquit. Et apud Indos belli tempore nulla in re agricolis nocebatur, Diodor. Sicul. *lib.* 3. *Arnulf.*
D *de jur. regal. privil.* 54. ultra Gulielm. de Bened. in *cap. Raynutius*, *in ver. uxorem*, *num.* 905.

Jure revocanda ea lex veniret:

Bald. in *l.* 11. *Cod. de caduc. tollen.* ait quod *lex uno tempore bona, alio secus esse potest*.

Huc vero & per terram & per mare cunctis patent portæ:

Huc faciunt quæ de contributione ab universo regno facienda consuluimus supra ad hanc Civitatem ab ære alieno exonerandam; etenim ob annonam

nonam comparandam id contraxit, ad commodum totius regni, & A
coemptiones extra regnum fecit, & viliori etiam pretio panem insumpsit; non enim debet una civitas prægravari, de quo Capyc. in *invest. feud. in ver. Collecta fol.*117. Et an cives inviti à civitate solvant collectas, vide per eundem ibi: & certe Neapolitani non solvunt collectas, quia fuit imposita gabella *boni denarii*, remissa *collecta*, & tempore Iserniæ solvebatur, Isern. in §. *habita*, *de stat. & consuetud. advers. libert. eccles.*

Sublata potestate ædificandi in suburbiis.

De ædificiis & domibus late Cassan. in *Catal. par.*12. *consid.*72. At
vero ædificia quæ in mari fiunt nullum recognoscunt superiorem: etsi fue- B
rint civitates, nedum erunt exemptæ ab imperio, sed eam habent potestatem, quam Imperator in orbe, Bar. in *l. infames ff. de publ. judic.* Bald. in *l.*1. *in fin. ff. de hæred. vel act. vend.* Socc. *consil.*81. *vol.*1. Curt. jun. in *tract. de feud. par.*2. *col.*24. Sed certe Principibus tantum competit habere palatia in civitate, Cassan. in *Catal. par.*5. *consid.*22. *num.*17. Isern. in *tit. quæ sunt regal.* & multis Regibus publice assignata fuere, Alexand. ab Alex. in *Genial. lib.*3. *cap.*6. Unde olim erant *Ædiles ædificiorum publicorum & privatorum*, sic dicti quod ædes sacras & privatas procurabant, Fæst. *lib.*1. Alexand. ab Alex. *lib.*4. *cap.*4. Germanus meus in hoc *lib. c.*8.
& altius tollere ædificia non cuique licitum erat, *l. altius*, *ff. de servitut. urban. prædior.* nisi ad æmulationem vel religionis potestatem; quemad- C
modum olim cura decemvirum erat ne aspectus publicus deformaretur, sed diruta ædificia instaurarentur, *l. ad curatoris*, *ff. de damn. inf.* Coras. *Miscell. lib.*3. *cap.*6. At à palatiis Principis ædificia privata procul esse debent, *l. ædificia*, *Cod. de operib. publ.* sicut & à muris civitatum, *l. sanctæ*, §. *muros*, *ff. de rer. divis. Institut. eod.* §. *sanctæ*: sunt enim *sancti*, & propterea pœna capitis est constituta in illos qui eos trascendunt, de quo exemplum affert ibi Jurisconsultus de Remi infelici sorte: profecto sine Præsidis auctoritate nemini licet in iis quicquam facere, *l. omnes*, *Cod. de operib. publ.* An autem eorum *constructio* atque restauratio Principis ære, vel Universitatum sit facienda, sæpe numero & in Reg. Camera, & in Sac. Con- D
silio hæsitatum, atque decisum fuisse compertum habemus: præcipue vero
nostræ urbis exempla intuendo illud notum est, quod pro ejus muris erigendis impositæ fuere nonnullæ gabellæ, ut testantur illius *capitula fol.*44. *in vet.* imo ex Regis cathol. sanctione toti Regno ea de causa impositi fuere *dericus*, causaque expressa his verbis, *por ser ella la llave y cabeça de aquel*, ut in *dictis capitt.* legitur *fol.*74. Cui rei & urbis fortificationi certa fuit assignata pensio, quæ ad id opus distribuitur, prout necessitas suadet à sex Deputatis, quinque scilicet ex quinque sedilibus, & altero ex populari platea, cum interventu unius ex Collaterali Consilio. Sed certe in dubium id verti posset, cum tributa Principi solvantur ut civitates muniat atque defendat & justitiæ cultum protegat & gubernet, 23. *qu.*8.

Digitized by Google

A *can. tributum, auth. ut judic. fin. quæ suffr. §. cogitatio, & de judic. §. ut autem, vers. volumus, & vers. præterea,* & late firmat Luc. de Pen. in *l. annonas, Cod. de erogat. milit. ann.* prout aliquando deductum fuit in controversiam ab Universitate Bari & serenis. Regina Apolloniæ in Sac. Consilio: quod novi ex allegationibus Marii Surgentis olim mei germani, quem d. Universitas in suum patrocinium advocavit, cujus memoria ob ejus eximiam virtutem ad se me identidem revocat; inspectis in adolescentiæ flore inter primarios suæ ætatis causarum patronos non ultimum sibi vendicavit locum, quod cum sua Majestas præsensisset, inter alia in eum collata munera, quæ alias nominavimus, in Judicem Magnæ Curiæ Vicariæ eum sibi cooptavit, ad altissimas dignitates proinde dubio evo-
B catura, nisi præacerbior fuisset à morte præreptus; vita ei enim functus vixdum vigesimum octavum peregisset annum MDLXI. V. Nonas Octobr. quod *supra* cum memoriæ tunc non suppeteret, interminate scripsi *pag.* 296. *in fin.* Inter innumeras itaque in synodalibus causis ab eo scriptas allegationes, & istæ leguntur, ac item decretum inde latum ejus manu scriptum: in quo inter alia sancitum est, *ut salvo jure præstito per Universitatem, in totum teneatur Regina.* At cum in Urbe tributa Principi non solvuntur ex tot ampliss. & notoriis privilegiis, unde nil mirum si Princeps eo nexu eximitur. Sed quod ad instructionem viarum & pontium etiam domus Augusta est obnoxia, *l. ad instructionis, Cod. de sacros. eccles.* non tamen murorum ædificiis, *l. fin. Cod. de quib. munerib. patrim.*
C *lic. se exc. lib.* 10. *& de annon. & tribut. l.* 1. quæ adducit Glo. in *dict. l. ad instructionis in ver. titulo.* Nunc vero in Reg. Camera, delatis fraudibus commissis in fortificatione urbium Piscariæ & Civitellæ, invigilamus pro eo quod interest, etiam contra hæredes elocatorum sive partitariorum, an scilicet interesse appareat ex magisterio non probo, vel ex falsis mensuris, vel si plus debito accepissent; quod interesse veniet ex pecunia retenta, & imprimis si tempora largiuntur, cum post decimumquintum annum omnis sileat actio, *l. omnes, Cod. de operib. publ.* si bona fides, ex mensorum in curia interesse excusatur, *tot. tit. si mens. fals. mod. dix.* Et ubi in quadruplum ex juris dispositione liquidatum sit interesse late deduxi *supra in adnotat. ad cap.* 16. *num.* 25. quæ ex tribunalis religione perspicue, ut
D decet, veniunt indaganda, ne hisce status negotiis, fraudibus locus detur. Quod judicium pendet item de fabricis Civitatis Aquilæ; quarum fraudum ex fisco deductarum inquisitio est mihi commissa. Quibus consequens esse potest, quod cum nonnullis Regni Universitatibus super his hæsitatum fuit in Reg. Camera, quarum aliquas hic recensere non piget. Nam cum urbis Trani mœnia essent restauranda, ne mora in his periculum pareret, ære fiscali jussum est faciendum, me referente & in Reg. Camera & in Collat. Consilio, prout & Lypari & Hydrunti eadem ratione factum fuit. Sed renuentibus Civitatibus Monopoli & Callipoli, ac per justitiæ tramites se tueri volentibus, fuit lite pendente, per Reg. Cam. decretum, ut ad earum onus explerentur, dato termino in petitorio: perfecto autem ab eis

opere

opere, fiuerunt in prosequendo judicio petitorio. Quæ omnia ex pluribus consultationibus in Reg. Camera relatis, & ex proxima de Civitate Trani, cujus causa est mihi commissa, perspexi. Enimvero Principem in reparatione & restauratione publicorum munerum, obnoxium esse contribuere, habes ex *tex.* in *l. instaurationi*, *Cod. de divers. prad. urban. & ibi* Luc. de Pen. & in *l.* 1. *Cod. de quib. munerib. vel præstat. ver. octavo quæritur*. Atqui à Principis contractu dolus semper abesse præsumitur, *l. probatorias*, *Cod. de divers. offic. l.* 1. & *ibi* Bart. *Cod. de prad. curial. lib.* 10. Rest. *de Imperat. quæst.* 110. *privil.* 184. Super his autem pluries *Expertorum* judicium fuit adhibitum; ex quo sententia sequuta satis est inventa erronea, ac dubitatum num vires rei judicatæ retineret, per ea quæ not. in *l.* 1. *Cod. de err. calc.* & in *l.* 2. *Cod. de re jud. l.* 1. §. 1. *ff. quæ sentent. sine appell.* Ex temporis tamen longitudine, quæ delicti persequutionem debilitat, *l. si diutino*, *ff. de pan.* quod corporalem potuisset parere pœnam, *l. si operis*, *Cod. eod.* & contra hæredes, quos lite contestata quantum ad eos pervenit conveniri fas est, *l.* 1. *Cod. de delict. defunct.* licet ob pecuniam fiscalem retentam de residuis actio oriretur, ut late deduximus in *adnotat. ad cap.* 16. Etsi ob mensoris incuriam vel dolum omnino sint obnoxii per ea, quæ Glos. magistral. in *d. l.* 1. *Cod. de err. calc.* habet; & ex facti serie difficilius enucleanda ex diutina Reg. Cameræ occupatione, causam dubiam fiscus cum arbitratus esset, prout litis eventus assolet, qui casus reputatur etiam fortuitus, ex vulg. jurib. ad transactionis remedium nunc devenit; quæ consulto Vicerege cum Collat. Consilio ex eadem Reg. Cam. explicanda venit: ubi tamen Regis, ne ipsius requiratur assensus satis *supra* diximus in *adnot. cap.* 18. *pag.* 203.

Quid autem in portuum constructione servandum, nam & ipsi publici sunt, *l. nemo*, *ff. de rer. divis.* §. *flumina*, *Instit. eod.* imo & de regalibus, *cap.* 1. *quæ sunt regal.* Principis ne ære, an Universitatum sint construendi & reficiendi in tract. nostro de *Regalib.* exponemus. Et jam causa est in promptu pro reficiendo communiendoque portu hujus Civitatis, qui cum alias, tum præsertim his diebus fuit statio eo malefida navibus, ut non leve damnum iis intulerit: quapropter ad eum instaurandum, quod Prorex optime jam constituit, consulenda venit Reg. Cam. & quid ea inde decernet producemus.

Omnes cum suis familiis ad Civitatem convolant.

Quemadmodum & exteri, qui cum ex Electorum Civitatis, qui septem sunt, incluso plebis tribuno, privilegio in civilitatem facilius alliciuntur; quæ facultas ex priscis Regiis *gratiis* in *Urbis capitulis* contentis, eis est tributa, qua alias gaudere non possent, *l. cives*, *Cod. de incol.* ut *per allectionem ibi*. Sed non ita in nobilium sedilia, ipsa etiam sedilia vaient reluctantibus novissimis sacris jussionibus: ex quo privilegio in numerum Regentium ex platea populari alliciuntur, pro tuenda quidem rep.

ultra

Digitized by Google

A ultra justitiæ atque pacis præsidium: annona autem præcipua est cum pannis copia populum hilarem reddit, ut habes ex Joan. Boc. *de rui. fiit.*

Quos quidem abolitis eorum delictis:

Remedium ne bannitorum alluvio concrescat, *l.* 1. *Cod. de irenarch.* ubi ad provinciarum tutelam, quietem & pacem per singula territoria sunt constituti, & facit tex. in *l.* 1. *ff. de offic. præf. vig.* sic per singula tenimenta quinque sedilium, quæ Civitatem totam repræsentant, hoc idem nobiles sediliarii cunctis in portis, ubi de publico discrimine verentur, custodes constituuntur, quod in *lib. de sedilib.* late narrat Frater. Et incursio
B hostium & prædonum juste facit Regnum collectarum oneri subditum, si Rex ob id in necessitate sit, Bald. in *l. ex hoc jure, ff. de justit. & ju.* Capyc. in *investit. feud. in ver. collecta*. Hodie ex *nov. pragm.* ab Illustriss. Comite Olivaris Vicerege edita consultum est reip. ac bannitorum molestiis occursum, ubi propinqui, & provinciales illos exhibere coguntur ac damna ab illis illata resarcire, qua de re in nostris *Regalib.* fuse dicemus. Et in Francia constitutus est proprius militum numerus ad profligandos bannitos, ut author est Cassan. in *catal. par.* 9. *consider.* 11. idcirco intermitti non debet militare exercitium, cum eam ob causam purgatur resp. latronibus aliisque criminosis, perinde ac medicina corpus infectum.

SUMMARIUM

CAP. XXV.

1 *Legare quid sit.*
Legati cur dicantur, qui ad alios alterius nomine eunt, eod.
2 *Oratores cur dicti Legati.*
3 *Legatorum duo genera.*
Legati honorarii, qui fuerint, eod.
Legatio libera sive honoraria abrogata, eod.
4 *Legati sancti & inviolabiles sunt: & inde de hac re, aliqua.*
Legatis qui ab hostibus occidebantur, statuæ publice dicabantur, eod.
5 *Legatorum Roman. insigne, Verbena erat, & quare; in pace vero tractanda, erat ramus olea, &* num. seq.
Verbenarius legatus, qui dicebatur, eod.
6 *Legatorum Græcorum insigne, Caduceum erat.*
Caduceum quid, & quare pacis erat argumentum, & cur Mercurii insigne, eod.
7 *Legati Græcorum ubi hospitarentur, & quid illis edendum apponeretur.*
Maza quid sit, eod.
Prytaneum quid esset Athenis, eod.
Legati Romæ in æde Saturni hospitabantur, & quomodo reciperentur, eod.
8 *Legati quomodo reciperentur, post declinatum Imperium, à Græcis Imperatoribus.*
9 *Orator quis proprie esset.*
Legati apud Romanos à Fecialibus

Digitized by Google

bus constituebantur, quatuor numero, eod.

Feciales, qui, eod.

Legati quot esse debeant, eod.

10 *Orator non tenetur hostes revereri.*

Nuncius quis dicatur, eod.

Viatores, Cursores, Statores, Apparitores, Magistratus sunt ministri, eod.

11 *Internuncius quis sit.*

12 *Principes publice audientiam praestare debent.*

13 *Subditi non tenentur quærere Regem extra regnum, nec litigare, & quare; &* num. 25.

14 *Principem adire per saltum, quibus concedatur.*

Regi ad suum regnum adeunti, sunt mittendi obviam Legati, eod.

15 *Nobiliores semper præferuntur.*

Vicerex qui Neapolim mittitur, prius appellebat Gajetam, nunc Puteolos, & ibi à Legatis Civitatis recipitur, eod.

16 *Viceregis Neapolim ingredientis ritus & pompa.*

17 *Vicerex antequam ingrediatur, nec publice, nec privatim est visendus*, eod.

Vicerex cum ingreditur à quibus recipiatur, eod.

18 *Viceregis ingredientis ordo.*

Viceregis ingressus, ideſt captio possessionis in Metropolitana, fit Ecclesia, & qua solemnitate fiat, eod.

19 *Legatis ex publico est subministranda pecunia.*

20 *Legati à Civitate Neapoli ad Regem mittendi quomodo eligantur.*

21 *Vicerex prohibere potest Civitatem ne mittat legatos ad Regem.*

Forma, eod.

Quæ sunt de forma adimplere debent, eod.

22 *Barones absque Viceregis licentia concilium inire non possunt.*

23 *Regnicolæ non possunt ire per saltum ad Viceregem.*

Collegia omnia absque Principis authoritate sunt prohibita, eod.

24 *A Legatione nemo potest se excusare, quia est munus publicum.*

Legationi decernendæ quot circunstatiæ requirantur, eod.

25 *Scribere ad Regem absque Viceregis licentia, Civitas non potest.*

26 *Magistratus à Principe fluunt tanquam rivi à fonte.*

Princeps omnes causas ad se potest evocare, eod.

27 *Paritas votorum quomodo terminanda de jure.*

Paritas votorum in materia gratiosa finitur ex Principis gratificatione, eod.

28 *Paritas votorum Magistratuum singulorum tribunalium Neap. quomodo finiatur.*

29 *Paritas suffragiorum Nobilium Neapol. quomodo dirimatur.*

30 *Præfectus prat. quare fuerit Imperatori adjunctus.*

31 *Vicerex an possit sibi substituere aliquem, si Neapoli discedere ipsi contingerit.*

LE-

Digitized by Google

LEGATOS GENTIUM VERACES EXPLET ORDINATIONIBUS SUIS, ideſt, ordinat, ut Legatis, qui ad Principē mittuntur, à gentibus provideatur, quacunque tranſierint, de rebus omnibus ad iter conficiendum neceſſariis. Cujus Ordinationis formula habetur apud eundē Caſſiod. *lib.* 7. hac ſerie: Quis dubitet utilitatis publicæ intereſſe rationi, ut quibus nos conſtat dona conferre, nullam videantur itineris moleſtiam ſuſtinere? quando nec vobis morarum detrimenta faciunt, & illi ſe bene habitos fuiſſe cognoſcunt. Atque ideo humanitatem ſubter annexam, & equos ad definitum numerum, illius Gentis Legatis ſine aliqua tarditate præſtabitis, quatenus ad ſedes ſuas irremunerati non debeant pervenire; quia feſtinantibus gratior eſt celeritas in redeundo, quam quælibet munerum magnitudo. At certe quid dare cogerentur Legatis Civitates, qua tranſirent (quod quidem pro Legatorum numero definitum erat) in calce hujus formulæ adnotabatur, quod ex illis verbis liquet: *Atque ideo humanitatem ſubter annexam, & equos ad definitum numerum illius Gentis Legatis ſine aliqua tarditate præſtabitis*. Dicti ſunt autem *Legati* à *legando*, quod inter cætera, *propriam authoritatem alicui demandare* ſignificat. Unde qui alicujus vicem gerunt, ideſt Vicarii, *Legati* dicuntur, quos vulgus *Locumtenentes*, appellat; cujuſmodi erant olim apud Proconſules, apud Imperatores exercitus, & ſimiles: & hos *fiduciariam operam* obtinere, dixit Cæſ. *lib.* 2. *de bello civ.* propterea quod præſente eo, cujus eſt Legatus ſive Locumtenens, cedere eos oportet. Et quia qui ad aliquem mittuntur, vel à Regibus, vel ab Univerſitatibus, vel à quibuſcunque corporibus, plena eorum authoritate funguntur, à quibus miſſi ſunt, uſu venit ut *Legati* dicerentur. Qui & *Oratores* dicuntur, & olim *Adoratores*, vel quod aliorū negotia gerunt, pro quo uſurpabatur antiquitus *Adorare*, ut inquit Feſtus; vel *maxime* quod orant apud eos, ad quos legantur; ideſt habita oratione rationem ſui adventus exponunt: & horum munus *legatio* dicitur. Certe autem Legatorum duo erant genera, alteri qui honorarii tantum legati erant, & *titulo tenus*, inquit Bud. *legationi fungebantur*; alteri qui re vera legationis munus obibant. Honorarii legati erant ii, qui legati nomen impetrabant cum in aliquas partes ituri eſſent negotii proprii gerendi cauſa, utputa ſi hæreditates adituri, aut legata proſequuturi, aut nomina debitorum exacturi, vel quid tale facturi eſſent: idque faciebant quo facilius talia expedirent negotia, ut qui tanquam legati habebantur. Quod quia fraudi vertebatur, lege XII. tab. vetitum fuit his verbis: REI SUÆ ERGO NEQUIS LEGATUS ESTO. Quod legationis genus, quia ſociæ gentes ob ejuſmodi Legatorum inſolentiam, grave ferebant, Cic. cum eſſet Conſul delere tentavit, ut ipſe dicit, *lib.* 2. *de legib.* at quia Trib. Pleb. interceſſit & obſtitit, non potuit: ſaltem fecit, ut annuæ tantum concederentur, cum prius perpetuæ eſſent. Et hæ quidem *liberæ* dicebantur *legationes*; Ulp. *ff. de legationib. Qui libera*

Digitized by Google

ra, inquit, *legatione abeſt, non videtur Reip. cauſa abeſſe: hic enim non publici commodi cauſa, ſed ſui abeſt.* Cic. *contra Rull. Legatos veſtros auctoritate tenui, qui rerum privatarum cauſa, legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre vix poſſunt.* Et *ad Attic. lib.* 15. *epiſt.* 6. Habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Julia, nec facile addi poteſt. Honorius tandem eas penitus abrogavit, ut eſt in *l. quoties, Cod. Theod. de legation.* Vide Bud. in *d. l. qui liberæ.* Alteri Legati erant qui, re ipſa, publice legabantur. Hinc eſt quod addita eſt in hac form. dictio VERACES, ut ſcilicet innoteſceret Præfectum Præt. explere Legatos veros tantum, non autem honorarios, & rei ſuæ
4 cauſa conſtitutos. Porro Legati *ſancti* ſunt, ideſt ab injuria hominum defenſi atque muniti, *l. ſanctum, ff. de rer. diviſ. l. fin. ff. de legation.* Gato: *Caduceatori nemo homo nocet*; ſuntque Caduceatores Legati, ut mox dicemus: unde & vulgo dicimus, *Legatus non luit pœnam.* Pollux, *lib.* 8. *cap.* 31. ἄσυλοι δὲ ἦσαν, καὶ ἐξῆν αὐτοῖς πανταχόσε ἀδεῶς ἰέναι, ideſt: *intacti erant, licebatque ipſis quocunque ire impune*: quod intantum eſt verum, ut juſte iis indicatur bellum, qui Legatos injuria affecerint, 2. *Reg. ca.* 10. 11. & 12. Et qui Legatos hoſtium percuſſerit, tradendus eſt puniendus ipſis hoſtibus, quorum ſunt Legati, *l. ult. ff. de legation.* Luc. de Pen. *l.* 1. *num.* 30. *Cod. eod.* ubi de legatis multa. Iis enim videtur facta injuria, quorum legationem funguntur, 2. *q.* 7. *can. accuſatio, in fin.* Etenim præſumuntur grati illis, qui eos mittunt, *cap. apoſtolicæ, de re jud. l. fin. Cod. de ſacroſ. eccl.* Et legatis donatio facta, an ipſorum contemplatione facta cenſeatur, an autem eorum à quibus legantur, exponit Bar. in *l. ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* & in *l. ſi vero, §.* 1. *ff. ſol. matr.* Alber. in *l. qui proprio, §. ut in cæteris ff. de procurat.* Et quanquam Legatorum jus ſacroſanctum eſſe, & inviolabile diximus, adeo ut inter hoſtium tela, & bella incolumes ſervarentur, *d. l. ſanctum, de rer. diviſ.* Liv. *lib.* 29. Alex. ab Alex. Et Tiraq. *lib.* 5. *ca.* 3. Et Legatos S. Pont. etiam excommunicationis munimen contueatur; ſunt enim excommunicati qui illos offendunt, ſecundum Speculat. & Navar. in *tit. de Legat.* Etenim ſunt Legati reverenter recipiendi, *l. inter, Cod. de ſum. tri.* quandoquidem qui eos mittit, videtur ire per illos, 8. *q.* 1. *can. qui vos*, 2. *q.* 7. *can. accuſatio, l.* 2. *cum ſeq. Cod. de ſtat. & imagin. lib.* 10. 1. *Machab.* 14. tamen Legatos frequenter occiſos legimus, ut Legati Romanorum à Vejentibus, Liv. *lib.* 4. alias à Fidenatibus, alias à Teuca Illyriorum Regina, Plin. *lib.* 24. *cap.* 6. quibus quidem à Romanis, tamquam pro Rep. injuria cæſis, ſtatuæ publice dicabantur, *l.* 2. *§. Servius, ff. de or. jur.* Liv. *lib.* 3. Plin. *eo. lib.* Et tempeſtate patrum noſtrorum, Legati Franciſci Gallorum Regis ad Venetos, fuerunt à Cæſarianis interempti. Aliquando etiam ab ipſismet Legatis jura gentium violata fuere, ut de Rom. Legatis adverſus Gallos tradit Liv. *lib.* 5. & contra, de Gallorum adverſus Romanos, idem *lib.* 21. In cujus rei ſignum, ideſt, ut co- 5

Digitized by Google

gnoscerentur esse legati, & proinde sancti, *sagmina* ferebant, à quibus *sancti* nomen deduci maluit Marcianus in *d.l.sanctum*. Festus autem *sagmina* à *sancio*, non contra, dici author est, quod scilicet è loco sancto excerperentur, & *sanctum* à *sanciendo*, idest confirmando, sive potius constituendo, deducit, quod magis probatur. Sunt autem *Sagmina*, herba quæ *Verbena*, vel *Verbenaca* dicitur; quæ, quia sacris adhibebatur, sacra & religiosa dicta fuit, & Græci *Hierobotanem*, idest *herbam sacram* appellant. Hanc cum sua terra evelli solitam ab arce ait Plin. *lib.22.ca.2. & lib.25.cap.9.* At Festus non evelli ipsam, sed secari à Consule vel Prætore suetum ait. Non autem singuli Legati Verbenam ferebant, ubi plures simul mittebantur, sed unus ex iis; qui ex ea, *Verbenarius* dicebatur, Plin. *loc. notato*, Liv. *lib.1. ab ur. cond. lib.10. de bello Pun.* gestabant & anulum aureum, 6 Plin. *lib.33. cap.1.* Græcorum autem Legati non Verbenam, sed Caduceum ferebant, *d.l.sanctum*: sed eo non quibusvis legationibus, sed in iis tantum quibus pax offerebatur vel petebatur, utebantur, Plin. *lib.29. cap.3. prope finem*, Liv. *lib.8. ab ur. & de bello Pun. lib.6.* sicuti & Rom. Legati in pace tractanda ramos olivarum gerebant. Virg. *lib.11.*

Jamque Oratores aderant ex urbe Latina.
Velati ramis oleæ veniamque rogantes.

Erat autem *Caduceum*, vel *Caduceus*, authore Suida, virga duobus anguibus mutuo sese complectentibus & inspicientibus obligata, Mercurii insigne fuisse volunt, quod is Deus eloquentiæ dicitur, Deorum Nuncius sive Legatus. Legatum autem eloquentem esse oportet, ut mandatam rem & ornate exponere & persuadere possit. Vide Phurnutum, sive Cornutum, *de nat. Deor.* & sapiens est mittendus Legatus, Cassiod. *lib.2. cap.6.* Anguium vero complexu, efferatorum concordiam significari ait Plin. & proinde in pacis argumentis usui esse. At Jul. Pollux *loc. prænotato*, nullam in iis differentiam ponens, Caduceum Legatorum insigne fuisse dicit; ubi & in Prytaneo Legatos hospitio recipi soluisse, subdit apud Athenienses. Vide Polyb. *lib.3.* & Interp. Thuc. *lib.1.* Sane vero Prytaneum, Curia erat Magistratuum, idest, ubi jura reddebant summi Magistratus: dictum ἀπὸ τῦ πρυτανιύειν, quod Magistratum gerere significat: ibique ex publico alebantur, qui de Rep. bene erant meriti. Et is honos maximus habebatur, Cic. *lib.1. de Orat.* ubi id non dissimulandum, in Prytaneo parcissime vesci solitos: sane ibi vescentibus ex lege Solonis, ob antiquæ vitæ institutæ memoriam, aliud non apponebatur quam *Maza*: quæ quid esset, varie interpretatur. *Maza* panem hordeaceum fuisse dicit; Suidas aliter, & aliter Athen. Varinus omnem cibum ex pane, liquore aliquo confectum, *mazam* appellat. Alii panem nauticum putant, quem *biscottum* nominant: idque magis mihi probatur, non quod panem ipsum nauticum, sed illius fragmenta & reliquias intelligam; navali vocabulo edoctus, ubi ejusmodi fragmenta,

Alii-

Digitized by Google

Mazamam, & *Mazamoram* appellant. Festis tantum diebus panem apponebant. In festo vero Castoris & Pollucis quod ipsis erat solemnius, ut quid optimum apponerent præter panem, apponebant caseum, oleas edulcatas, vel potius deciduas, & porra, ut auctor est Athen. *dipnosophist. lib.4.* Apud Rom. autem, Magistratus omnes minores majoresque, Legatis obviam fieri extra urbem fuit moris. Et, si essent aut socii, aut fœderati, aut de Republ. benemeriti, liberali viatico, & rerum omnium copia, apparatis etiam epulis per oppida, & per municipia, honorari solebant: quod hodie cum S.Pont. Legatis observari novimus. Lapsu autem temporis, cum ab ultimis quibusque gentibus Legati ad Romanos mitterentur, & Popul. Rom. tot commeatibus non sufficeret, hujusmodi sumptibus sublatis, in Ædem Saturni recipi cautum fuit, ibique apud Præfectos ærarii nomina dare literisque scribi jussi: cum vero commodum fuisset, singulorum postulata Senatui dabantur. Quod si incogniti Legati ad Urbem accedere nunciarentur, primo quidem exploratores ad eos quid vellent rogaturi, mittebantur; dein minores egrediebantur Magistratus, tum demum Senatus extra Urbem illorum postulata noscebat, prout copiose explicat Alex. ab Alex. & Tiraqu. *Genial. dier. lib.2. cap.2.* Certe hinc mira Regis nostri humanitas clarescit, qui quibuscunque Legatis ad ipsum adeuntibus, jucundam sui copiam facit, & celerem præbet expeditionem. Responsa vero lingua Romana dabantur Legatis, sicut & hodie Legati omnes apud S. Pontificem lingua Latina loquuntur. Et juxta Romanorum morem, cujuscunque regionis Legati, internuncio sive interprete utebantur: ut ex multis tradit Alex. ab Alex. *lib.4. cap.11.* & de Legatorum munere, Cassio. *lib.2. Var. cap.6.* Declinato vero Imperio aliter observatum fuit. Prius enim in Præf.Præt. Auditorio Legatorum petitiones examinabantur; deinde in Principis consistorio, ipso Principe Imperiali majestate sedente, legebantur, responsaque dabantur: ut plenius est videre in *Cod. Theod. de legationibus*, *l. quotiescunque*: ipsi autem Legati prius quam legationes legerentur, ter adorabant Principem, ut ex Corippo Africano refert Pancir. in *de Magistrat. municip. cap.26.* his versibus:

Atria prælargis extant altissima tectis.
Sole metallorum splendentia: mira paratu.
Et facie plus mira loci, cultuque superba.
Nobilitat medios sedes augusta penates,
Quattuor eximiis circumvallata columnis.
Quas super ex liquido præfulgens cymbius auro
Immodico, similans convexi climata cœli,
Immortale caput, soliumque sedentis obumbrat
Ornatum gemmis, auroque, ostroque superbum.
Quattuor in sese nexos curvaverat arcus
Per lævam dextramque tenens victoria partem,
Altius erectis pendebat in ære

A decrepitæ ætatis, & de hierosolymitano equite, Bald.in *consi.17.par.2.* Cassan.in *Catal.par.9.consider.4.* Et ita fuit judicatum in Reg.Camera pluribus in causis, ut dicemus in *tract. de Regal. Reg. Neap.* & late habes ex Glos. Paris. §.8. *gl.1. q.2. num.25. & quæst.3. num.27.* Quibus accedit quod sicut inhabiles feudatarii à feudo removentur, ita & milites à militia, quos & exauctorari *supra* diximus ad instar clericorum: neque id solum, sed etiam ab electione aliqui ejiciuntur; pinguis enim miles, aut deformis, aut mancus non eligebatur, sed spectata corporis habitudine, lato pectore, cervice erecta, fortis & strenuus, secundum Alex. ab Alex. in *Genial. lib.1. cap.20.* & meus Frater *hoc lib.* refert, *cap.24.* cujus autem conditionis & qualitatis esse debeant, exponit idem Alex. *ibi.* Sed ubi de militibus
B non transferendis est nobis sermo, oportunum videtur, & ritum subnectere, quo milites & equestres & pedestres referuntur innumeros, quod *assentari* dicunt. Equites igitur referuntur cum libello sui Tribuni, prævia tamen scripta Viceregis jussione: referuntur autem per *Officialem libri majoris*; (ita vocant militum *catalogum* sive *matriculam*) aut etiam per alium ab eo commissum. Prius vero quam in numeris conscribantur, suæ aptitudinis periculum faciunt coram Magistro militum & Scriba portionum, currendo loricati ac arma tractando. Pedites autem conscribuntur ab aliquo ex officialibus exercitus, cum libello Magistri militum. Sane ubi nomen datum erat militiæ, poterant milites ex permissu solum sui Tribuni, de una in aliam copiam transire; hodie vero Illustris. Comes Olivaris singu-
C lari sua prudentia statuit ne hujusmodi transitus ipso inconsulto fiant. Equidem proprium est Principis de uno loco ad alium transferre milites, *l. pen. Cod.de cursu publ.* Restaur. *de Imperat. quæst.110. num.* 123. sicuti ad eum solum spectat assumere aliquem in numerum, *l. neminem, Cod. de re milit.lib.12.* Luc. de Pen. in *l.1. Cod. qui poss.lib.10.* Cassan.in *Catal. par.5. consid.22. num.36.*

Tertio, Barones regii sunt consiliarii, ut abunde docuit Frater in hoc *lib. & cap.* Duar. in *reg.221.* Curt. in *tract.de feu.par.7.in princ.* & in *vers. quæro*, Jacobin. de S. Georg. in *eod. tract.* suorumque vasallorum judices sunt ordinarii, Isern.in *cap.1. quæ sit invest.* & in *cap.* 1. §. *præterea, de prob.feu. al. per Frid.* & in *cap.1. §.item quod duo*, & §. *sed quod, quæ sit*
D *pr.cau.ben.am.* & late per Fret. *lib.21.auth.13.* Judices autem ideo dicuntur nobiles, quia circa leges versantur, quæ armis æquiparantur, & illis indigent, ut probat *tex.*in *l.1.Cod.de Justin.Cod.confir.* Guid.Pap.in *quæst.278.* quod quidem habui ex postilla Dn.Marii Surgentis olim mei Germani in *d. l.1.* qui diem functus est ante trigesimum ætatis annum, anno incarnati Verbi 1561. & in Mag.Curia Vicariæ jus dixit, & provinciæ Salerni præfuit, & in aliis totius Regni arduis negotiis regiis versatus; cujus lucubrationes manuscriptæ, & memoria & vitæ sanctitas undique apparent. Certe in convenientia præcedentiæ inter Doctorem & militem illa potissima allegatur ratio, quod leges regunt ministerium militare, ut late Martin. Laudens. in *tract.de dignit.quæst.17.* sed judices minime hospitari tenentur

ex

Digitized by Google

ex *tex.* in *l. fin. Cod. de profess. & medic.* & *ibi* Luc. de Pen. Cassan. in *Catal.* A
par. 11. *consid.* 46. *in fin.* sicut nec collectas solvere, idem de Pen. in *l. jubemus, la* 2. *Cod. de prox. sacr. scrin.* hoc autem limitatur, nisi suffragio facti essent judices, ad quæ facit *tex.* cum Glos. in *l. eos, Cod. de excusat. mun. lib.* 10. Martin. Laud. in *tract. de fisco, quæst.* 210. quod etiam respectu dignitatis locum habere potest, Capyc. *de investit. feud. fol.* 121. *ver. officiales*. Quinimo judices milites sunt, *l. advocati, Cod. de advoc. diverf. judic.* eoque nomine appellantur à Rege in suis literis probatoriis: nec ab hospiciorum modo, sed à quovis alio onere sunt immunes: idque prius quidem Locumtenenti & Præsidentibus Reg. Cameræ indultum fuerat, dein vero à Carolo V. anno M. D. L. Præsidenti & Consiliariis Sacri Consilii impertitum fuit, ut *supra* diximus: quod cum nuper Portulanus iis observare ne- B
glexisset, Præsidens ipse appellavit Reg. Cameram, quæ secundum ipsum oportune provisit juxta Cæsaris indulgentiam.

Quarto, jus hospitandi de regalibus esse docet Bal. in *l. observare, in princ. ff. de offic. proc.* Isern. in *cap.* 1. *ver. extraordinariæ, quæ sunt regal.* & inter *capit. Regis Caroli*, secundum Afflicti *decisionem illam synodalem* 265. *in fin.* & in *cap.* 1. *num.* 10. *quæ sunt regal.* Alber. in *rubr. ff. de muner. & honor. num.* 50. Quod etiam pro familiaribus suis & stipendiariis habet, ut est in *dictis capitt. in rubr. quod nulli pro servit. nostr.* & in *cap. statuimus, §. præcipimus, sub rubr. quod dic. special. pert.* Idque præsente quidem Rege, in perpetuum; absente vero, per mensem tantum illis debetur, Capyc. in *invest. feud. fol.* 275. *colum.* 1. *ver. Ferrerii*; Quæ quidem facultas concef- C
sa fuit Regni Regibus à Papa Honorio, ut ex ejus capitulis indicavimus: in quorum custodiam præfata postea capitula uniformia emanarunt; & à ratione non abhorret; Princeps enim milites est, *l.* 2. *Cod. de testam. mil.* Restaur. de *Imperat. q.* 110. quamobrem Regi stipendiorum nomine constituta sunt tributa & vectigalia atque proventus, absque subditorum gravamine, ut illis justitiam faciat, & secundum D. Tho. & alios canonicos interpretes, regalia etiam & demania, intantum ut etiam latronum rapinas teneatur ipse subditis de suo resarcire, ut pluries *supra* diximus, & est Isern. in *c.* 1. *§. navigia, de statut.* & *consuetudin. con. lib. eccl.* & in *Const. Reg. etsi damna clandestina*, Luc. de Pen. in *l.* 1. *num.* 17. *ut rust. ad null. obseq. devoc. lib.* 11. ubi asserit quod non solum sit judex & miles, sed omnium militum omniumque judicum supre- D
mus, & lex animata. Unde si militibus judicibusque debentur hospitia, multo magis & Regi. Ex quibus patere arbitror sententiam Vasquii *illust. controvers. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 15. probari minime posse, dum ait, tributa & vectigalia Regi constituta jus illi hospitiorum auferre, cum ex iis commode sustineri possit: quandoquidem præterquam quod Summus Pont. id jus in eum contulit, datur etiam militiæ, *l. pen. §. duo, ff. de vacat. mun.* & in Rege culmen est militiæ: alioqui si hanc non haberet legitimam facultatem, utique tot personas ab hospitiorum onere non eximeret, de quibus in *l. fin. §. pen. ff. de muner. & honor. l. sunt munera, ff. de vacat. mun.* Restaur. *de Imperat. quæst.* 65. cum aliis *infra* notandis, ex juris regula, *nemo dat*

A *quod non habet*. Et si stipendia dantur loco alimentorum, & appellatione alimentorum venit etiam hospitium, *l. verbo, ff. de verb. signif. l. fin. ff. de usu & habit.* & etiam *supra* diximus, Regi debetur hospitium, ut integre habeat alimenta. Ad quod ipsi tenentur subditi etiam jure clientelæ & vasallagii, ut probat Afflict. in *d. decis. 265. in fi.* Si enim advenerit Rex in castellum Baronis, Baro ipse tenetur illi expensas subministrare, ex collatione tamen vasallorum, in *Constitut. Reg. Quamplurimum*, & *ibi* Andr. ut deberi videantur ratione directi dominii, in quodam corredum: cujus rei fuit & consuetudo de qua per Speculat. in *tit. de feud. §. quoniam*: Et in hoc
B Regno in adventu Caroli V. ita observatum fuisse, testis est Fretia *de Jus feud. lib. 2. in 23. auth.* & ante eum Capyc. qui hæc allegat, *de investi. feu. in ver. ac hospitio*, allegando remissive Alvarot. in *cap. 1. §. similiter circa fi. de capit. Conr.* & sine dubio fertur, dominum egenum à vasallo, sicut patronus à liberto, alendum esse, *l. si quis*, §. *solent* & § *seq. ff. de liber. exhib.* ex germanitate inter feudum & jus patronatus secundum Isern. in *cap. licet si de feud. fuer. contr. ut cautela sit*, inquit, *ut excipiantur alimenta in contractu*, & *quib. mod. feu. amitt. in princ.* Nec hospitia solum tribuere, sed etiam per propria prædia tenentur vasalli sternere viam Domino, ut tute incedat, idem Isern. in *cap. 1. §. si quis domanso, de prohib. feud. alienat. per Frider.* per *tex.* in *l. si quis sepulchrum, ff. de religiosis & sumpt. funer.*
C Restaur. *de Imper. quæst. 110. num. 256.* etiam si privilegio Principis immunes essent, *l. cum ad felicissimam, C. de quib. muner. vel præstat. lib. 10. l. neminem, Cod. de sacros. eccles.* Si tamen dixisset Vasques quod non deberet Rex facere in Hospitiis longam moram, utique non refragarer, ut dixit Bald. in *tit. de pace const. in ver. morum*: longam vero moram ait esse vel judicio populi, vel si excederet sex menses, ut per Restaur. *ubi supra, num. 303.* Cum itaque de regalibus sint hospitia, regaliaque à Rege concedi posse non ambigatur, dubio verti non posse clarum est, quin & ea concedere possit, Luc. de Pen. in *l. contra, col. 7. Cod. de re milit. lib. 12.* non tamen inferioribus, idem in *l. respublica, Cod. de jure reip. lib. 11.* Cassan. in *Catal. par. 1. consider. 44.* & *par. 5. consid. 22. num. 164.*
D Quinto, posset & sustineri ratio adohæ & relevii atque collectarum quibus Barones subsunt, ut *supra* diximus, aliorumque onerum de quibus per Afflict. in *decis. 265.* idcirco aliis oneribus prægravari ex juris dispositione non debent, *l. navis, ff. ad leg. Rhod. de jactu.* Capyc. *de investit. feud.* in *ver. Collecta*: novumque sine dubio onus esset extraneos recipere milites, qua de re habes Alex. ab Alex. in *Genialib. lib. 1. cap. 20.*

Sexto, si Baro miles est, ut jam probavimus, alios recipere milites non tenetur; incongruum enim atque exosum esset, si ut miles suis non potiretur prærogativis; eoque magis in castro, qui locus est ipsius proprius, ut de metropolitano dicitur ad suffraganei diœcesim accedente: promiscuis enim actibus rerum officia ordinesque turbarentur, *l. petita, Cod. de episc. & cler. l. consul*, §. *absurdum, Cod. de testam. l. 1. Cod. de spectat.* Glos. in *l. quisquis, Cod. de postul. can. esto subjectus*, 95. *dist.* Cassan. in *Catal. par. 1.*

con-

Digitized by Google

A tur fidelitas, ad quam etiam jurejurando adigitur; non minor erit à feudatario exigenda: & aliquando castrum & castellum idem sunt, in *rubr. & nigro*, *Cod. de fund. limotroph. lib.* 10. Et castellum locus dicitur qui civitatis vice regitur, *l. si hæres*, §. *vitiis*, *ff. de legat.* 1 *cap. statutum*, §. 2. *de rescrip. in* 6. & *ibi* Gl. Archidiac. in *ver. Civitatibus*; Et re ipsa castra hospitia sunt, *l. omnes*, *in princ. Cod. de metat. & epidem. lib.* 10. Secus autem esset ubi resideret Princeps, nam in ejus præsentia nulla sunt timenda mala, *l.* 2. *Cod. de iis qui per met. jud. non appell. l.* 2. *Cod. de eo*, *quod met. cau.* Eorum autem residentia temerarium faceret potius quam necessarium militum incolatum.

Octavo, congruit etiam dicere quod oppida quæ in cameram sibi reser-
B vant Barones, non sunt ita immunia, ut nullum prorsus subeant onus: nam tametsi milites hospitio non recipiant, contribuunt tamen eam ad rem, annuam pensionem septemdecim assium in singulos focos: subsuntque præterea extraordinariis indictionibus, & impositionibus: quorum utrumque à Reg. Cam. definitum est. Et nuper inter Atellas & pagos ac Regni proceres suborta est altercatio in Collaterali Consilio decidenda: de qua locus expoſceret, ut hic aliqua dicerem; at, ne mei ipsius voti sim intempestivus index, subticeo alias dicturus: Si igitur vice hospitii conferunt in ære parum iis concedi videtur immunitatis, & parum & nihil æquiparantur, *l. pupillus*, §. *si ego*, *ff. ad leg. Falc.* Alber. in *Diction. in ver. à nihilo*: unde privilegium quodammodo redditur elusorium, quod non est Prin-
C cipis intentionis, *l. fin. ff. de constit.* & pecunia *secundus* dicitur *sanguis*, Gl. in *l. advocati*, *Cod. de advoc. diverſ. judicior.* & latius Germanus probat *hoc libro*, *cap.* 15. *num.* 8. Sed certe hæc ratio parum aures mulcere videtur, nam onus illud conferendi rationem septemdecim granorum in focum, ut diximus, constitutum fuit pro hospitiis equitum, cui confert & totum Regnum ultra ordinarium tributum granorum quadraginta octo in focum, ut retulimus *supra in adnotat. cap.* 16. hic vero nobis est sermo de peditibus hospitandis.

Nono, poterit assignari ratio dignitatis; nam Barones illustres sunt, Purpurat. in *l.* 1. *num.* 244. *ff. de off. ej.* Fret. *de suffeud. lib.* 1. *de orig. baron. num.* 11. & probat Germanus meus in hoc ipso *cap.* Cum fere omnes,
D Comitis, Marchionis, Ducis, Principis, titulo decorentur; qui cuncti, præter solum Comitem, *illustres* dicuntur à Rege: & *viri potentes* dicuntur quia jurisdictionem habent, Bald. in *cap. uno delegatorum*, *de offic. deleg.* Martin. Laudens. in *tract. de dignit. quæst.* 9. Fret. *ubi supra*. Et ex juris dispositione, qui hac præfulgent dignitate jus habent hospitandi & maximæ cum prærogativa: unde differentia inter eos justa redditur, nam Baroni, Comiti, & Marchioni, unum tantum oppidum in cameram datur; Duci vero & Principi, duo, & hoc jus obtinet hodie, tametsi plura etiam olim habuissent: quod quidem cum jure communi concomitantiam habet, à quo hæc camerarum distributio fit, ut habetur in *l. pen. Cod. de metat. & epidem. lib.* 10. Caſſan. in *Catal. par.* 6. *conſider.* 32. Et, si tamquam judices

hoc

Digitized by Google

hoc jure utuntur, multo magis tanquam majoris dignitatis, nempe qui A
judicibus præferuntur, ut late deducit Frater in hoc *lib. cap.* 27.

Decimo, cum vasalli hospitari teneantur suos Barones tanquam milites; omni juri consonum est, illos ab aliorum militum hospitio esse immunes, ne duplici graventur onere, ex regulis juris *supra* adductis. Et certe residentia Baronum, majora assuetis & ordinariis parit vasallis onera & præcipue servitia immoderata, quæ parit etiam feudorum privationem, ex reg. *text.* in *§. fin. Instit. de iis qui sunt sui vel alien. jur.* & *ibi* Jo: Fab. & alii ex Neapolit. decisionibus traditi, in quibus contra nonnullos Barones multa gravaminum capita porrecta fuere etiam criminalitatem continentia; & tot notoriæ sequutæ fuerunt justæ provisiones & decreta, quæ absentia profecto orum excusasset. Et licet superiorem habeant, attamen de facto ne pro- B
edant de eis timendum ex dicto Ilern. in *tit. quæ sit pr. can. ben. am.* Et ob- quialia Baronibus à vasallis tradenda multa sunt, de quibus per Luc. de . in *l. 2. Cod. in quib. coloni*, *lib.* 11. quemadmodum & Reg. Curiæ servi- ut est *text.* in *constit. Reg. sicut nostra*, & per Bald. in *l. fin. in princ. de bon. quæ lib.* atque ad alia etiam majora personalia servitia teneri si ii vel parangarii forent, prout ut plurimum sunt, ex *constitut. Reg.* ingit, & *prosequentes*. Jamque etiam id illi præstare debent, ut per a prædia commodam ei sternant viam; imo & ipsum alere tenentur e docuimus: de quibus late Affict. in *d. decis.* 265. Capyc. in *inve-* d. *in suis clausulis vasallorum & angariorum*, & Fret. in *lib. de de author. baron.* Sed nempe augetur illa difficultas etiam cum va- C
ostquam immunitate hospitii: ipsi & Barones ex sola destinatione m habitationem gaudent; qua cessante, jure corruit privile- rivilegium, *ff. de reg. jur.* quod idipsum cum loco & persona di- ; ut scilicet tantum durent privilegia, quantum locus & perso- conceditur, durat, *l. forma*, *§. quamquam*, *ff. de servitut. rustic.* romittit, *ff. de aqua quot. & æsti.* Sed si ultra jam allegatas ius intueri velimus, æquum est dicere sufficere solam destina- in his, tamquam potentia actui proxima, pro facto habetur, milit. *testam.* & ea quæ à patrisfamilias destinatione depen- onunt & varios producunt effectus, habes ex *text.* in *l. quæ.* odem instrumento, *ff. de fun. instruct. & instrumen. leg. l. ser-* multoties, *ff. de legat.* 1. facit *text.* in *l. quod in rerum*, *§. si* D
ubi nostra destinatione fundorum nomina & domus, non ur. Cum enim dependeat ex propria voluntate, nil mi- etur. Sed de destinationis viribus, ultra Bar. & Tiraq. bes multa ex Felino in *cap. cum adeo*, *de rescript.* Al- at. in *Lexic.* Ad evitanda enim inconvenientia præ- nte ire posset ad habitandum, præventum fuit; con- od evenire potest, *can.* [redacted] *nomine domini*, 23. *dist.* ntem, *§. sacram*, *ff. de verbor. obligat.* Jacobin. de ma eodem, *§. si mea actio*, *ff. de jurisd. om. jud. in pr.*

lect.

Digitized by Google

A *lect. num.* 2. facit *text.* in *l. qui bona. §. cum inter, ff. de damno inf. l. si quis domus, §. idem erit, ff. loc.* quod etiam judicis est: secundum Gul. de Cun. in *cap. Regnutius, ver. judex.* Quod si se absentaret Baro, magna esset ratio corruptionis familiæ suæ; & hoc non fieri, honor omnibus de familia esset, *text.* est singular. ere Alber. Ros. in *Diction.* in *ver. familia, l. 1. §. quamvis, ff. de ventre inspic.* & familiæ ipsius Baronis quæ eodem gaudet privilegio, Glos. in *l. ad personas egregias, ff. de jurejur.* & in *cap. 2. de foro compet.* & in *cap. ecclesiarum servos,* in *glos. 2. 12. q. 2.* & quæ adducuntur ex *text.* in *l. 2. Cod. de episc. & cler.* Sin autem vasallorum etiam ratio in his contemplata fuit, non erit perperam dicere quod cameræ reservatæ jus etiam ipsis sit acquisitum, ex dictis per Bart. in *l. sed si plures. §. in arrogato,*
B *ff. de vulg. & pup. substit.* & in *l. si vero §. 1. ff. sol. matrim.* Alber. in *l. qui proprio, §. ut in cæteris, ff. de procuratorib.* & ut in re fiscali procedat, habes ex *text.* in *l. plane, C. de legat.* Ang. in *l. 1. Cod. de bis quib. ut ind.* & not. Martin. Laudens. *de fisco, q. 202.* Quod quidem in cameræ reservatæ praxi compertum habemus, ipsius concessionem, eis absque alio novo actu sive nova concessione Regis, illico proficuam esse. Unde ex tam longo sermone posset dubium oriri circa commercium quod Barones cum vasallis faciunt, & ex causa onerosa: & multoties si bene non se habent cum eis, illam non impetrant: imo ex post facto revocatione uti volunt; quod quidem solius est Principis; nempe ob ingratitudinem revocare dignitatem, Bald. in *l. 2. C. de lib. bert. & eor. liber.* Martin. Laudens. in *tract. de fisco, q. 240.* Et absque difficultate non procedit; cum etsi de regalibus sit hoc jus, ut *supra* deduximus, & regalia transferuntur baronibus, præter suprema ut itidem *supra* monstravimus; hæc tamen immunitas de novo est à Rege impetranda ut fieri assolet porrecto memoriali Viceregi, & Scriba portionum exequente, ut passim videmus, & gratis quidem explicatur, nec meritum feudatarii, nec pretium inde augetur. Quod si vasallorum contemplatione conceditur, & ejus gratia vasalli utuntur, ut per *text.* in *l. hoc jure, §. Labeo, ff. de donat. cum concord.* meæ insolertiæ occasio est scire qua ratione à vasallis recognitiones accipere volunt, prætextu quod gratia eis fiat. Nam si hæc à Rege absunt, qui lege de ambitu absolutus est, Glos. in *l. 1. ff. ad leg. Jul. de amb.* Laudens. *de dignit. quæst. 3.* multo magis à Baronibus abesse debent.
D Verum si consuetudine aliqua aut lege & ratione mihi incognita, quod libenter profiteor, non fundatur, Regis tantum voluntati & commoditati accedere ab re non esset dicere: sed ne seniorum patrum decreta oppugnare videar, ultesius non progredior; & veritatis indagandæ rationem, sermo & discussio invenit, *l. fi. §. mixta, ff. de mun. & hon.* Reliquum est, ut jam tandem concludamus, quod promisimus expedire, nempe brevi percurrere, quotquot hospitiorum præstandorum oneri non subsint, quorum immunitati Reg. Camera Summ. providet; quod spatio plus tribus annis, quibus ibi præsideo, in dies observatum vidi. Omnes igitur milites & gravis & lævis armaturæ, item pedestres copiæ, vel sint ordinariæ vel extraordinariæ, cum omnibus eorum ministris actu servientibus; item &

arcibus

conferunt. Regunt enim & gubernant pro majore parte suffragiorum ; civitates, & nobiliores quidem sunt, §. *interim*, *Auth. de defensor. civit.* *l. municipibus*, *ff. de condition. & demonstrat.* Quo ad statum enim regimen debet esse apud nobiles, quo ad negotia vero apud divites, Andr. in *cap.* 1. *de pace ten.* Capyc. *de invest. feud.* in *ver. Civitatis*, & in *decis.* 2. licet à Summo Pont. Romæ viri sublimiores difficilius vocentur, prout est tex. in *cap. fundamenta*, *in fin. de elect. in* 6. Et non immerito Rex Ladislaus sex sedilibus Civitatis curam commisit ; & quodlibet sedile publicum est, & Civitatis pars, *d. cap. fundamenta*, §. *proinde*, *l.* 1. §. 1. *ff. ne quid in loc. publ. l. si quis à filio*, §. 1 *ff. de legat.* 1. & late deducit Germanus in *lib. de sedilibus*. Sunt etiam officiales Regii & præcipue in genere annonæ, prout infra aliquid dicimus : quibus absque juramento credi solet etiam in præjudicium tertii, ut not. in *cap. cum parati*, *de appellat.* Speculat. in *tit. de testib.* §. *restat*, *num.* 2. Comprehenduntur inter Cives Neapolitanos etiam expositi D. Mariæ Annunciatæ, quos innumeros utriusque sexus educat piis sub regulis & institutis

D

A ſtitutis, exemplari cum charitate omnibus gentibus: & proinde iſtorum potiuntur privilegiis. Item & Prælati & Officiales omnes vel Regii, vel Baronales; quod ſi in domos clericorum eis invitis ad hoſpitandum accederent, tenerentur in ſyndicatu, Bald. in *l.1. Cod. de epiſc. & cler.* Par. de Put. in *tract. de ſynd. in ver. an apparitor, num.3.* Sunt immunes & Doctores actu legentes, & Grammatici, & Philoſophi, & Magiſtri artium liberalium, & alii de quibus per Gloſ. in *l.3. Cod. de muner. patrim. lib.10. l. medicorum, C. de profeſſor. & medic.* Martin. Laudenſ. *de fiſco, quæſt.164.* Caſſan. in *Catal. par.6. conſider.32. in fin.* & in *conſuet. Burg. tit. des juſtices, §. 4. gloſ. 1. ver. ſed quæritur*, quamquam ſunt cives ubi reſident, Bald. in *l. obſervare, §. proficiſci, ff. de offic. proconſ.* Guido Pap. *deciſ.631.* Loffr. in *conſil.32.* prout

B & miles ubi ſtipendia meret, *l. municeps, §. miles, ff. de muner. & honor.* Boer. *deciſ.265.* Anna in *ſingul.365.* Alex. in *l. provinciali, §. ſi in publico, num.11. & 12. ff. de novi oper. nunc.* idem Anna in *ſingul.136.* Fiunt immunes etiam parentes qui duodecim produxerunt filios, vel ii vivant, vel de medio ſint ſublati, ſuperſtite matre vel noverca: qua prærogativa communicant etiam liberi, vel privigni, qui una cum parentibus vivunt, *l. ſi quis decurio, Cod. de decurion. lib.10.* Gloſ. in *l. ſemper, §. demonſtratur, ff. de jure immunit.* Jo: Andr. in *cap. decet, de re judic. in 6.* Martin. Laudenſ. in *tract. de fiſco, quæſt.198.* Petr. Antibol. *de munerib. par.3. n.12.* Immunes ſunt & presbyteri & clerici indiſtincte, *l.2. Cod. de epiſc. & cler.* eorumque parentes & fratres, (reliqui conſanguinei excluduntur) ſi una cum ipſis habitaverint;

C in pecunia contribuunt hoſpitiis, dum tamen cohabitatio non ex fraude fiat, puta ſi domus diviſionem non patiatur: alioqui in Reg. Camera dubitatum eſt de iſtorum exemptione, cum clericus ad illorum domos it habitatum conſulto ut ipſos exemptos faciat. Eximuntur etiam mulieres viduæ ratione honeſtatis, quæ magis exigitur in mulieribus, quam in viris; & ex inhoneſtate punitur ipſa tantum, not. Gloſ. in *l. palam, §. quæ adulterio, ff. de ritu nupt.* & præcipue in matribus fam. *l.1. §. & notandum, ff. de ventre inſpic.* Principi etiam eadem ratione ad tripudium vocatæ obedire non tenentur, niſi conſortem aſſociandi cauſa, cum jus honeſtatis ab omni ſuperioritate ſemper exceptum ſit, Bald. in *l. quod ex liberta, Cod. de oper. libert.* quem adhoc affert Martin. Laudenſ. *de princip. quæſt.169.* Eximuntur etiam

D pauperes majoribus carentes filiis, *l. omnes, Cod. de annon. & tribut. lib.10.* Jaſ. in *l. ſi non obtulit, ff. de re judic.* quod & paupertatis & honeſtatis ratione inductum cenſetur. Atqui divites mulieres quæ viris carent, tametſi à recipiendis domum militibus excuſentur, tamen à pecuniaria contributione non excuſantur; onus enim hoſpitii patrimoniale eſt, & patrimonii ratio in illis dividendis eſt habenda, *l.3. Cod. de muner. patrimon. lib.10. l.1. & ibi* Gloſ. *ff. de muner. & honor.* Sane ætas non excuſat etiam ſi quis ſit ſexagenarius & ultra eam ætatem: quod cum in abuſum vertiſſent Scribarum inſidiæ & importunitates, nuper ad ſuam redactum eſt obſervationem. Eximuntur etiam perſonæ miſerabiles, & pauperes qui dietim vivunt ex laboribus manuum ſuarum, nec mercaturam exercent aut aliquid poſſi-

dent

Digitized by Google

S T


:que
tant
ovo
am
'em
: &
in n
inu
. &
cet
m e
l.pe
it,
ntu
r. «
cen
ubi
enii
ent,
, ut
s vi
ipue
pus
ec i
us c
. m
olis
iunt
etu
t e:
mil
ame
ous
nt;
om
ıftar
ilet
a co
eme
huj
nitu
l.cu
ur,
us

Digitized by Google

A dignitate ſuprema, cum Regni caput ſit & aliarum maxima & metropolis, & ideo in generali proviſione non contineri jam ſupra monſtratum eſt. Tertio, quia mater eſt & ſedes omnium procerum, & Magiſtratuum ſupremorum, qui de corpore ejus ſunt, §. *plebs autem*, *Inſtitut. de jure nat. gent. civ.* Cagnol. in *l.2. ver. cumque conſules*, *col.fin.ff.de orig.jur.* & alii adducti per Fret. in *addit. quæſt. parlam. num.*10. omneſque ejus cives ſunt privilegiarii, ut *ſupra* innuimus. Quarto ex communi Italiæ conſuetudine, ubi celebres Civitates hoc fulciuntur honore, quam cum ſcire præſumatur Princeps ſecundum Bal. in *l.2. in fin. quæ ſit longa conſuet.* Jacobin. de S. Georg. *de feud. ver. Princeps*, *num.*45. Alex. *conſ.*24. *vol.*5. Caſſan. in *Catal. par.*5. *conſid.*24. *num.*174. Martin.Laudenſ. *de princip.quæſt.*27. ubi
B allegat, quod Italici præſumuntur merum imperium præſcripſiſſe ex ſcientia Imperatoris; illis conformis eſſe ſolet, ut inde reſcriptum contra eas non teneat; ut habes ex Goffr. in *ſumma*, *de reſcript. num.*18. ubi allegat *text.* in *cap.ult. de conſuet.* Quinto, cum ibi ordinaria reſideat militia, quod ipſi non leve eſt onus, non debet alio gravari onere, ut *ſupra* probavimus. Sexto, quia tota civitas præſidium eſt, ſi veram fatemur illam ſententiam, quod quinque ſedilia civitatis conſtituta ſunt ad militarem defenſionem tamquam caſtra, quæ quidem cum ſuis regionibus & quarteriis totam comprehendunt civitatem, *l.1. Cod. de irenarch.l.2. ff.de offic. præf. vigil.* omnia enim paria ſunt authoritate, origine, & nobilitate, & nobiles milites eſſe docuimus, & hoc nomine antiquæ ſedilitiæ familiæ appellatæ reC periuntur, & mei etiam majores in D.Laur. annis ab hinc plus trecentis illati militari titulo & habitu videntur, quod & complura comprobant documenta. Et quodlibet ſedile ſuum creat Ducem belli, qui vulgari nomine *Capitaneus ad guerram*, dicitur, ex Luc. de Pen. in *l.item collatores*, 2.*col. Cod. de re milit.* Caſſan. in *Catal. par.*6. *conſid.*14. Pyrrh. in *tit. de Magiſtrat. Rom.* quos adducit Fretia avunculus meus, *de offic. Mag. Comeſtab. num.*15. qui quidem in unoquoque eorum tenimento, & quarterio eandem retinent dignitatem, quam cæteri *Capitanei ad guerram* in regiis Regni præſidiis adverſus quoslibet habitantes in illis: qui diu noctuque, cum neceſſitas ſuadet, militari more armati cum excubiis & aliis, in portis uniuſcujuſque ſedilis diſtincti, præſunt: habentque non modicam juriſdiD ctionem in rebus annonæ, & de levibus delictis in eoſdem ſedilitios nobiles animadvertendi juxta civitatis capitula, cum tot aliis prærogativis, ut cuncti ſciunt: ex quibus quidem familiis nonnullæ ad illuſtrem devenerunt dignitatem, ut ſatis liquet: nobiles autem à muneribus facilius excuſantur, *l.nulli*, *Cod. ad leg.Jul.majeſt. l.proximus*, *Cod. de prox. ſacr. ſcrin. l.his honoribus*, §.*angariarum*, *ff. de vacat.mun.* & multa ſuper his affert Petr. Antibol. *de muner. par.*3. *num.*80. Et hæ quidem rationes potuerunt movere Regum mentem ad immunitatem concedendam, cum ut *ſupra* diximus ampliſſimis muniatur privilegiis, & ex cauſa oneroſa tam notoria; qua eadem ratione nonnullis Regni civitatibus hoc idem eſt communicatum privilegium. Et Principes in ſuis terris omnem immunitatem

con-

Digitized by Google


Digitized by Google

A *Ibid. Non autem possunt Titularii convenire ad tractandum.*

Minad. in *constit. Reg. In aliquibus, num. 55.* Idque & Regiis cunctis urbis & Regni auditoriis, licet supremis, inhibitum est ex Regiis instructionibus extra tribunalia: & in illis quidem, horis statutis tantum; & ne de negotiis & causis actis vel agendis sermonem habeant, jusse etiam prohibentur.

Sunt etiam illustres, &c.

B Hodie vero ex novella *pragmatica* ad coercendos ambitiosos titulorum astus nuper promulgata ab Illustris. Comite Olivaris, titulo *illustri* nemini scribendum, est constitutum: oretenus autem posse dici titularis, sicui libuerit, permissum. Quod tamen postea est declaratum cum iis locum non habere, qui supremi sunt ministri, atque à Rege immediate dependent. Et nimirum novum non est ut titulis dispertiendis modus prescribatur; scimus enim trium auri librarum multam iis impositam, qui suo titulo, vel in scribendo, vel in loquendo aliquem non appellaret, *l. 2. Cod. de offic. divers. jud. l. potioris, Cod. de offic. rect. prov. l. 2. Cod. de proc. sacr. scrin.* Guid. Pancir. in *Notit. Imper. orient. cap. 2. in fin.*

SUMMARIUM

CAP. XXIV.

1 *Annona quid.*
2 *Neapoli à Rugerio Regni titulus tributus.*
3 *Vinorum diversa genera in Campania producuntur.*
4 *Campani agri fertilitas.*
5 *Frumenti penuria seditiones in Populo concitat, & exempla adducuntur.*
6 *Trib. plebis mitis esse debet. Panis ex herba à Jul. Cæs. confectus; & ejus herba nomen,* eod.
7 *Fames memorabilis Romæ. Frumentum quo tempore carius Neapoli antiquis constiterit,* eod.
8 *Præfecti annonæ egestatis tempore creandi. Egestas ex negligentia potissimum oritur, & est causa peccandi,* eod.
Negligentia mater egestatis, eod.
9 *Electorum Neapolis facultas, & numerus.*
10 *Tracta quando possint permitti.*
11 *Advenæ in Regnum venientes, debent in finibus arma deponere.*
Frumentum advertendū ne transferatur ad hostes, item & res aliæ usus necessariæ, eod.
12 *Præfecti annonæ tres in Regno constituti, qui Capitanei Grassæ, id est abundantiæ, dicuntur, & eorum munus.*
13 *Præfectus annonæ, qui Grasserius major dicitur, Tribunali Electorum præest.*
14 *Delegati, quos Commissarios vocant, ad frumentum comparandum non sunt mittendi.*
15 *Frumenti ad hubertatem comparandi*

Digitized by Google

narie elargimur cum libera & generali administratione: quibuscunque in contrarium facientibus, non obstantibus, etiam si talia forent, de quibus expressam mentionem fieri oporteret.

SERVIENTIBUS NOBIS, PROCURAT ANNONAS: ideſt curam habet rerum victui necessariarum & stipendiorum omnium, quicunque serviunt Principi tam ad bellum quam extra. *Annona* est proprie fertilitas vel sterilitas anni, à quo nomen ipsum deducitur, & vulgo *Annata* dicitur: transfertur autem & ad victum, ideſt ad res victuales, *decis.*23. Ann. *singu.* 228. Præfecto igitur præt. curæ erat procurandi *annonam* perinde ac hodie Viceregi; qua de re, ideſt quomodo *annona* recte curari posset, ut publica ubertas in dies crescret, *commentarium* aliquando scripsi, quod huc inserere opportunum putavi.

Provinciæ igitur, quæ ante adventum Domini *Regiones* dicebantur, *cap.*2.99.*distin.* aut vi armorum, aut alio quovis modo à Romanis subigebantur, Alciat. in *l.notionem*, *ff. de verb. signif.* Carol. Sigon. *de antiq. jure prov. lib.*1. *cap.*1. Provincias autem hujus Regni, legitur in antiquis

Digitized by Google

tiquis hiſtoriis, alio modo adminiſtratas fuiſſe, ut tradit idem Sigon. *de*
2 - *Regno Ital. lib.* 3. Quibus à Rugerio earum Domino anno 1130. *Regni* nomen inditum fuit, regiuſque titulus ab Anacleto 2. Pontifice tributus, ac ab Innocentio II. confirmatus, demum à Cœleſtino II. vel, ut alii, à Lucio II. ſtabilitus. Quod quidem Regnum Federicus II. Rom. Imperator ejuſdemque Regni Rex, ejus amœnitate & fertilitate oblectatus, in *Conſtit. Occupatis*, ELECTUM VIRIDARIUM appellat his verbis: *Regnũ Siciliæ præ cæteris velut electum quoddam viridarium inter agros*, &c. Id in duodecim diſpertitur Provincias juxta *capitum cenſionem*, ſive *focorum numerationem* ut vocant, quæ his nominibus vulgo appellantur:
„ Terra laboris, Comitatus Moliſii,
„ Principatus citra, Calabria citra, Ca-
„ labria ultra, Principatus ultra, Apru-
„ tium citra, Baſilicata, Terra Barii,
„ Terra Hydrunti, Aprutium ultra, &
„ Capitinata: ſua vero, ideſt antiqua nomina retulimus *ſupra cap.* 17. alio tamen modo dividuntur quo ad Gubernatores ac Auditores, qui ad eas regendas pro Rege mittuntur; eos enim qui ei muneri apti videntur, Vicerex nominandi tantum poteſtatem habet, Rex autem ex nominatis eligit, Iique *Præſidibus Provinciarum* aſſimilari poſſunt; in Regno autem, *Juſtitiarii regionum* nuncupantur, ut habetur in *Conſt. juſtitiarii per provincias*; *Juſtitiarios regionum*; 1. & 2. *Capitaneorum autem*; *Pacis cultum*; *Maſtiſtros Camerarios*; *Præſenti lege*, *Apud Juſtitiarios*, *Contingit interdum*; & *Minoribus*. Erat etiam & in Terra Laboris tempore Caroli primi, quod ex *Capitulo Regni*, *Juſtitiario Terræ Laboris*, patet, multique alii in Capitulis dicti Caroli ejuſque ſucceſſorum, leguntur. Multæ enim ex prænominatis Provinciis cum dicto regimine unitæ fuere, ut habetur in *Regiis Pragmaticis* in *tit. Offic. ad Reg. Majeſt. eſuſque Vicere. collat. ſpectant*. Hodie tamen à Regia Majeſtate maxima cum ratione iterum diviſa fuit: non ſolum enim jure civili, verum & Canonico conſtitutum fuit unam Provinciam, Civitatem, Eccleſiam, in duas dividi poſſe, & vice verſa, duas in unam uniri, *l.* 3. *ff. de off. aſſeſſ. l.* 1. *Cod. de metrop. ber. lib.* 11, §. *illud*, *Auth. ut judic. ſine quoquo ſuffr. can. præcipimus*, & *can. & temporis*, 16. *q.* 1. Gloſ. in *l.* 2. §. *præterea*, *Cod. de off. præf. præt. Afr.* Franc. Duaren. *de ſacroſ. eccl. min. ac benef. lib.* 1. *cap.* 6. Præfecto omnes Hiſtorici Goſmographique in fertilitate & abundantia hujus Regni pluſquam de reliquo terrarum orbe conveniunt, non ſolum frumenti & vini, verum & alterius cujuſvis rei; & omnes fere ejus Provinciæ ſuum obtinuere Homerum, ideſt particularem laudatorem. Calabria exacte deſcripta fuit à Gabriele Barijo; quod tamen opus, Cardinalis Sirleti, & fratris eſſe cenſeo. Hydruntum ab Antonio Galatheo; Campania fœlix ſive Terra laboris ab Antonio Sanfelicio, & ſic cæteræ; hanc enim præterire nolui, cum in ea ſita ſit Neapolis caput Regni: quod ſtatutum & declaratum fuit in *regiis pragmaticis*, *Pateat*, *de immunit. Neapolit.* &, *Officium notariatus*, *in rubr. de not. matricul. Veteres illi ſapientes*, §. *igitur*, *de off.* §. *C.* conſtitutum à Sereniſſ. Regib. Aragon. Hanc eandem, & nos aliquando

Hæc juga, quam Niſæ colles, plus Bacchus amavit;
Hoc nuper Satyri monte dedere choros.
Hæc Veneris ſedes, Lacedæmone gratior illi;
Hic locus Herculeo nomine clarus erat.
Cuncta jacent flammis, & triſti merſa favilla;
Nec ſuperi vellent hoc licuiſſe ſibi.

Sunt tandem, ut omnia minute non proſequamur, vina Maſſica & Falerna, omnium celeberrima quæ ſintne eadem cum ſupradictis, vel di-

Digitized by Google

4 diversa, satis non moror. Frumenti copia adeo magna inde provenit, ut experti rei rusticæ cultores, nostros campos, ob eorum fertilitatem & amplitudinem, Apuliæ campis exæquari non sint veriti. L. Florus eques Rom. antiquissimus auctor, nil uberius hoc solo esse dixit; & Polybius Græcus scriptor, eo longe antiquior, utputa qui sub Scipione Africano floruit: *Est enim*, ait, *Campanus ager copia rerum & fertilitate regionis, ac amœnitate & pulchritudine loci excellentissimus, nam in littore maris positus est: & eo, ex universo terrarum orbe venientes in Italiam, innumeræ gentes confluunt*; & Plin. *natur. histor. lib.* 3. *cap.* 5. hæc de Campania protulit verba: Qualiter Campaniæ ora per se fœlixque illa ac beata amœnitas? ut palam sit, uno in loco gaudentis opus esse Naturæ; jam vero tota ea vitalis ac perennis salubritas cœli temperies est, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii saltus, tam opaca nemora, tam munifica sylvarum genera, tot montium afflatus, tanta frugum & vitium olearumque fertilitas, tam nobilia pecori vellera, tot optima tauris colla, tot lacus, tanta amnium fontiumque ubertas, totam eam perfundens, tot maria, portus gremiumque terrarum commercio patens undique, & tamquam ad juvandos ipsos mortales, ipsa avide in maria procurrens; neque ingenia rituſque ac viros, & lingua manuque superatas commemoro gentes: ipsi de ea judicavere Græci, genus in suam gloriam effusissimum, quotam partem ex ea, appellando Græciam magnam. Hucusque Plinius. Quæ verba cum aliquando solemniter cum Illustriss. Principe Petræ Persiæ Prorege, uti Civitatis Syndicus coequitarem, oportuna occasione recitavi: & eo ejus Principis aures oblectarunt, ut non semel aut iterum, sed tertio & quarto reiteranda postulasset. De hac eadem fertilitate Cic. *de lege agrar. contra Rullum*: Campani, *ait*, semper superbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine: ex hac copia atque omnium rerum affluentia primum illa nata sunt; arrogantia quæ à majoribus nostris alterum Capua Consulem postulavit; deinde ea luxuries quæ ipsum Annibalem armis etiamtum invictum, voluptate vicit. *Et superius*: Itaque hoc perscriptum in monumentis veteribus reperietis, ut esset urbs, quæ res eas, quibus ager campanus coleretur, suppeditare posset; ut esset locus comparandis colendisque fructibus; ut aratores cultu agrorum defessi, urbis domiciliis uterentur: idcirco illa ædificia non esse deleta: videte quantum intervallum sit interjectum inter majorum nostrorum consilia, & inter istorum hominum dementiam: illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas rusticorum, cellam atque horreum Campani agri, esse voluerunt; hi expulsis aratoribus, effusis ac dissipatis fructibus vestris, eandem Capuam, sedem novæ Reipubl. constituunt, molem contra veterem Remp. comparant. *Et superius*: Totus enim ager Campanus colitur, & possidetur à plebe optima & modestissima: quod genus hominum optime moratum, optimorum, & aratorum & militum, ab hoc plebeculæ Tribuno funditus ejici-

aviam, ideirco boni regiminis neceſſaria: & propterea Salomonem illa ſectatum fuiſſe refert Cagnol. *de vita, & regim. boni Princ. num.* 66. Non tamen miſum videri debet, ſi aliquando & hi Campi ſterileſcunt, & annonæ penuria contingit; omnia enim nutu divino proveniunt: qua de re præter ea, quæ in veteri teſtamento habentur, legi poteſt *l. pretia rerum*, §. 1. *ff. ad leg. Falcid. l. licet*, & *l. excepto*, *Cod. locati*; ob quam cauſam, ſcilicet frumenti caritatem, nonnullæ ſeditiones eveniſſe leguntur. Antoninus Pius Imp. auctore Sex. Aur. Vict. ob ſolam inopiæ frumentariæ ſuſpitionem, lapidibus à

5

ge levatum fuiſſe tradunt Solin. *c.* 2. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Jo: Camers in *dictum locum Solini*, auctoritate uſus Servii Honorati *in fine* 2. *lib. Georg. Virgilii*: quæ *Crucis* pœna, eadem ne an diverſa fuerit à *Furca* hodierna, differit Covarru. *var. reſolut. lib.* 4. *cap.* 5. Frumenti vero penuriam ea animi magnitudine à Cæſare ejuſque exercitu toleratam fuiſſe ſcribit Svet. in ejus *vita cap.* 68. *ut Pompejus viſo genere panis ex herba, quo ſuſtinebatur* (Svetonii verba pronuntio) *cum feris ſibi rem eſſe dixerit.* De ea herba, item & de fame ab exercitu ſuperata, ipſemet Cæſar *de bel. civil. lib.* 3. in hæc verba ſcri-

 pſit:

Digitized by Google

„ pſit: Non illis hordeum cum daretur,
„ non legumina recuſabant: pecus ve-
„ ro, cujus rei ſumma erat ex Epyro
„ copia, magno in honore habebant:
„ eſt enim genus radicis inventum ab
„ eis qui fuerant cum Valerio, quod
„ appellatur *Chara*, quod admixtum
„ lacte multum inopiam levat: id ſi-
„ militudinem panis efficiebat: ejus
„ erat magna copia: ex hoc confectos
„ panes, cum in. colloquiis, Pompe-
„ jani famen noſtris objectarent, vul-
„ go in eos jaciebant, ut ſpem eorum
„ minuerent. Ex hac herba panem con-
ficiundum Dn. Marchioni de Mon-
dejar Neap. Proregi, ab aliquibus
ſuggeſtum fuiſſe, plebs ſuſpicata fuit.
Livius *lib.* 4. Feneſtell. *de Magiſtrat.*
cap. 15. Zaſ. in *l.* 2. §. *præfect. annonæ*,
7 *ff. de orig. jur.* tantam inopiam ali-
quando fuiſſe ſcribunt, ut Romani,
cum eam ſuſtinere nequirent, ne ex-
tenuati in horas mortem obirent, ſe-
ſe præmiſſo capite in Tyberim pro-
jicerent. Fuerunt & aliæ paſſim an-
nonæ defectiones, & inde ortæ ſedi-
tiones. Procop. *de bell. Juſtin.* Jo: Vil-
lanus qui *Neapolis chronica* verna-
cula lingua conſcripſit, *lib.* 3. *cap.* 11.
aſſerit anno 1338. tritici modium
aureis duobus quatuorque tarenis
valuiſſe: quod pretium eo tempeſta-
te maxime exceſſivum erat: tempo-
re etiam quo Dn. Dux. Alcalanorum
Neapoli præfuit, ſatis caro conſtitit;
ut interim miſſa faciamus quæ no-
ſtris diebus eandem ob cauſam eve-
niſſe vidimus: quando ob id, ideſt ob
annonam male curatam, Tribunus
plebis frequentioribus civibus exoſus
factus, à viliori plebecula per univer-
ſam Urbem ignominiose tractus &
8 dilaceratus fuit. Id cauſæ fuit ut anti-
quorum Reſpublicæ, Imp. & Reges,
publicæ annonæ procurandæ, ege-
ſtatis potiſſimum tempore nonnul-
los præfecerint, qui quoad fieri poſ-
ſet, penuriæ moleſtiæ occurrerent:
Honor. Imper. in *l.* 1. *Cod. de frum.*
urb. Conſtantinop. lib. 11. ait, quod
ubi confunditur adminiſtrationis or-
do, annonæ caritas augetur; & con-
tra, quando recto proceditur ordine,
augeſcit copia, Caſſiod. *Variar. lib.* 1.
epiſt. 35. *Ne inopia*, inquit, *non*
tam à ſterilitate temporis quam à
negligentia matre, nata eſſe dicatur;
ex qua peccata oriuntur; penuria
enim eſt cauſa peccandi: idem *lib.* 9.
cap. 14. Porro Præfectus annonæ, cum
res exigit, eſt creandus ab Epiſcopo,
& primariis Civitatis, non eorum
quidem arbitratu, ſed ex iis tantum
perſonis, quæ in publicis negotiis
diu ſint verſatæ, quo munus illud
facilius expediant, *l.* 3. *quæ græce*
eſt, *Cod. ut nemi. lic. lib.* 10. Cum
autem hæc noſtra Civitas eſſet Reſpu-
blica, tempore Octavieni Imperato-
ris & domina Inſularum Inarimes &
Caprearum, ut Sveton. ait in ejus
vita cap. 90. & Strabo *de ſit. orb. lib.* 5.
in fi. & nos alibi ſcripſimus, legitur
in ſcripturis Monialium Divi Seba-
ſtiani, ejus Ducem nomine N. Jana-
rum Sedilis Montaneæ equitem, duas
expediviſſe Conſules ad diverſa loca
ut annonæ ſubveniret. Idcirco inſti-
tuti ſunt Electi hujus Civitatis, (qui
ſint ne Ædiles, aut Ædiles Cereales,
aut Decuriones, ſuo loco ſcripſimus,)
item & Præfectus annonæ, quem nos
Graſſerium majorem appellamus:
quibus facta eſt facultas diligentiſſi-
me curandi omnium rerum copiam,
præcipue tamen panis. Ladislaus 9
Rex hanc poteſtatem fecit Electis, ut
in *capitulis hujus Civitatis legitur*,

fol.

Digitized by Google

fol.2. Ladislaus Dei gratia Rex, &c. vobis ſeu Civitatis Neapol. præſentibus, & futuris, fidelibus noſtris dilectis: quæ quidem poteſtas fuit etiam per omnes Reges poſteriores ac etiam à Rege Domino noſtro confirmata: eo vero tempore plebis Tribunum, vel *Electum Populi*, ut vocant, non extitiſſe volunt, cum ſolum Nobiles Reipublicæ curam haberent. Erant autem ſex Electi licet eſſent Sedilia quinque, quia hæc iam ſex fuerunt, ut alias diximus; Sedile Furcillæ cum Sedili Montaunitum, ſuum etiam Electum bat: quam prærogativam Sedile n Montaneæ adhuc ſibi retinet, s ſcilicet Electos eligat: hodie im etiam Populus ſibi Electum uat, ſeptem ſunt Neap. Ele- tamen poteſtatem Ladiſlaus minis præſcripſit: nomina- cavit ne fruges extra urbem ur, ut antea fiebat; tanti erat civibus opulentiam cui rei poſtea regula adut etiam ex juris diſpoones tempore incongruo ntur, ſicut aliarum ublici ſtatus regendi io eſt prohibita. Et ius injunxit Electis iberent, qui furtiolorarent; ejus hæc ittentes, & manvod ſatis ſollicite ei, per explora- d à Neapoli per s frumentum, & alia ſpectanno nullatenus lus hujus Reus, *in* 1. & ones abſque Principis indulgentia fieri vetuit: imo & navigia in ſingulis portubus qua tranſire contingerint, diligenter à *Portulanis*, quos vocant, id eſt portuum cuſtodibus & Limenarchis, examinari adhibitis publico Tabellione & quatuor fide dignis viris præcepit: pœnamque ſtatuit portitoribus ſi eorum merces ſummam excedere invenirentur, cujus extrahendæ poteſtas illis facta erat. Et Rex Dominus noſter in formula Viceregis, cujus occaſione hucuſque digreſſi ſumus, hanc rem etiam curandam jubet his verbis: *Necnon prohibitiones ne victualia ſeu pecuniæ ſeu aliæ quæcunque res, à prædicto Siciliæ citra Farum Regno, extrahantur, facere, & ſuper illis diſpenſare*: quæ omnia ex juris diſpoſitione conſtant, *l. cotem, ff. de publican. & vectigal.* Boer. *deciſ.*178. *num.*19. & ut non deficeret in Regno, *l. præſes, Cod. de ſervit. & aqua.* Afflict. *dec.* 290. *num.*9. & licentia eo modo datur, ne ſcilicet deficiat, Ripa in *tit. de pub. reſponſ.*15. *num.*8. *ne forte non ſufficiat nobis & vobis*, *Matth. cap.*23. Iſern. in *prob. conſtit.* Luc. de Penna in *l. nominationum*, *Cod. de decur. lib.*10. Solet autem extrahi frumentum, ut legitur in *pragm. in tit. de offic. ad Reg. Majeſt. ejuſque Vicereg. coll. ſpectantib.* his verbis: *Deputados por la regia Corte para la extraction de los granos y otras vittuallas que ſe extrahen de las marinas, y cargadores del Reyno, &c.* à quibus Univerſitates non debent exigere, quod ipſis non competit, *pragmat. Et ſi hactenus, fol.*412. qua de re, inſuper & de frumenti pretio, agit Minad. *fol.* 36. idcirco emanarunt proviſiones ab Illuſtriſs. Granvela, ut evectio-

nes sive Tractæ concedi possent: non tamen potest extra Regnum vehi, & eo minus apud hostes sive barbaros, *l.2.C.de commerc. & mercator.* quod fuit etiam provisum ex pragmatica Magni Capitanei, & declaratione Cæsareæ Majestatis Caroli V. quandoquidem ex ejusmodi extractionibus oritur penuria, in *pragmat. rubr. Extractiones animal. auri, & aliarum prohib.pragm.2.3.4.5.* etiam si esset moneta Hispana; edictum Illustris. Principis Petræ Persiæ anno 1582. & aliud per Illustris. Ducem Offun. 1584. quo pœna mortis naturalis indicitur. Nec etiam cupressi aptæ ad fabricanda navigia, *l.2. ff.de cupress. lib.*11. Boer.in *dec.*177. nec arma, *l.2. Cod.quæ res asport.non deb.* quemadmodum cum advenæ in
11 Regnum adveniunt, debent ipsa deponere, *Constit. Regni, Homines extra Regnum, Rubr. de intrantib. Regnum,ut arma in Regno deponant;* & tanto magis si transmitterentur ad infideles, in *lib. pragmat. tit. de armis, pragmat.2. & in præfato titulo, extract. animal. pragm.2.* nec lapis dictus *Cotis*, quo ferrum acuitur, *l.cotem, ff. de public. & vectigalib.* Boer.*decis.*178. nec equi militares extra provinciam, *l.officium*, §.1. *ff.de re mili.* nec à Regno, Luc. de Pen. in *l.*1. *Cod.de litzorib. & itiner. custod. lib.*12. Isern. in *tit. quæ sint regal.*& Boer.*d.dec.*178.*d.prag.*2. *de extract.animal.* Largius tamen & providentius cautū fuit anno 1589. per Illustris.Dom.Jo:Zunicam Principem Petræ Persiæ in *lib. pragmat. pragmat.*1. *fol.*483. Nec potest emi frumentum publice in littoribus, ne transferatur ad hostes; nec frumentum exercitibus destinatum, *l.*1. *& penult. Cod.quæ res vendi non poss.* nec vinum, nec oleum, nec quivis alius liquor, aut legumen, *l.*1. *Cod. quæ res asport. non deb.* Prohibetur etiam extractio sulfuris, salis nitri, & pulveris, anno 1583. edicto Illustris. Ducis Offun.in *lib.pramat.*23. *fol.*23. Item & vestium cujusvis speciei, ad vitanda furta & fraudes, anno 1586.per eundem Dn. Ducem: in *nov. pragmaticis, pragmat.* 51. Nec linum, quod in Regno fit, extra Regnum trahi potest; & quod in districtu civitatis factum est, extrahi non permittitur ex edicto Illustris. Ducis Alcal. in *pragmat. nov.pragmat.*3. nec pecudes sive animalia, *pragmat.*1. *de extract. animal.* Id-12
circo ne quid ex prædictis rebus extrahatur, constituti sunt Præfecti, qui vulgo *Capitanei Grassiæ* nuncupantur, in Campania, Comitatu Molisii, Aprutio citra & ultra: officium sane antiquissimum. Cum quibus, juxta suas instructiones & privilegia, est habenda particularis ratio: quinimo hæc Civitas Siculo frumento uti est solita cum solutione *Tractæ*, juxta antiquum usum ex gratia Cesareæ Majestatis Caroli V. præfinite concessa, ut legitur in *capitulis ipsius, fol.*173. eo enim est ferax Sicilia, ut inde in Galliam usque conducantur, Cassiod. *variar. lib.*4. *cap.*7. & à quavis alia parte evectiones fieri possunt ad usum Neapolis, *fol.*115. Regiam tamen Cameram Summariæ, tamquam cui cognitio Regii patrimonii incumbit, debent consulere in rebus annonæ & pretii indicti, quam *Assisiam* dicunt, *Constitut. Magistros camerarios*, & colligitur ex Marin. Tret. *lib.*1. *in fust. in 4.officio Regni, de offic. Magni Camerar.*

Digitized by Google

jus formulam ex Cassiodoro *lib. 6. variar. cap.* 18. huc transcribendam curavimus.

FORMULA

Præfecti Annonæ & ejus Excellentiæ

SI ad hanc mensuram censendæ sunt dignitates, ut tanto quis honorabilis habeatur, quanto civibus profuisse cognoscitur; is certe debet esse gloriosus, qui ad copiam Romani populi probatur electus. Tui siquidem studii est, ut sacratissimæ Urbi præpararetur annona, ubique re-

jus est, & in gratia civium, omnium vicit facta majorum: qui ne aliquando in honore diceretur, cum nominis taxatione vocabatur & MAGNUS. Hoc te exemplum invitet ad prospera: quando ille, honoris tui locum egisse cognoscitur, quem felix Roma mirabatur. Ne quis autem putet, abjectis te hominibus imperare, dignitati quoque tuæ piscatorum jura famulata sunt, quæ per diversas Mundi partes possessione latissima tendebantur: ne inopia faciente vilesceret, quod Romanæ copiæ laudabili famulatione, servaret. Suarii quoque, Romanæ copiæ causa reperti, tuo deputati videntur examini. Gloriare

„ riare privilegiis acquisitis. Tribu-
„ nal tuum non est inter minimas di-
„ gnitates: quando & Romana gratia
„ frueris, & provinciis jussa trans-
„ mittis. Sed ut actionis ipsius in to-
„ tum merita perscrutemur, triticas
„ quidem copias Præfectura Prætoria-
„ na procurat, Sed non minor laus
„ est, dispensationem probabilem fa-
„ cere, quam frumenta colligere;
„ quando in quavis abundantia, que-
„ rela non tollitur, si panis elegan-
„ tia nulla servetur. Sic Ceres fru-
„ menta dicitur invenisse; Pan autem
„ primus consparsas fruges coxisse
„ perhibetur: unde & nomine ejus
„ panis est appellatus. Ita & illa præ-
„ dicata est quæ reperit, & iste lauda-
„ tus est, qui decenter edenda huma-
„ nis usibus applicavit, Atque ideo
„ cognoscentes industriam tuam, quæ
„ semper est amica sapientiæ, Præ-
„ fecturam Annonæ per illam Indi-
„ ctionem nostra tibi electione defe-
„ rimus. Considera nunc, quia non
„ licet aliquid furari de populo. Nam
„ quod in civitatis damna committi-
„ tur, silentio non celatur. Nescit
„ plebs tacere, quando interdum &
„ hoc loquitur, quod à nemine perpe-
„ tratur. In fraudulentos distringe;
„ panis pondera æquus examinator
„ intende; solicitus auro pensetur, un-
„ de à Quiritibus vivitur. Quia gra-
„ tior nobis est lætitia faventis populi
„ Romani, quam copia preciosissimi
„ metalli. Intuere certe quod loqui-
„ mur. Quid habes melius quod optes,
„ quam illius populi gratiam quærere,
„ quam nos etiam constat optare?

Cajus autem Cæsar, duos Prætores & duos Ædiles, qui frumento præessent, constituit, ac à Cerere *Cereales* appellavit, auctor Fenest. *de Magistrat. cap.* 19. Sed ut legem Agrariam, jam sæpe constitutam, missam fecimus; hoc Regnum, quod precipue ad publicam copiam spectat, regendum censeo particulari cura & stabilimine in singulis Provinciis, ut diligentius ei rei intendatur, *l.* 2. *C. quan. & quib. quar. pars, lib.* 10. hoc enim modo res humanæ ad confusionem vitandam, meliori regun-tur ordine, *cap.* 1. 91. *dist. cap. cum singula, de præben. in* 6. & resultat pax, *l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legat.* 2. Nec expedit ut una Provincia ex laboribus alterius vivat, nec omnes simul, ex inquiete & sollicitudine Domini Viceregis: de supradictis loquuntur Doctores in *l.* 1. *ff. de acquir. possess.* ex auctoritate D. Thomæ in his terminis, *l. Cajus, §. Titius, ff. de legat.* 2. Cum autem 14
hoc Regnum in duodecim divisum sit provincias, ut alias diximus, stu-gienda est quoad fieri possit, ordina-tio Delegatorum sive Commissario-rum, ut vocant: damnum enim & vexationem inferunt populis. Sed 15
in singulis Provinciis conficiendi sunt singuli libri à Gubernatoribus ipsarum formati: in quibus adno-tandi sunt omnes agri, cum nomi-nibus, & cognominibus dominorum illorum; vel sint arbustati, vel se-minibus recipiendis apti, vel utrun-que participent; cujuscunque sint qualitatis: item & numerus jugerum sive quot modiorum sunt capaces, ut fiebat cum collectæ imponebantur. Inde adhibenda cura ut sciatur quan-tum in universa provincia semine-tur & quantum æstate colligatur, iti-demque in eo libro notandum. Quo-rum notitiam brevi manu Præsides provinciarum habere poterunt ex

Ca-

Digitized by Google

bus quæcunque fieri possent, ad Regnum perpetuo commode sustinendum, postquam anno quolibet facile est scitu quantum ubique frugum producatur. Primo autem anno quoad fieri commodius, distribui poterit; cum fere sciatur capitum censio sive professio, deest *focorum numeratio*, quam dicunt: annis vero futuris, certa regula habebitur victui, prospiciendo annum jam elapsum: cum enim notum fuerit quæ provincia fertilior, quæque sterilior fuerit, ex abundantia illius suppleri poterit inopia istius. Profecto eo modo poterit Rex noster uti beneficio Evectionum sive *Tractarum*, postquam eo modo certo scitur quid

16 multus aliquis facile oriri. Debent itaque in suis oppidis sibi frumenta condere, & cogi ad sibi providendum ex tempore, eodem pretio, quod Neapoli usuveniet: id autem jure faciendum esse commonstrabo. Præterea, *Regia Pragmatica* esset cavendum ut semper in horreis sint quadraginta, aut quinquaginta modiorum millia farinæ, jubendumque ut ordinatim ex prius molita, panis conficeretur: nec corrumpetur, ut quibusdam placuit, si frequenter ex personis ad id destinatis examinetur. Eoque modo nullum incutiet timorem hiemis feveritas pluviarumque frequentia temporumve vicissitudo: quas ob causas, in personas quæ in dies mensprando, adsignando

Digitized by Google

gnando, vehendo, molendo, reducendoque frumento assistere necesse erit; item & in telas conficiendis saccis comparandas, erogationes publicæ pecuniæ vitabuntur: id autem ex legum auctoritate subsistere puto ut habetur in *tit. de condit. in publ.* 17 *horre. Cod. lib.* 10. Insuper magnum in modum laudandum veniret si agriculturæ vacandum curaretur: præter enim publicum beneficium, fiscales adaugerentur functiones, juxta *text. in l. non intelligitur*, §. *divi fratres*, *ff. de jure fisci*; sicut enim diligenti cultura, prætia prædiorum ampliantur, ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est, *& l. fi. C. de alluvion. & palud. ne dolens diligentes operam suam agri dedisse cultura*. Sed ut intensius loquamur, tria agrorum genera, quod potui observare, inveni: aliqui enim sunt deserti, id est domino carentes: & tunc qui eos colerent, præmium merebant, *l. quicunque, Cod. de om. agro deser. lib.* 10. aliqui à domino quidem possidentur, sed inculti cum sint, ubertatis usui non deserviunt: ejusdem ideaque sunt conditionis secundum Luc. de Pen. in *dicta rubr. de om. agro deser.* & de his late differuit Dn. Mutius meus germanus: aliqui tandem sunt sationi destinati at male coluntur: quibus bene colendis esset incumbendum ad publicam annonam: de his ego præcipue intelligo, non tamen penitus prætermittens primos. Cæs. *lib. 4. belli Gall. vacant agri*, idest, non excoluntur. Possent etiam diverti soliti, imo insoliti, aquarum decursus, qui nonnullis in Regni partibus innumerorum terræ jugerum culturam impediunt: similiter & arcendæque pluviæ, quæ non parum inferunt damni agris colendis, sint robusti vel sint compesces, idque bovis regulis, quas mox subjiciemus, fieri posset. Esset profecto maximæ utilitatis & abundantiæ, & notabiliter expediret, si agri pascui efficerentur sativi, & contra, sativi verterentur in pascua: idest, si agri qui hucusque pecorum pabulis destinati fuerunt, seminarentur, & qui seminationi deserviebant, pabulis destinarentur: eo modo alternando ex aliquot in aliquot annos: terra enim quæ hucusque seminata fuit, cum continuando culturam eo sit aeris & exhausta, ut pauxillum frumenti prodire possit, si pecorum pabulis subjiceretur, tum quia stercoraretur, tum quia per aliquantum temporis vacaret, feracissima sese redderet, cum iterum sollicitaretur. Et vice versa, quæ hucusque pascua fuit, si coleretur eo quod jamdiu vacavit & exstercoratione pinguis est effecta, redderet fœnum centuplum: & sic ex singulorum currutum spatio (*currum* appellant triginta sex jugerum spatium) ubi pascuntur oves ad pensionem aureorum vigintiquinque, percipientur centum: ex quorum parte satisfieret conductori vectigalis, reliqui vero transferrentur in utilitatem Regis. Apud Romanos agrorum 18 arandorum colendorumque cura omnis in Censores incumbebat: hi enim his & ejusmodi rebus operam dabant, ut scilicet equites Romani sordidos equos non haberent nec macilentos: corpulentis autem, equos adimebant absque ignominiæ nota: id dico ut sciatur levissimarum etiam rerum ad rempublicam regendam,

cu-

Digitized by Google

Digitized by Google

privilegiis agricultores munierint, præfertim, ut boves aratorios exequi non possent, *l. exequutores, C. quæ res pign. oblig. poss.* Guliel. de Benedict. in *cap. Raynutius, ver. & uxorem, fol.* 131. *de testam. Prag. Reg.* item ut qui eos occiderent pœnæ rei efficerentur, quod probatur ex Phalaridis Agrigentini Siciliæ Tyranni *epistolis* contra Perillum mathematicum. Is Perillus quod Phalaridem, truculentum cognovisset, morem illi gerere credidit si novum aliquod pœnarum genus ei commonstraret: excogitavit itaque & confecit taurum æneum vacuum, in cujus ventrem si quis inferretur deinde ignis supponeretur, tauri vocem emittere dicebat, & sic adurendo mugendoque mori. Tyrannus tale inventum admiratus insimul & artificis sævitiam, qua seipso tyranniorem demonstraverat, in caput ejus, illius rei periculum facere decrevit & effecit: ibi igitur, taurum, hominis ejusque laboris observantissimum appellavit: quod & latini postea usurparunt dum bovem,
21 *laboriosissimum animal, ac hominis socium ad laborem* appellarunt: & proinde sanxerunt ut non minus capitale fuisset, occidere bovem ac civē: in quo describendo Cato *de re rust. lib. 2. cap. 5.* Colum. *de re rust. lib. 6. cap. 1.* Plin. *natural. histor. lib. 8. c. 45.* in hæc verba scripserunt: *Bovem laboratissimum hominis socium ad laborem, cujus veneratio tanta fuit, ut ita capitale esset bovem quam civem necare sanxerint*; item & Alex. ab Alex. in suis *Genialib.* Rei vero rusticæ complures Romani equites operam dederunt, de qua multos conscripsere libros, quos Tiraqu. refert *de Nobilit. cap.* 32. eo enim exercitio de Republica bene meruisse credebant, & recte, cum publicum concernat statum. Bovum autem 22
aratro subigendorum, item & aratri author fuit Buzyges Atheniensis secundum Plin. *nat. histor. lib. 7. cap. 56.* secundum alios Cayn primus terram arasse fertur, Joseph *de antiq. Judai. lib. 4. cap. 4.* secundum alios alii: vide *Comment. in Verg. lib. Georg. 1.* super illud.

------ *uncique puer monstrator aratri.*

Et Comment. in *Solin. cap. 16.* Intantum autem boves privilegiis muniuntur, ut illis uti nemini liceat: etiam si quis esset Officialis, dum eos vellet, qui agris colendis deserviunt, cui rei addita pœna provisum fuit, *l. 1. & 2. Cod. ne rustici ad ull. obseq. revoc. lib. 11.* Agricultores etiam in jus vocari non possunt tempore collectionis fructuum, *l. 1. Cod. de agric. & censit. lib. 11.* eorumque agri ob frumentum ordeumve creditum detineri non poterant: insuper & de agris & pecoribus non solvebatur vectigal, Sigon. *de ant. jure Ital. lib. 2. cap. 1.* inde enim eveniebat, fame necatos (tristissimam pestem) homines intransisse incursionem barbarica non minorem, ut ait Justin. in §. 1. *Auth. null. cred. agr.* Oppidani etiam qui fruges ad annonam vehunt, ullo detineri debent obsequio, nec mularum equorumque fiscalium ministerio, *l. 1. Cod. ne rustic. ad ull. obseq. revoc. lib. 11.* ubi Luc. de Pen. *in fine* dicit: *Capitaneos ac Officiales in Apulia injuste & contra legis illius sanctionem, suum gerere officium*: idcirco nec sunt *detinendi nec molestandi cum frumentum in mercatum vehunt, ut*

ba-

Civitati provisum non fuerit prohibendos esse dominos vendere frumentum, aut saltem id permittendum facta prius denunciatione, iniquum videri poterit; cum commercium impediri videatur contra præceptum *l. quod si minor*, §. 1. & *l. etsi sine*, §. 1. *ff. de minor. l. cum plures*, §. 1. *ff. de administr. tut. l.* 1. *Cod. de episcop. aud. l. nobiliores*, *l. muratores*, *Cod. de commerc. & mercat.* nec alicui est auferenda potestas disponendi de rebus suis ut libuerit, *l.* 2. *ff. si à pat. quis mauum. fuer. l. in re mandata*, *Cod. mandati.* Sed respondemus hunc articulum nullam habere diffi-

ob caus. & auferetur dominium, *l. item si verberatum*, §. *si forte*, *ff. de rei vendic. l. Lucius*, *ff. de evict.* Unde 23
sequitur adstringi posse ad vendendum huic Civitati quod remanet, justo pretio, *l. venditor*, §. *si constat*, *ff. comm. præd. l. fin. Cod. quib. ex caus. serv. per præm. lib. mer.* & pro bono pacis, Innocent. in *cap. in nostra*: *de injur.* Bald. & Angel. in *l. bene à Zenone*, *Cod. de quatr. præscript.* pax autem est publica abundantia, *cap.* 1. §. *post natalem*, *de pace tenen.* Est autem justum pretium stabiliendum, *l.* 1. §. *cura carnis*, *ff. de off. præf. urb.* Rerum autem omnium, quas *supra* diximus, Authorum scripta redun-

Digitized by Google

dant, quos ad id cumulavimus in *Pragmatica de Osculo*. Vide etiam Luc.de Pen. in *l.nominationum,Cod. de decur.lib.*10. & in *l.*1.*Cod.ut nemi. lic. in empt. specier. eod. lib.* Iſern. in *cap.*1. *d.* §. *poſt natalem*, *de pace tenen.*qui textus ait,poſt nativitatem B.Virginis,quo tempore fructus jam ſunt collecti, Barones debere indicere, pretium rebus, ideſt ponere metam vel *aſſiſiam*,ut ajunt,cum interventu ſeptem circumſpectorum hominum : unam enim provinciam, altera fertiliorem eſſe contingit, ut dicit Iſer.in eo §. At reliquum eſt, ut quomodo emendum, vehendum, reponendumque ſit frumentum, commonſtremus : circa primum quoad obſervare potui,per duo omnino perſonarum genera emi conſueviſſe inveni : aut per Mercatores, aut per homines conſulto ad id à Civitate
24 deſtinatos. Mercatores Reipubl. neceſſarios eſſe docuit Plato in *Republ.* & habetur in *l.*1. *ff. de nundin.* Tiraqu. *de Nobilit. cap.*33. eorumque exercitium illis impediri non poſſe videtur, *l.*1. *ff.de pœn.l.patronus*,*ff.de jure patr.* cum aliis ſuo uſui citatis à Bar.in *l.*1.*num.*30.*ff.ſolut.matrim.* & Jacobinus de Sancto Geor.*ver.Dux*, *verſ.Quæro*, ubi res ſupradictas non allegat ; dicit prohiberi quidem non poſſe, at impediri ne veniant poſſe. Hujus autem contrarietatis reſolutio, ex mercatorum diverſitate oritur: cauſa tamen erit quod aut ſunt exteri qui cum inimicis Regis noſtri commercium habent, & hoc modo ſecreta illis detegerentur, *l.mercatores*, *Cod. de commer. & mercat.* aut ſunt perſonæ odioſæ & itidem prohiberi poſſunt, *l.fin.Cod.de jure emphi.* Iſern. in *rubr. quæ ſint regal. in fine.* Mercatores autem liberarum gentium & fœderatarum, quia non ſunt inimici, *l. non dubito*, *ff. de capt. & poſtl. reverſ.* & devoti Regiæ Majeſtatis, de quibus in *l. à legatis*, *C. de vectig.& commiſſ.* inſuper & mercatores ſubditi, eorum cauſa prohiberi poſſunt, ſecundum Jacobinum *d. tract.* Experientia tamen comprobatum eſt, majorem partem æris alieni quo Civitas noſtra gravatur, ex rationibus habitis cum mercatoribus contractam eſſe : cum enim promiſſa non ſervaverint, non levia intulerunt inconvenientia, ut fuit Illuſtriſs. Duce Oſſunæ Vicerege. Et ſi quando promiſſa adimplere ſunt conati, frumentum convexerunt adulteratum ; nec novæ meſſis : itaque nec pondere correſponderet, nec menſura : cujuſmodi maximam quantitatem aliquando recuſandam curavi ; cum eſſem Decurio,Illuſtriſs.de Mondejar Viceregem agente : quod ex inquiſitione & proceſſu in Reg.Cam. Summar. patet. Uſui tamen eſſent mercatores ſi frumentum aliunde, quam ab ipſomet Regno conducendum eſſet : atqui dignior eſt Civitas ſi rerum abundantia ex proprio territorio fruatur, quam ſi per Mercatores abundet, cum ob bellorum eventus & diverſa diſcrimina, commeatus impediri ſoleat, ut per Cagnol.in *de vit. & regim. Prin. n.*64. uſus tamen deſtinandorum hominum à Civitate cum pecunia numerata ad frumentum coemendum, pauco ab hinc tempore inolevit. Hi Romano- 25
rum tempore, niſi fallor, *Frumentatores* appellabantur, & pro illis emebant Civitatibus, quæ frumento importato utebantur, *l. Lucius*, *ff. ad municip. l.ex falſo*, *ff.de negot. geſt.*

Digitized by Google

nis non juvabantur, *l.* 3. *Cod. de compensat.* Necessitate vero urgente Domus Regia frumentum dare tenebatur, *l.* 1. *Cod. ut nem. lic. in empt. specier. lib.* 10. quod ab Antigono Laced. Rege factum fuisse refert Plutar. in *apopht. Lacon.* qui singulis civibus singulos tritici modios in magna penuria impendit; & Sempronius Gracchus lege jussit ut *frumentum* à publico distribueretur Populo Rom. quæ propterea *frumentaria* dicta fuit. Et Clod. Trib. Pl. de annona legem tulit, qua frumentum quod antea senis æris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis clam à pistoribus populo ministrabatur; quia vero in eo dispertiendo, multum admittebatur fraudis, jussum fuit à Valentin. ut palam ea distributio fieret: cumque unus locus ad ipsum dividendum inter frequentissimam plebem, non sufficeret; constituti sunt in singulis Urbis regionibus, (eæque erant XIV. quot & veteris olim Romæ) marmorei gradus, ubi illa divisio fiebat: unde panis ille, *gradilis* dicebatur. Et erant cuique Tribui sui gradus destinati, quos mutare non licebat, nec alter ad alterius gradum transire poterat: quod, ut ita servaretur, officialibus

Digitized by Google

libus Præfecti annonæ curæ erat. Universa hæc facti series habetur in *Cod. Theod. tit. de annon. civil.* Appellabantur etiam hi *panes civiles*; quod civibus tribuebãtur, ad differentiam aliorum panum, qui quibusdam scholarum hominibus præstabantur, de quibus Guido Pancir. in *Notit. imper. orient. cap.*26. Hique olim quidem in alium transferri alienarive non poterant, postea vero ex Theodosii permissu, & alienari, & in dotem dari potuere, *l. ult. C. de annon. civil. lib.*12. *l. ult. §. præterea, Cod. de jure dot.* Et alias à Principe *panicum* populo distributum fuisse tradit Cassiod. *var. lib.*12. *cap.*27. Lucas de Penna in *rubr. de annon. civil. lib.*11. scribit, Annonam civilem Neapoli *provisionem* appellari, quod omnibus de rebus providetur. Ob stragem Romanis ab Annibale Cannis inflictam, in Siciliam & Sardiniam ad frumentum & pecuniam missum fuit, Liv. *lib.*23. & Valer. Max. *lib.*7. *cap.*6. Siciliam & Sardiniam *urbis nostræ benignissimas nutrices* appellat. Munus autem curandi ut undecunque frumentum Neapolim convehatur, Tribunali Divi Laurentii incumbit, ut faciebat Præfectus annonæ, qui curabat ut qui plusquam usus suus exigeret, frumẽtum haberet, id exhiberet, secundum Feneste. *de Magistrat. cap.*15.

27 Atque à *Frumentariis* (ita enim appellabant frumenti conductores) in publica horrea conducebatur: quæ fuere Romæ quidem numero centum sexaginta post Montem Aventinum, quod refert And. Pallad. in *lib. de Antiq. Ur. Ro.* extra Romam, centum nonagintaunum, & inde viritim distribuebatur. Unde ob continuam consuetudinem quæ in privatorum domibus habebatur, Adrianus Imperator omnia Romanorum arcana sciebat, ut refert Spartianus. Publicum autem frumentum semper fuisse, inde notum (ut taceam interim *rubr. Cod. de condit. in publ. horr. lib.*11.) quod erant usui *tesseræ frumentariæ*, quæ erant signa quædam quæ benemeritis dabantur, quibus exhibitis ter in anno, aut rarius, aut sæpius, ut res exigebat, ex publico eis dabatur frumentum. Hæ *tesseræ*, quæ vel fuerint scripturæ, vel metallum, vel mensura lignea, haud multum hic scire interest, mitti etiam solebant ab Imperatoribus in theatro publicæ letitiæ tempore, in incertum vulgus, *l. sed & si susceperit*, §.1. *ff. de jud. l. mortuo*, §.1. *ff. de leg.*2. Alex. ab Alex. *Gen. dier. lib.*2. *c.*24. Tiraq. in *eum, lib.*3. *cap.*2. Glo. Paris. *de divi. cap.*18. & nos etiam *supra*, cum de missibilibus egimus. Ita & in singulis provinciis possent constitui horrea publica, & foveæ frumentariæ ad reponendum frumentum, ut inde postea distribueretur in singula loca pro rata parte: ut & in hac Civitate & ampla & magnifica extructa fuere ad Portam Regalem, ab Illustris. Duce de Alcalà. Quod autem ad convehendum attinet, eo quod & maritimæ, & terrestris conductionis factum est periculum, elaboraverunt omnes Proreges sternere, quoad fieri posset, & jumentis commeabilem reddere, viam Apuliæ, 28
quo facilius & tutius veheretur frumentum: per mare enim tum ob temporis instabilitatem, qua vel retardantur naves, vel naufragantur magno cum Reip. incommodo, tum etiam ob inimicarum, vel etiam

fœ-

Digitized by Google

quarum navicularios sive nauclerios humanissime semper habebant, curabantque ne quis illis molestus esset: imo ut tuto eam ob causam navigarent: & id quidem singulari lege sanxerunt, *l.*1. *Cod. de navicul. publ. spec. transpor. lib.*11. facit *text.* in *l.*2. *ff. ad leg. Jul. de ann.* ubi qui turbat naves & nautas ut annona deficiat, pœna plectitur: multisque muniebantur privilegiis & immunitatibus ob eorum pericula, & dicuntur *naviculariі* qui annonæ Urbis serviunt, *l. semper*, *§. negotiatores*, *cum seqq. ff. de jur. imm. l. bis qui navem*, *ff. de vacat. & excusat.* *est*, Feneſtel. *de Magistrat. cap.*15. Frumentum autem quemadmodum & res aliæ victui necessariæ, ex Ægypto deferebantur Constantinopolim, idque *Embola* dicebatur. Et naves quæ plus duorum millium modiorum capiebant, nullo pœnitus privilegio excusabantur, quin cogerentur ad *embolam*, *l. jubemus nullam*, *Cod. de sacros. eccles. l. fin. Cod. de navib. non excusan. lib.*11. imo & celeriter, & ex rigore est agendum in re tam singulari, & ex zelo tractanda. Lex permittit Præfecto annonæ, ut suscipiat mulierum accusationem, publicam ob utilitatem, *l. mulierum*, *ff. de accusationibus*, quæ

aliis

Digitized by Google

aliis in casibus rejicitur, *l.qui accusat, eod. tit.* imo & appellationem inhibet, *l.fin. ff.de appellat. non recipiend.* In conductione autem certa regula assignari non potest, sed fieri debet habita ratione temporum & locorum unde facienda erit: cum enim abundans fuerit provisio in publicis horreis, commodior & maturior conductio fiet, cum satis lente fieri possit: nec admittitur compensatio cum illis qui ad eam rem mittuntur, *l. non dubito, ff.de compensat.* aliter tamen loquitur, *l.ideo, eod. tit.* ut scilicet permittatur compensatio, vel legatur, *arctiorem annonam*, vel, *cariorem*, Bud. Cotta, in *vers.Annona*, & Francisc. Duar. *lib.1. disput.anniversar.cap.26.* & id quidem agi poterit in omnibus suæ Majestatis Regnis. Adhæc legi jussiones Illustriss. Cardinalis Granvelæ, reiteratas etiam ab Illustriss. Principe Petræ Persiæ, & Duce Ossun. prout in Codice Pragmaticarum sanctionum hujus Regni est videre: & Granvelæ quidem *pragm.* 18. & observantia illius per d. Principem, *pragm.*21. & declaratio ejusdem per d.Ducem *pragmat.*48. quibus jubetur ut infra & per totum mensem Septembris deferantur Capitaneis Civitatum, & locorum Gubernatoribus, & ab his postea Præsidibus Provinciarum, quotquot frumenti quantitates collectæ fuerint in singulis locis, cujusque fuerint qualitatis: causam vero illis edictis dederunt extractiones ab ipsis concedendæ: ut, scilicet, scirent quot quantitates extrahendas concedere possent: non autem ejusmodi rei normam adhibuerunt, nec ita stabiliverunt, ut in tuto res esset: experientia enim comprobatum est id non sufficere: non quidem ob ipsorum dominorum imprudentiam, sed ob temporum inequalitates & vicissitudines: cum enim in extractionibus tantum fundamentum haberet, in desuetudinem abiit, ita facile ac si nunquam sancitum fuisset. Profecto in ea re peragenda nihil difficultatis opponitur: nec opus est pragmatica ad jubendam collectionis delationem, cum omnibus sit notorium & confessum ubique copiose produci frumentum; sed de annalib. quantitatib. & de modo producendi nondum est cautum. Idipsum fieri posset etiam respectu aliarum frugum; item & vini & olei. Præterea expediret Reip. si denunciatis frugibus, quicquid superfluum reperiretur, juste coemendum, ac in horrea Civitatis inferendum curaretur, ut omnibus æquo pretio panis distribui posset. Tandem recte forsan Reip. consuleretur, si hominum alluvioni undecunque huc confluentium, obviaretur. Et quamvis coloniarum deducendarum nobis usus nunquam fuerit, ut Romanis, qui ut plurimum exhauriendæ gratia plebis Urbanæ, illam in Colonias mittebant, quod latissime scribit Sigon.*de antiquo jure Ital.li.2.cap.2.* saltem legem Liciniam nobis proponere deberemus, quæ de regundis Civibus à P.Licinio Crasso & Q. Mutio Scævola lata fuit: eaque jubebatur, ut in suæ quisque Civitatis jus redigeretur: multi enim Itali cupiditate Civit.Rom.tenebantur:quod Pompon. Læt. in *lib. de legibus* scriptum reliquit in *lege Cincia*. Et Cicero *de lege Papia* meminit, in *orat. pro Archia*, & *lib.3. offic.* quæ prohibebat peregrinos usu urbis; imo

animarum, atque personarum incolumitate, foventibus, eam inopiam pariunt. Atque superfluum familiarium numerum proceribus, nobilibus, aliisque ditioribus interdicere, præter Regiam pragmaticam quæ duos tantum concedunt; etiam in Hispania introductæ. Qui præterquamquod cariorem faciunt annonam, camporum culturam distrahunt: quod Romanis intantum curæ erat, ut servos manumitti passim concessum non erat, ne agrorum cultus turbaretur, secundum Theoph. *Institut. de libert. §. fin.* ex quo per-

ditari possint, ita ut quotidie maxima non oriantur discrimina, jure revocanda ea lex veniret, ne in iniquitatem deveniat, ex reg. tex. in *cap. non debet, de consang. & affin. cap. suggestum de decim. l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. substit.* eoque magis, quod non hoc opus est remedio ad replendam hominibus nostram Civitatem: quippe quæ tantum à necessariis, iisque exteris, viris repletur, ut sunt scholares & professores scientiarum omnium, omniumque artium, quibus cum Resp. summopere egeat, Princeps ad eorum commoditatem magnam erogat pe-

Digitized by Google

cuniarum quantitatem annuam(quod in *ephithet. Civit.* dicemus) item & pro comparandis dignitatibus & Magiſtratibus tum domanialibus tum baronalibus; in quibus diſtribuendis ut plurimum præferri videmus exteros civibus ipſis: tantum inquam eam ob cauſam civitatem repleri videmus, ut aliquando ſub capitis pœna ſit exteris mandandum, ut quiſquis non civis, egrediatur alibi habitaturus quod nuper vidimus cum ob urgentem famem annonæque penuriam, & ſcholas vidimus clauſas, & civilia jurgia interdicta quouſque fames ceſſaret, & vectigalia villicis diminuta, quod quidem Octaviano Imperatore Romæ factum novimus ex Xiphilino, ubi tanta fuit fames, ut non ſolum exteræ perſonæ, ſed & ſervi venales, & gladiatores, & domeſtici famuli, non ſolum privatarum perſonarum, ſed ipſiuſmet Imperatoris fuerint ejecti, ad nonagintaquatuor millia paſſuum, & juſtitium indictum, ideſt factæ repentinæ feriæ. Et in celeberrimis quibuſque Italiæ & reliqui orbis Civitatibus, non paſſim, advenis pernoctare atque reſidere permiſſum eſt, utputa ad quas certis tantum ſub regulis, etiam ad Reip. conſervationem conferentibus, licitum eſt accedere. Huc vero & per terram, & per mare cunctis patent portæ, intantum ut iis, qui cum navibus huc appellunt, nedum quandiu morantur non eſt deneganda ſpecierum emptio, verum & cum diſceſſerint neceſſario poterunt extrahere res commeatui neceſſarias, ſecundum loci diſtantiam, & perſonarum numerum. Qua de re extant in Reg. Camera Summ. conſultationes per Dn. Mutium meum germanum, illius Præſidentem: ubi de ejus origine & cauſa agit: appellaturque is commeatus, *Meſa*, quæ, licet nominum quæſtio & etymologia ſit pertinacibus relinquenda, *l.2.§. fin. Cod. de conſt. pec.* à *menſa* deducta videri poterit, quia ſcilicet datur pro edendo: niſi vocabulum nauticum nuncupare malimus, ubi *Meſonauta* qui in navi cuſtodiæ cauſa proponitur, de quo in *l. fin. ff. nautæ, caup. ſtab.* Alciat. *diſpunct. lib.3. cap.21.* Bud. in *l.1. ff. de arbitr.* Quibus tametſi à prudentiſs. Duce Alcalan. plus minus ab hinc annis quadraginta, obviam itum fuerit, ſublata poteſtate ædificandi in ſuburbiis, & alibi extra urbem, addita pœna cum hujus rei præfectura; tamen cum in deſuetudinem poſtea illius juſſio abierit, frequentius concurrere cœperunt; ut verum dignoſcamus tritum illud: *nitimur in vetitum*; & damnum infertur fiſco Regio, cum cenſus decreſcant qui ex toto Regno ad ipſum proveniunt: minuuntur enim focularia, quod in præſenti numeratione expertum iri arbitror; præterea annonam cariorem reddunt, proſcriptorum ſive bannitorum frequentes multitudines, qui Barones in ſuis caſtris degere non ſinunt, quin eos capiant & immenſas pecuniarum ſummas iis extorqueant: qua de cauſa omnes cum ſuis familiis ad Civitatem convolant, quo tuto vivant. Non autem eſt novum, cum Romanorum tempore id etiam accidiſſe legatur: quos quidem, abolitis eorum delictis, ad bellum aliquando tranſmiſſos dicit Val.Max. Et certe id non foret remedium contemnendum, ubi res eo proceſſiſſet, ut aliter aboleri non poſſent: at vero longe tutius eſſet

Digitized by Google

set, si principiis obstaretur, ne scilicet eum in modum excrescerent. Sunt enim rivuli ex novis causis, ut merito hanc faciant, quam videmus, inundationem: quibus, ex Regis nostri religione atque pietate, cum ejus ministrorum solertia, oportune consulendum speramus. Illud tandem lubens subjunxerim, frumenti quidem procurationem ad Præfectum præt. spectare; panis autem ad Præfectum annonæ; quod ex iis verbis præscriptæ formulæ patet: *Sed ne actionis ipsius in totum merita perscrutemur, triticas quidem copias Præfectura Prætoriana procurat; sed non minor laus est dispensationem probabilem facere, &c.* Non autem negaverim in his quæ circa hanc rem differui, falli potuisse; at de patria benemerendi desiderium, & Civibus optata commoda, me excusatum faciant.

ADNOTATIONES

Gratanter implemus quæ illæ constituit.


His compar videtur praxis, ut Sacri Consilii exequutorialia decretorum sententiarum, quo extra urbem firmius custodiantur, Proregis auctoritate in Reg. Cancellaria, solemniter firmentur.

Num. 1. Profecto igitur prætoriæ curæ erat procurandi annonam perinde ac hodie Viceregi.

od. in form. Præfecti annonæ, quam Germanus integre huc in-
*cas quidem copias, ait, à præfectura prætoriana procurari; pa-
æ dispensandæ curam præfecto annonæ relinqui.* Et siquidem id
tegrum observari videmus, qui ut uberiore panis copia cives
*omnibus locis extra Regnum utcunque remotis frumentum in
n importandum curat, quibusdam sub notis regulis. Quod
mercii vim habeat, & an jure fieri possit; jam pro immuni-
vectigalium contra immittentes in controversiam adductum
nera, & bis desuper judicatum, differentibus tamen senten-
'iscum & Civitatem coram D. Prorege terminandum venit:
onstituetur, sigillatim juxta causæ pondus & dignitatem
eo tract. de Regal. Reg. Neap.* adductis utriusque partis ju-
illud non tacuerim, quod onus id comparandi frumen-
*ris, ut Princeps immunitatem de eo dare non possit,
un. lib. 10. Restaur. de Imperat. quæst. 111. num. 44.*

ermittere nolebat ut optimates plus quinquaginta terræ jugera.

prohibebatur ne quis ultra quinquaginta terræ ju-



A gera possideret, quodque cui plus esset, egenis civibus distribueretur: eiusque *lex* erat *Frumentaria* de annona pauperibus assignanda, quod valde est mihi notandum pro paupertatis indemnitate, auctor Spiegell. eratque & *lex Didia* ad refrenandam divitum gulam; ut scilicet prandia, præscripta impensa fierent, statuta pœna nedum in transgressores convocantes, sed etiam in convocatos, aut qui quomodolibet interfuissent; eaque dicebatur *lex Sumptuaria*, eod. Spieg. auct. de qua & Alex. ab Alex.

Ibid. Tumultuarie interfectus fuit.

Jejuna plebs Regi non obedit, ait Isern. in *cap.*1. *de pace constant.*

B

*Num.*6. *Non illis hordeum cum daretur, non legumina recusabant.*

Aliquando non pane, sed pulte victum fuisse, aliisque ex rebus præter panem, refert Alexand.ab Alex. in *Genial. lib.*3.*cap.*11.

Num. 12. *Eo enim est ferax Sicilia, &c.*

Anno decimo octavo post exactos Reges, Romæ annonæ maxima caritate superveniente, pro advehendo frumento in Siciliam missi fuere P.Valer. & L.Geganius, ex Pompon. Læto *de Magistrat. Rom. tit.de præf. ann.* Quis autem primus fuerit annonæ præfectus, varie sentitur: nonnulli volunt L. Minutium: moris autem fuit hunc Magistratum non creari nisi ex indigentia frumenti, ut Pompon. *ibid.* ait. Non autem incongrum erit hic dicere, quod pretio rebus venalibus imponendo olim præerant Episcopi, *l.fin.* §. *item episcopi*, *ff.de muner. & honor. cap.*1. *de empt. & vendit.* licet de consuetudine generali secus, per ea quæ Gloss. in *d. cap.* dicit: & jura & authoritates per Boer. in *decis.*69. adducuntur. Olim autem erat Præfecti urbis potestas, *l.*1. §.*cura carnis*, *ff. de offic. præf.urb.* & dicitur, Assisia, *l.fin. ff.ad legJul. de ann.* Isern. in *cap.*1. §.*& post natale, de pace ten.* Hodie vero in nostra urbe Decuriones quinque Sedilium, qui sex erant, huic rei incumbunt ex concessione facta per Regem Ladislaum, prout sunt etiam hodie; scilicet sex nobiles, duo sedilis nostræ Montaneæ ex unione alterius sedilis Furcillæ, & alii uniuscujusque sedilium, & alter plateæ popularis tribunus. Et quam habeant in comestibilibus ac in cunctis ad frumentariam aliasque copias jurisdictionem, in *lib.de Sedilib.* Germanus agit sigillatim. Nos autem, cum aliis per nos perpensis circa articulum, ut in electione Episcopi, Regi aliqua ex justa causa competat ad S.Pontificem adeundi recursus, in Codice nostro *de Regalib.* latius explanabimus.

C

D

Num.

Digitized by Google

exercitu veniſſet; ſecundo bello punico, Brutii, ideſt Calabri, Lucani, Picentini, & Campani, ultro ſeſe illi dedidere. Ob quam deditionem, Romani profligato Annibale, in ipſos animadverterunt. Et Campanos quidem uſque eo caſtigarunt, ut eorum agros ad extremum ſorte dividerent. Picentinos autem & Lucanos, & Brutios atrociori affecerunt pœna. Quandoquidem omni honore, omnique dignitate privatos, ad ſervilia tantum opera, & ad vilia munia deſtinavere. Sic deſolata Civitate, prohibiti fuere ne ſimul cohabitarent, juſſi ut vicatim vitam degerent. Inſuper, ne armis uterentur, utpote qui, dum illa turpiter abjecerant, ſe iis indignos commonſtrarant. Demum fuere aſſignati Reipublicæ, ut publicos tantum curſores & tabellarios agerent. Ejus ſententiæ mentionem facit Liv. *dec.1. lib.8. & 9. decad.3. lib.5.* Strabo *d. lib.5. in fin.* Fretia *lib.1.* ubi Picentinos diſſimulat, Car. Sigon. *de antiq. jur. civ. Rom.* Leander Albert. in *de Script. Ital. tit. de Campan. felici.* Hujuſmodi ſunt ſervi illi, quorum peſſimam

D


Digitized by Google

A mam vocat conditionem Justinianus, *Institut. de libertin. §. libertinorum.* Cæterum animadversione dignum est, hos viliores tantum fuisse, idest eos qui nihil aut parum culpæ in deditione admiserant; honestiores enim extinctos penitus tradunt. Nec enim veri est simile, nobiles fuisse æque ac plebejos, plexos à Romanis, qui mitius castigandos illos, quam illos, multis cavere legibus, ut in universo pœnarum titulo est videre. Picentini igitur, vita, conditione qua diximus, donati, commodiori quo potuerunt modo, sibi casas compaginavere. Et pars quidem intra Capreas & Salernum (quod Romani Picentiæ suffecerunt) ad rupes, & scopulos mari imminentes; pars ad alteras rupum pendices adacti fuerunt; pars Silarim transgressi, arida tenuere loca; pars septentrionem versus petiere, & con-
B structis sibi vicis, universum illum tractum *Jovis Fanum* appellarunt, à templo ibi Jovi dicato, quod adhuc visitur, & sub nomine D. Mariæ ad Vicum colitur, maxima cum undecunque confluentium veneratione. Pars tandem montes tenuere ad quartum lapidem supra ipsam Picentiam, & *Montem Corvinum* locum illum dixerunt; eoque nomine adhuc vocatur. At vero Picentiæ nihil est hodie reliquum, nisi solum nomen, corruptaque prima tantum litera, *Vicentia* vulgo dicitur. Neapolitanorum autem Respublica nedum Annibali non adhæsit, verum contra ipsum multis auri pondo Romanis opem tulit: unde tanto fuit ipsis honori, quanto Picentinis dedecori fuerat. Ex iis dignosci poterit si loca & Civitates in dictis partibus existentes Romanorum fuerint Coloniæ, ut nonnulli literis pro-
C diderunt; atque etiam ex privilegio anno ab hinc quinto & quatricentesimo à Neapolitanis concesso Ravellensibus aliisque ex Ducatu Amalfiæ negotiatoribus, campsoribus sive apothecariis, quo ipsos Civitate Neapolitana donarunt, quod incipit: *Nos Oliernus Cutonus*. Erat autem is Oliernus Neapolit. reip. Dux, (tunc enim Neapolis erat respublica) nobilis e sedili Montaneæ, cujus familia est jamdiu extincta, quod Chronicæ dicti sedilis testantur: subscriptum porro dictum privilegium à Consulibus item sedilitiarum familiarum, ut est legere inter *ritus Reg. Cameræ*, ac in praxim passim receptum, nempe quo Amalfitani semper fruiti sunt, prout & hodie fruuntur: cujus quidem principium tantum refertur à Fretia *de suffeud. in addit. num. 25. in prima edit.* Cæterum de Coloniis Romanorum, item
D & de Civitatibus fœderatis, vide Carol. Sigon. in *lib. de ant. ju. civ. Rom.* & Alex. ab Alex. in *Genialib. lib. 4. c. 10.*

Num. 17. Esset præterea maximæ utilitatis, si agri pascui efficerentur sativi.

Cum regii patrimonii curator sim, & Dohanæ menæpecudum Apuliæ per vices delegatus fuerim (id enim onus alternis annis à Collegis sustinetur) notare hic Regis solertiam & benignitatem non ab re erit, ad coadjuvandam universalem Regni annonam, ut territoria contenta in prisco contractu, tempore Regis Alfonsi I. inito, industria tamen Francisci

Mo-



Digitized by Google

A *amitt.* & ipſe inter cives connumeratur, in quo primum habet locum, Guido Pa. *deciſ.*631. & Senator & miles, *l.fin. ff. de ſenat.* & *l.2. Cod. de re milit.* ſalutem enim vaſallorum habere incolumem tenetur, & ſuo ingenio eorum commoditatem augere, *l. obſervandum, ff. de offic. præſ. l. nam ad ſalutem, ff. de offic. præf.vigil.* §.*ob quam, Auth. de teſtib.* & pro tyranno habetur Rex, qui non gerit ſe tamquam reſp. Bald. in *cap.2. de feudo mar.* Et quemadmodum vir eſt caput uxoris, ita Princeps Reip. ut inde maritus dicatur, ut habes late ex Caſſan. in *catal. 5. par. conſid.24. num.166.* & ſubditos diligere tenetur etiam ut filios, & eorum commoditates inveſtigare, Iſer. in *cap.1. de prohib. feud. alien. per Loth.* Imo ſi dominus ſit perſonarum fas eſt dicere ex *conſtitut. Feder. II. quoniam frequenter*, & aliis quamplurimis,
B quod in Codice noſtro *de regalib. Reg. Neapolit.* latius diſcutiendum venit, ex his ut vere dominium, ſive abuſive ſive qualicunque modo ſubſtineri poſſit, eo magis alimonias præſtare jure dominii deberet, *Inſtit. de iis qui ſunt ſui vel al. jur.* §. *ult.* Ex qua quidem annona populares ſeditiones non ſuſcitantur, imo perpetua ſervatur pax; *dict.*§. *cogitatio, auth. ut jud. ſi quo. ſuffr.* & propterea Principes ſemper eam commendare debent *tot.tit. de pace ten.* & late Bald. in *tit. de pace conſt.* Caſſan. in *Catal. par. 5. conſider. 15.* Adeo autem publicæ annonæ favetur, ut divites cogantur pro modo ſuarum facultatum mutuare pecuniam ad emendum publicum frumentum, *l.1.* & *ibi* Glo. & Bart. *Cod. ut nem. lic. ab empt. ſpec. lib.11.* quod procedit uſque ad manus injectionem & in carceribus detentionem, Gul. de Cun. in *l. ne-*
C *minem, Cod. de ſacroſ. eccl.* Jo. de Plat. in *l.1. Cod. de om. agro deſ.* Avendan. *de exeq. mand. Princ. lib.2. cap.14. num.9.* Eaque concluſio generalis debet eſſe, Bart. in *l. nullus, Cod. de indict.* Luc. de Pen. in *l.1. Cod. de quib. muner.* Addict. Cappellæ Toloſ. in *deciſ.*446. non obſtante quovis privilegio, Franc. Ma. in *deciſ.*542. *par.1.* ubi quod nec domus Auguſtalis excipitur; tempore enim famis, & belli privilegia ſilent, *l. pro tyronibus, Cod. de privil. dom. Aug. lib.12.* unde cum neceſſitas ſit publica, & utilitas communis, etiam Clerici tenentur, Bart. in *l. nullus, Cod. de curſu publ. eod. lib.* Glo. & Canoniſtæ omnes in *cap. nominum, de immun. eccl.* Luc. de Pen. in *l. fin. in fi. Cod. de exact. tribut.* Guido Pa. *deciſ.*78. Bellam. in *concluſ.*45. Jaſ. in *l. ex toto, num.7.* & 10. *ff. de legat.1.* & in *l. placet, num.14. lect. 1. Cod.*
D *de ſacroſ. eccl.* Caſſan. in *conſuet. Burg. rubr.1.* §.8. *num.49.* & *ſeq. verſ. ſed vidimus*, tex. in *can. nulla, 23. q. 8.* ſunt autem clerici compellendi per Epiſcopum, Cyn. & Bald. in *l. ad inſtructiones, Cod. de ſacroſ. eccleſ.* per text. in *cap.1. de immun. eccleſ. in 6.* Joan. de Plat. in *d.l.1. Cod. ut nemini lic. ab empt. ſpec. ſe excuſ.* Et licet contrarium teneat Glo. in *can. generaliter, ver. collationibus*, 16. *q.1.* Abb. in *conſil.3. vol.1.* Jaſ. ſibi contrarius, in 2. *lect. d. l. placet, num.10.* ea tamen opinio procederet non imminente neceſſitate. Siquidem tanta eſt neceſſitatis vis, ut bello vel fame urgente poſſit Princeps imponere ſuperin dictum ad emendum frumentum aliaque annonæ neceſſaria, *l.1.* & *ibi* Gloſ. *Cod. de ſuperind.* Martin. Laudenſ. in *tract. de fiſco, q.*108. Cujus dicti fere videmus in hac urbe praxim, cum ſoleant Pro-

reges

reges illa de causa jubere electis, ut etiam extra Regnum frumentum compa- A
rent; & recusantes jure corripiuntur. Habet etiam annonæ ratio & illud singulare, quod ad distribuenda victualia publica si desit in civitate panis, vel caro, possunt cogi inviti cives ad hæc ministeria exercenda, sicut & ad continuandas suas artes, si forte ab eis destitissent quo carius venderent res mercales, etsi in uno vel in alio loco, Luc. de Pen. in *l.* 1. *Cod. ne rustic. ad ull. obs.* In his enim, quæ ad vitæ communis usum pertinent, peccatum est laicis, nisi sibi ipsis invicem operam dederint, *can. te quidem*, & *can. sicut*, 11. *quæst.* 1. & *can. placuit*, & alia adducta per Cassan. in *Catal. par.* 11. *consider.* 32. Et ditiores possunt cogi non solum ad mutuandam pecuniam ad emendum frumentum publicum, sed etiam ad viliori pretio vendendum; quod multo magis arctat Principis nexum ad vasallorum ali- B
moniam præstandam, & pro justificandis sanctionibus circa frumentorum pretiorum taxationem ditioribus & potentioribus exosam, Luc. de Penn. in *l. comparationi*, *num.* 5. *C. de quib. mun. vel præstat. lib.* 10. Bar. in *l. annonas ff. de extraord. crim.* & nos *infra pag.* 341. Quinetiam tractarum beneficium reviviscere posset, quod jamdiu intermissum est: quandoquidem ob extraordinarias subventiones urbis Neapolitanæ pretiorum immensitas crevit quibus Regis ære triremes, castra, Præsidia, substineri opus est, etiam aliis cum partitis ad regni defensionem necessariis, ut apud Regem deducta maximi ejus Doanæ vectigalis deterioratione in Aprutinorum perniciem, in Reg. Camera unumquemque nostrum suffragia ferre & eorum rationes audire demandasset, & ex eadem consultationem demanatam fuis- C
se ut negotio recte perpenso aliquibus circunstantiis adhibitis pro perenni vectigali hoc custodiendo, & quod inde ex cultura eorum territoriorum maximum lucrum ad Regem devenire jam compertum esset: quod ex suæ regiæ Majestatis jussu melius considerandum atque exequendum expectari opus esset. Cum autem *tractarum* hic mentionem fecerimus, aliqua de earum origine, & derictuum differenti exactione recensere congruum putavimus. Igitur Rex Carolus I. introduxit, & imposuit tarenum unum pro qualibet salma ut in juribus sit de jure exituræ; de quo etiam in consultatione Cameræ anni 1468. facta Regi Ferdinandi I. Hoc autem jus successivis temporibus fuit auctum ad rationem ducatorum quatuor pro curru, & ducatus erat undecim carolenorum: initium hujus augmenti D
non apparet, quia in Camera non sunt scripturæ, nisi à tempore Regis Alfonsi I. quo tempore apparet exactum ad dictam rationem carolenorum 44. quorum medietas exigebatur pro curru hordei. Et id quidem usu valebat in provinciis Terræ Bari & Capitanatæ; sed in aliis provinciis ad rationem caroleni unius pro tumulo frumenti, ac medietatis pro tumulo hordei. Anno 1544. Don Petrus Toletus mandavit, ut tractæ prædictæ essent apertæ, & superimposuit alios scutos duos pro quolibet curru. Anno 1558. Don Joannes Manriques addidit alios scutos quatuor, & sic erant in totum pro frumenti curru scuti decem, & medietas pro hordeo. Anno 1559. Dux Alcalanorum commisit Reg. Cameræ, ut se informaret quo-

A libet anno, ad quam rationem frumentum vendebatur Venetiis, Ragusii, & in aliis partibus extra Regnum, ubi petebatur extractio; ac etiam quo pretio mercatores emebant in carricatoriis Regni, unde volebant extrahere, & habito respectu de uno pretio ad aliud, taxaretur jus tractæ; ita quod si in carricatorio emebatur frumentum ad rationem ducatorum 20. pro curru, & Venetiis vendebatur ad rationem ducatorum sexaginta, taxabatur tracta in ducatis triginta. In eodem autem anno aperuit jus tractarum mille curruum ad rationem scutorum 22. pro curru; & deinde ad rationem ducatorum 24. & 26. & anno 1561. ad ducatos 35. prout melius se poterant concordare cum mercatoribus. Et in his quidem considera catholicas rationes, non autem quæ ex augmento impetii nascuntur; Princeps enim
B de gente lata etiam gloriatur, quæ obedire non solet cum ventre jejunat, Isern. *de pace ten.* & Cassan. *ubi supra*. Dum autem Civitas (derelicto more cum mercatoribus contrahendi) certo pretio frumenta pro civium usu emendo, & certo etiam tempore asportando nomine ipsius adimplere constituisset, & penuria exigente Prorex Magistratus per Regni provincias destinat ad illa comparanda & importanda & pistoribus distribuenda, ut panis conficiatur, prout continue fit Electorum jussu, in judicio actum fuit num in mercaturæ causam transeat, & quæ negotii species sit. Et quamvis supra sicco pede hoc transiverim, in nostris libris de Regal. differere promittens, hic tamen calamum retinere nequivi, quin aliqua subnecterem. Etenim hujus articuli decisio duas habuit inter Civitatem & Re-
C gium Fiscum altercationes in Regia Camera & Collaterali Consil. & ambas quidem sopitas scimus scilicet de anno 60. & 70. Sed differenter judicatum videtur, prius enim in favorem Civitatis, dein vero in favorem Fisci. Unde impræsentiarum, me existente Commissario, iterum pro transmissione aliorum frumentorum & farinarum de anno 89. *& seq.* eadem orta est concertatio; Civitate quidem juri primæ sententiæ innitendo, fisco vero secundæ. Et tametsi secunda sententia primæ derogare videatur; attamen civitas eam excludendam putat, eamque, contra sententiam, nullam esse dicit: quod si ambæ sustineri possent, id ex qualitate & diversitate facti, jure locum habere posset. Unde super earum sententiarum interpretatione, derelicto judicio, impertitus fuit causæ terminus juris; ad quam
D terminandam ex fisci instantia quamprimum est deveniendum. Quare ne meam sententiam maturius proferre videar, hic prætermissis quæ pro utraque parte sunt deducta, solummodo operæ pretium existimavi juris articulum attingere pro civitatis regimine tuendo, & ex sententiæ proferendæ eventu enucleando. Facti enim series ex eo in hanc devenit controversiam, quod existente gabella Regia, quæ vulgo dicitur *delle quattro sbarre*, quod quatuor in locis urbis exigatur, inter alias res, super immissione victualium, exigendo, scilicet quinque grana in singulas frumenti vel farinæ salmas, importatas per non cives Neapolitanos; cives vero si ad proprios usus importent, nil prorsus pendent, si vero commercii causa, ejus summæ medietatem. Et siquidem primo casu licet ampliſſimo immu-

nitatis

Digitized by Google

A valet, hæc tantum ſubſtantialia quæ hinc inde deducta ſunt ſummatim ſubnectere curioſitatis excuſandæ duximus. Et circa uſum proprium civium, ſatis differt ut immunitas proprii uſus locum habeat, non autem gratia uſus communis ſecundum Bald. in *l. univerſi*, *Cod. de vectig. & commiſſ.* Florian. in *l. hoc legatum ff. de legat.* 3. Alberic. per illum tex. in 2. *par. ſtatutor. quæſt.* 210. Natta in *conſil.* 139. Sed & uſus proprii gratia paratum accipiendum erit & amicorum & clientium & univerſorum quos circa ſe habet, *l. qui penum*, §. *ſed quod diximus ff. de penu leg.* Et civitas etiam contra eam deducebatur ut obnoxia ſit ſolutioni cujuſque gabellæ à ſuperiore impoſitæ, etiam à ſemetipſa, licet hoc tutum non ſit dicere per ea quæ notantur in *l.* 1. §. *in cauſa*, *ff. de quæſtion.* Bart. *conſil.* 226. & in
B *l.* 1. *Cod. de navicul. lib.* 11. Bald. & Salic. in *l. emptor*, *Cod. de hæred. vel act. vend.* Et, ſi prædictis duabus ſententiis ad invicem adverſantibus vis fiat: ſecunda, ſcilicet, de anno 70. primæ de anno 60. uti derogatoria ex reg. *l.* 1. *Cod. quando prov. non eſt nec.* nulla redditur: & tamen inſtantiæ diverſi facti aſſignatur, ut in primis argumentum corruat, §. *pavonum*, *Inſtit. de rer. diviſ.* ſecundo ex qualibet facti mutatione mutatur & jus, *l. ſi ex plagis*, §. *in clivo*, *ff. ad leg. Aquil.* Nam in anno 60. belli occaſione tunc exiſtentis, frumentorum immiſſio facta fuit, quo caſu fiſcus eſt immunis, *vulg. l. licitatio*, §. *fiſcus*, *ff. de vectigal.* niſi tamen cauſa mercimonii fieret, quo caſu fiſcus non eſſet immunis, Bar. in *d. conſil.* 226. Ripa *lib.* 2. *reſponſor. reſpon.* 7. *num.* 17. in quo cadit etiam ambiguitas ut
C paria ſint ſi ob bellum, famem, & peſtem fiat, *ut ſup.* diximus. Inſuper, quod pro munitionibus, quæ pro defenſione civitatis parantur non ſolvitur gabella, Imola *conſil.* 84. etiam ad vitandas vulgares ſeditiones, quod Principis onus eſt per ea quæ Loffr. in *conſil.* 4. Sed omnibus his prætermiſſis, & quæ circa immunitatem civitati conceſſam, ampliſſimiſque privilegiis roboratam, quæ in tam ancipiti quæſtione interpretanda, ex hac ultima & tertia ſententia veniret, in qua & fiſci & partium multa deducta ſunt jura, hæc tamen inter ea in dubium adduci poſſent pro articuli intelligentia. Primo, mercaturam pluribus modis deteſtantur, ut habes ex Luc. de Pen. in *rubr. Cod. negotiat. ne milit. lib.* 12. præcipue vero in perſonam nobilium, prout eſſent Decuriones Civitatis pro eorum ſedilibus,
D qui inde amittunt nobilitatem, *l. nobiliores*, *& ibi* Bald. *Cod. de commerc. & mercat.* unde multo magis remota eſſe debet à Vicerege & à Magiſtratibus qui ab eo deſtinantur ad frumenta comparanda, ac item à Præfecto annonæ qui cum Decurionibus in urbe præeſt; qui eſſe ſolet Conſiliarius à latere. Exercitium autem mercaturæ, licet in rep. neceſſarium ſit, Luc. de Pen. in *rubr. Cod. negot. ne mil.* & per ea quæ Caſſan. in *Catal. par.* 11. *conſiderat.* 1. & 45. & negotiationem licitam ex cauſa neceſſitatis etiam Apoſtoli fecerunt, & non eſt interdicta, *extra ne cleri. vel mona. cap.* 1. vel ex cauſa pietatis ut tribuatur pauperibus & pupillis & viduis & clericis, 88. *diſtinct. can. decrevit*, tametſi negotiatorum genus ad lucrum turpe faciendum pronius, *l. juſtiſſime*, §. 1. *ff. de ædil. edict.* & contra

an-

Digitized by Google

Digitized by Google

A *ment. urb. Conſtantinop.* ubi piſtoribus datur frumentum, [illegible] domibus annonæ exhibeatur; & pro his pecunia datur, ut frum[illegible]tur, & in alios uſus converſa pœnam dupli parit, *l.2. eod. tit.* [illegible] tandam corruptionem vetus prius frumentum quam novum [illegible] dum, *d. l.2. & ibi* Gloſ. in *ver. mancipibus*. Hujus enim for[illegible] & aliorum defectus inopiam creſcere facit, dicit *ibi* tex. in *l.1.* [illegible] rationem parit finalem promulgationis dictæ legis, non autem [illegible] tura, dicitur enim *adminiſtratio*, non *commercium*. Unde illud ſæpe ex *d.l.* allegatur & ſummatur, quod *inordinata adminiſtratio, commercium* rit; ad quæ etiam Caſſiodor. *var. lib.1. cap.35.* Et nihilominus [illegible] quæſtionis intimas conſiderare velimus, eſſet potius opificium quam com-

B mercium, quo paterfam. pro familiæ alimonia, domi & extra [illegible], quod ad magiſterium piſtorum in panis confectione attinet; [illegible] lege id dici poteſt; cum etſi mercator ſit qui emit rem, & non [illegible] illam vendit, ut lucretur, *can. aut ejiciens. 88. diſt.* Jaſ. in *l. mancipes, §. ſed & ſi quis, ff. de legat.1.* Alber. in *l. quisquis, Cod. de vectigal.* Beneventan. in *tract. de mercat. par.1. fol.4.* Signorell. *conſil.98.* prout ponitur exemplum in iis qui emunt candelas & vendunt, an ii dicantur candelarii, an qui eas faciunt ex Jac. Reb. in *rubr. de [illegible]. lib.12. Cod.* & pe[illegible] quæ *ſupra* diximus; Artifex vero is eſt qui emit rem, & [illegible] illam vendit, ut cum emit ferrum & vendit enſem, *tex.* in *cap. [illegible]* 82. *diſt.* unde datur differentia inter *mercatorem, negotiatorem* & *artifi-*

C *cem*, ex allegatis per Felin. in *prooem. decret.* & quæ Caſſan. notat [illegible] *par.11. conſid.45.* Poſtremo, Decuriones Civitatis ſunt regii officiales [illegible] per annonæ genere, cum facultate pretium utenſilibus rebus imponendi, amplamque habent juriſdictionem ex Regis Ladislai conceſſione, & ex aliorum Regni Regum, atque ab Invictiſs. Rege noſtro Philippo pari modo communicatam & auctam; quæ olim erat penes provinciarum præſides & annonæ præfectum: ponere enim pretium rebus utenſilibus pertinet ad præfectum urbis, *l.1. §. cura carnis, ff. de offic. præfect. urb.* & dicitur *aſſiſa* in victualibus, ſcilicet *annona, cap.1. §. & poſt natale, de pœnit. dist. fin. ff. ad leg. Jul. de anno. l. fin. ff. de extraordinar. crim.* Iſern. in *d. cap. 1. poſt natale*: olim autem Epiſcopi erat hæc facultas, *l. fin. §. item epiſc.* [illegible]

D *muner. & hon. cap.1. de empt. & vendit.* Boer. in *dec.69.* ut *ſupra* [illegible] *pag.316.* Et his quidem Decurionibus, qui tempore dicti Regis Ladislai ſex erant nobiles tantum, id curæ erat & eis præcipue imponitur; civitas ſemper in *graſſia* abundet, ut eſt legere in *capitulis civitatis*, alia autem oportunior forma hucuſque omni tempore recepta non eſt, niſi hac quam hodie; num commercii & mercaturæ nomen habeat ambigitur: cujus rei veritas ex ſententiæ inde proferendæ eventu apparebit, quæ pro veritate habetur, *cap. cum inter, de judic. l. ſæpe, ff. de re jud.* præter alia vulgata.

Num.

Num.18. Corpulentis autem equos adimebant. A

Sic & pinguis miles non eligebatur; cujus autem qualitatis admittebatur, jam diximus *supra* ex Alex.ab Alex. Et de Vespasiano legitur, gratias ei agenti ob præfecturam, male inspecto ob odoris fragrantiam cum miles erat, ait; *vellem eleo oderari*; & ob id revocatam reddidit. Et Venetiarum præfecto alteri militiæ gradum præfecti dum odoratum vidisset dixit; *aut remiga, aut fode*; cum militiæ sunt repugnantia, habes ex Jo: Bot. *de rat.stat.lib.9. in rubr. de discip.*

Num.25. Usus tamen destinandorum hominum.

B

Possunt cogi hi qui soliti sunt annonæ vacare, deficiente pane vel carne ad continuanda sua munera, & mercaturas, facit *tex.* in *l.moris, ff. de pan.* ubi potest quis damnari ad negotiationis exercitium in eo quod facere scit; sicut alicui ne negotietur inhiberi, neve ad vectigalia publica conducenda accedant, ut ead. *l.* cavetur: idque à Regia Camera certis personis ne directe vel indirecte faciant, formidabili pœna injunctum est, nempe quæ perenni fraude convictæ antea fuerunt: quemadmodum si in civitate aliquod esset artificium necessarium introducendum, inviti cives ad id exercendum coguntur, *cap. super specula, ext. de magistr.* 23.*q.*1. *in summa. cap.quid ergo*, 11.*q.*3. *l.moris*, §.*sed damnare*, *ff.de pœn. l.semper*, §.*quibusdam*, *ff.de jure immun.* In iis autem, quæ ad vitæ communis usum pertinent, peccatum est laicis, nisi sibi ipsis fideliter operam dederint, *cap. te quidem*, *cap.sicut num.*11.*q.*1. ad quæ cum aliis probanda Cassan.in *Catal. par.*11. *consid.*32. C

Num.26. Necessitate vero urgente Domus regia frumentum dare tenebatur.

Clarior text. juncta Gloss. in *l.* 2. *Cod. de annon. civil. lib.* 11. de hoc Tiraq. in Alexand.ab Alex. *lib.*4. *cap.*23. Proinde Principes ad subveniendum subditorum necessitatibus, urgente fame, de suo emunt aliena frumenta, quo casu mercatura ipsis convenire videtur; ut discurrit Jo: Bot. in *de rat. stat. cap. an regib. mercatura liceat*. Et certe tanta est famis licentia, ut ejus occasione delictum perpetratum pro delicto non habeatur; quo circa penuriæ tempore poterit quis pane carens, impune ei qui habuerit, vi auferre, ne fame pereat, Bart.in *l.*1.§.*cum eandem*, *ff.ad leg.Rhod. de jactu*, & panis, quem avarus detinet, exurientium est, Speculator in *tit. de instrum.edit.* §.14. *ver.item quod panis*: proinde compelluntur divites tempore famis frumentum vilius vendere, *l.*1. *C. ut nem. lic. in empt.spec. lib.*10. *l.si pendentes*, §.*sed etsi*, *ff.de usufr.* quod assolet in urbe observari pro ejus victu, Luc. de Penna in *l.*1. *C.de quib.mun. vel præstat. lib.*11. ubi de famis detestatione non pauca. Cæterum frumenti egestas D

A ſtas ſemper dici poteſt adeſſe ; idcirco prudentia in his opus eſt ut tempeſtive provideatur, exemplo Joſeph qui futuram prævidens famem, ingentem frumenti copiam comparavit, ut eſt *Geneſ. cap.* 41. faciunt dicta Ciceron. *lib.* 2. *rethor.* Senec. *lib.* 4. *de virt.* aliique adducti per Afflict. in *præſ. deciſ. ver. magnifice.* Hinc factum novimus ut decimæ inſtituerentur: ex agris enim & novalibus decima ſeminum dabatur vectigalis nomine, & pari modo aratores decimam frumenti Romanis præbere cogebantur, ut adducit Alexand. ab Alex. in *Genial. lib.* 4. *cap.* 10.

Unde panis ille gradilis dicebatur :

B Hodie Rex noſter, pauperibus qui in publica detinentur cuſtodia ob crimen, ſingulis in dies dat panem. Cujus ſumptus una conſummatus ad ſex millia nummum aſcendit annuorum. At certe onus eſt Principis compeditos pauperes educare, *l. judices*, *Cod. de epiſc. aud. can. paſce*, 86. *diſt. l. fin. Cod. de capt.*

Num. 27. *Publicum autem frumentum ſemper fuiſſe* :

Sempronius Gracchus legem tulit frumentariam, qua frumentum Populo Rom. ex publico diſtribuendum jubebatur, Pompon. Læt. in *lib. de legib.* imo & pecunia dicitur frumentaria, quæ publici frumenti compa-
C randi gratia eſt collecta, *l. ideo condemnatus*, *ff. de compenſat.* Tiraqu. in Alexand. ab Alex. *lib.* 4. *cap.* 4. *ver. qui curam*, ubi multa allegat de præparando convehendoque frumento. Et Romanis aliquando Pompejus factus eſt omnis annonæ præfectus & proviſor, qui viginti viros ordinis Senatorii electos, per provincias viciſſim partitus eſt, & ipſe nationes undique percurrens, urbem frumento cæteriſque ad victum neceſſariis implevit, Liv. *deca.* 1. *lib.* 4. Alexand. ab Alex. in *Genial. lib.* 6. *cap.* 20. Sunt autem ad publicum frumentum conſervandum neceſſaria publica horrea, quibus nec Romani caruere, nec nos caremus, ut hoc loco indicat Germanus: in iis enim magis ſervatur frumenti bonitas, quæ vetuſtate non augetur, quemadmodum & vini, *l.* 1. *Cod. de condi. in publ. horr. lib.* 10. non enim plus trien-
D nio, ex legis conjectura, durare poteſt, Gloſ. in *l.* 1. *Cod. ſi adverſ. uſuc.* vinum autem vetus novo longe precioſius eſt, Pindar. *ode* 9. *Olymp. l. cum quid*, *ff. de reb. cred.* ubi in illam incidit Bart. quæſtionem, ſi tutor poſt Calen. Nov. ex vino veteri pupilli familiam alit, an rem gerat damnoſam, ex *l. jubemus*, *Cod. de erogat. milit. ann. lib.* 12. & multa in his adducit Coraſ. in *miſcellan. lib.* 3. *cap.* 12. Sane appellatione annonæ etiam vinum contineri ait Luc. de Pen. in *d. l. jubemus*: dictum eſt autem *vinum* quod potu venas ſanguine cito repleat; veteres autem *venenum* illud appellabant, 35. *diſt. can. violentum*, *in fin.* venenum autem mutat omne adhibitum, *l. qui venenum*, *ff. de ver. ſignif.* vinum vero eſt letiferi ſucci, Luc. de Penna in *l. modios*, *Cod. de ſuſceptor. lib.* 10. At militaris annona qualiter in caſtris

ſtris deferretur, habes ex *l. ſic ut fieri*, *Cod. de erogat. milit. ann.* aliquando autem duplicem dabat annonam militibus Imperator in premium, Alex. ab Alex. in *Gen. lib. 4. cap. 18.* Sed & de frumenti excellentia, & quod Campanum & Appulum ſit præſtantius, item & de panis genere atque origine, multa habes ex eodem, *lib. 5. cap. 21.* Profecto eſt annonæ invigilandum, cum multas ob cauſas, tum ad vitandas populares turbulentias; pauperes enim populares in numero, homini potentiam quærenti ſunt cohibendi; etenim egeniſſimus quiſque importuniſſimus eſt, nempe cui neque ſua cara ſunt, cui ſcilicet nulla ſunt, & omnia cum pretio vel ſine pretio honeſta videntur; Unde ad evitandam publicam turbulentiam vel ſunt ad colonias mittendi exemplo Spartanorum de parteniis, vel ad bella, vel de facto expellendi, vel occaſiones ex artibus vivendi illis præbendæ, prout in fabricis Cæſar obſervavit. Et Veſpaſianus cum aliquando ipſi modus proponeretur parvo ære exportandi columnas, non probavit, propterea quod plebi non conſulebatur, ut refert Jo: Boter. *de rat. ſtat. lib. 4. cap. de pauperib.* Quapropter Aragonenſes Reges argenti fodinas exercendas juſſiſſe leguntur, tametſi nihil inde compendii exceperent, ut plebi exercendi occaſionem præſtarent. Quinetiam majores noſtri tradebant, eos ipſos Reges, cum popularem quietem deficere vidiſſent, quod artificiis carebant unde ſibi victum quærerent, regali pietate motos vel ludos exhibuiſſe vel alias exercendi occaſiones excogitaſſe, quo plebi exercitium & lucri cauſa offerretur. Ad quæ confert ſententia Aitoni in *lib. de Tartaris*, *cap. 26.* inſerto *in vol. Novus orbis*, contra avarum, qui cum vicinis ſtipendia non præbuiſſet, auro & gemmis ſuo eſui deſtinatis, mortem infœlicem paſſus eſt. Et certe ars loco alimoniæ capi poteſt, cum nemo arte ſua privari debeat niſi ex delicto, *l. moris*, *ff. de pœn.* alioquin necari cenſetur; idque aliquando reip. expedire intelligitur, ut excellens in arte non debeat mori, *vulg. l. ad beſtias*, *d. tit.* ubi, ſi ejus roboris vel artificii ſint, ut digni populo Rom. exhiberi poſſint.

Num. 28. Tandem recte forſan reip. conſuleretur ſi hominum alluvioni undecunque huc confluentium obviaretur.

Pericles Athenienſibus dinumeratis, cum quinque exterorum millia comprehendiſſet, ceu mancipia vendidit, ut auctor eſt Plutar. in *Vita* ipſius. Romæ quoque Lege Apuleja cautum erat, ut abſque populi decreto aliqua in regione eſſe non liceret; & peregrinæ nationis homines gentilia Romanorum nomina aſſumere prohibebantur, ne miſcerentur mores & contagio induceretur, Alex. ab Alex. in *Genial. lib. 4. cap. 10.* late, & Spiegell. in *lexic.* licet externis aliquando fuerit imperium traditum, qualis Trajanus fuit; quæ autem prima hoſpitiorum amice fuere, habes *ibid.* ab Alexand. idcirco fame in civitate hac exiſtente merito exterorum expulſio proceſſit, anno 1592. Proinde exteris non datur facultas bona acquirendi in Regno, ex *rubr. C. non lic. habitator, metrop. lib. 11.* ad inſtar ſervorum

A rum & usufructuariorum ut opera Regis acquisita, ejus beneficio cedant, & ex bonis Regni præsumuntur, Gul. de Bened. in *repet. cap. Raynutius, in ver. & uxorem, num.* 1042. Et an Rex succedat his & peregrinis & scholaribus transeuntibus per Regnum visitandi gratia limina Apostolorum, habes late ex Rebuffo in *2.to.constitt.Gall. rubr.de liter.not. in gloss.* 1. Quod quidem pro faciliori castrorum custodia ab exercitus Duce aliisque tribunis exhibenda, ut per paucos servari possit, illorum magnitudinem minui jure fit, & bellicis in rebus notatu digna sunt, *l.*2. §. *interea, Cod. de offic. præf. præt.* Nuper etiam absque licentia Regis exteri non emunt feuda nobilia ut à Januensibus. At certe ex institutione Catholica peregrini in protectione sunt; & ad Urbem causa devotionis accedentes vel inde re-
B cedentes, molestari non possunt, quique id egerint excommunicationis pœnæ subjiciuntur, Steph. Aufrer. *de potest. eccles. super laic. & reb. eor. ca.*136. *fol.*144.

Et Cicero de lege Papia meminit.

Lex Papia cum in desuetudinem ire paulatim cæpisset, multis capitulis ab anterioribus Principibus emendata legitur & restaurata, *l.*1. *Cod. de caduc.toll.* de qua meminit & Pompon.Læt. & Spiegell.in *lexic. fol.*293. Et ob id sunt civitates pro numero incolarum condendæ, nec nimiæ magnitudinis, ut majore numero defensorum egeat, sed ut potius per pau-
C cos servari valeat, *l.in nomine,* § *interea, Cod.de offic.præf.præt.lib.*10. & in *auth.de referendar. in princ.* & §. *volumus, cap.cum M.de constit.* cum aliis adductis per Luc.de Pen.in *l.*3. *Cod. de quib.muner. vel præstat. nemi. lic.* eod. *lib.*

Ne agrorum cultus turbaretur.

Adde *l.*1. *ff.de pignor. ibi, vel vinearum culturæ turbarentur.* Unde Nabuchdonosor capto Rege Zedechia, omnique ejus exercitu prostrato, agricolas, boves & alia in fundis existentia in pace reliquit. Et apud Indos belli tempore nulla in re agricolis nocebatur, Diodor. Sicul. *lib.*3. *Arnulf. de jur. regal. privil.*54. ultra Gulielm. de Bened. in *cap. Raynutius, ver.*
D *uxorem, num.*905.

Jure revocanda ea lex veniret.

Bald. in *l.*1. *Cod. de cadu. tollen.* ait quod *lex uno tempore bona, alio secus esse potest.*

Huc vero & per terram & per mare cunctis patent portæ.

Huc faciunt quæ de contributione ab universo regno facienda consuluimus supra ad hanc Civitatem ab ære alieno exonerandam; etenim ob annonam

publ. An autem eorum *constructio* atque restauratio Principis ære, vel Universitatum sit facienda, sæpe numero & in Reg. Camera, & in Sac. Consilio hæsitatum, atque decisum fuisse compertum habemus: præcipue vero D nostræ urbis exempla intuendo illud notum est, quod pro ejus muris erigendis impositæ fuere nonnullæ gabellæ, ut testantur illius *capitula fol.44. in vet.* imo ex Regis cathol. sanctione toti Regno ea de causa impositi fuere *dericus*, causaque expressa his verbis, *por ser ella la llave y cabeça de aquel*, ut in *dictis capitt.* legitur *fol.74.* Cui rei & urbis fortificationi certa fuit assignata pensio, quæ ad id opus distribuitur, prout necessitas suadet à sex Deputatis, quinque scilicet ex quinque sedilibus, & altero ex populari platea, cum interventu unius ex Collaterali Consilio. Sed certe in dubium id verti posset, cum tributa Principi solvantur ut civitates muniat atque defendat & justitiæ cultum protegat & gubernet, 23. *qu.*8.

Digitized by Google

A *can. tributum, auth. ut judic. fin. quæ suffr. §. cogitatio, & de judic. §. nec autem, vers. volumus, & vers. præterea,* & late firmat Luc. de Pen. in *l. annonas, Cod. de erogat. milit. ann.* prout aliquando deductum fuit in controversiam ab Universitate Bari & sereniss. Regina Apolloniæ in Sac. Consilio: quod novi ex allegationibus Marii Surgentis olim mei germani, quem d. Universitas in suum patrocinium advocavit, cujus memoria ob ejus eximiam virtutem ad se me identidem revocat; in ipso enim adolescentiæ flore inter primarios suæ ætatis causarum patronos non ultimum sibi vendicavit locum, quod cum sua Majestas præsensisset, inter alia in eum collata munera, quæ alias nominavimus, in Judicem Magnæ Curiæ Vicariæ eum sibi cooptavit, ad altissimas dignitates procul dubio evo-
B catura, nisi præacerbior fuisset à morte præreptus; vita est enim functus vixdum vigesimum octavum peregisset annum MDLXI. V. Nonas Octobr. quod *supra* cum memoriæ tunc non suppeteret, interminate scripsi *pag. 296. in fin.* Inter innumeras itaque in synodalibus causis ab eo scriptas allegationes, & istæ leguntur, ac item decretum inde latum ejus manu scriptum: in quo inter alia sancitum est, ut *salvo jure prætenso per Universitatem, in totum teneatur Regina.* At certe in Urbe tributa Principi non solvuntur ex tot ampliſſimis & notoriis privilegiis, unde nil mirum si Princeps eo nexu eximitur. Sed quod ad instructionem viarum & pontium etiam domus Augusta est obnoxia, *l. ad instructionis, Cod. de*
C *sacros. eccles.* non tamen murorum ædificiis, *l. fin. Cod. de quib. muner. nem. lic. se exc. lib. 10. & de annon. & tribut. l. 1.* quæ adducit Glo. in *dict. l. ad instructionis in ver. titulo.* Nunc vero in Reg. Camera, delatis fraudibus commissis in fortificatione urbium Piscariæ & Civitellæ, invigilamus pro eo quod interest, etiam contra hæredes elocatorum sive partitariorum, an scilicet interesse appareat ex magisterio non probo, vel ex falsis mensuris, vel si plus debito accepissent; quod interesse veniet ex pecunia retenta, & imprimis si tempora largiuntur, cum post decimumquintum annum omnis sileat actio, *l. omnes, Cod. de operib. publ.* si bona fides, ex mensorum in curia interesse excusatur, *tot. tit. si mens. fals. mod. dix.* Et ubi in quadruplum ex juris dispositione liquidatum sit interesse late deduxi *supra in adnotat. ad cap. 16. num. 25.* quæ ex tribunalis religione perspicue, ut
D decet, veniunt indaganda, ne hisce status negotiis, fraudibus locus detur. Quod judicium pendet item de fabricis Civitatis Aquilæ; quarum fraudum ex fisco deductarum inquisitio est mihi commissa. Quibus consequens esse potest, quod cum nonnullis Regni Universitatibus super his hæsitatum fuit in Reg. Camera, quarum aliquas hic recensere non piget. Nam cum urbis Trani mœnia essent restauranda, ne mora in his periculum pareret, ære fiscali jussum est faciendum, me referente & in Reg. Camera & in Collat. Consilio, prout & Lypari & Hydrunti eadem ratione factum fuit. Sed renuentibus Civitatibus Monopoli & Callipoli, ac per justitiæ tramites se tueri volentibus, fuit lite pendente, per Reg. Cam. decretum, ut ad earum onus explerentur, dato termino in petitorio: perfecto autem ab eis

opere

non leve damnum iis intulerit: quapropter ad eum instaurandum, quod Prorex optime jam constituit, consulenda venit Reg. Cam. & quid ea inde decernet producemus.

D

Omnes cum suis familiis ad Civitatem convolant.

Quemadmodum & exteri, qui cum ex Electorum Civitatis, qui septem sunt, incluso plebis tribuno, privilegio in civilitatem facilius alliciuntur; quæ facultas ex priscis Regiis *gratiis* in *Urbis capitulis* contentis, eis est tributa, qua alias gaudere non possent, *l. cives*, *Cod. de incol.* ut *per allectionem ibi*. Sed non ita in nobilium sedilia, ipsa etiam sedilia valent reluctantibus novissimis sacris jussionibus: ex quo privilegio in numerum Regentium ex platea populari alliciuntur, pro tuenda quidem rep.

ultra

Digitized by Google

A ultra justitiæ atque pacis præsidium: annona autem præcipua est cum penis copia populum hilarem reddit, ut habes ex Joan. Bot. *de rat. stat.*

Quos quidem abolitis eorum delictis:

Remedium ne bannitorum alluvio concrescat, *l.* 1. *Cod. de irenarch.* ubi ad provinciarum tutelam, quietem & pacem per singula territoria sunt constituti, & facit tex. in *l.* 1. *ff. de offic. præf. vig.* sic per singula tenimenta quinque sedilium, quæ Civitatem totam repræsentant, hoc idem nobiles sediliarii cunctis in portis, ubi de publico discrimine verentur, custodes constituuntur, quod in *lib. de sedilib.* late narrat Frater. Et incursio
B hostium & prædonum juste facit Regnum collectarum oneri subditum, si Rex ob id in necessitate sit, Bald. in *l. ex hoc jure, ff. de justit. & ju.* Capyc. in *investit. feud. in ver. collecta*. Hodie ex *nov. pragm.* ab Illustriss. Comite Olivaris Vicerege edita consultum est reip. ac bannitorum molestiis occursum, ubipropinqui, & provinciales illos exhibere coguntur ac damna ab illis illata resarcire, qua de re in nostris *Regalib.* fuse dicemus. Et in Francia constitutus est proprius militum numerus ad profligandos bannitos, ut author est Cassan. in *catal. par.* 9. *consider.* 11. idcirco intermitti non debet militare exercitium, cum eam ob causam purgatur resp. latronibus aliisque criminosis, perinde ac medicina corpus infectum.

SUMMARIUM

CAP. XXV.

1 *Legare quid sit.*
Legati cur dicantur, qui ad alios alterius nomine eunt, eod.
2 *Oratores cur dicti Legati.*
3 *Legatorum duo genera.*
Legati honorarii, qui fuerint, eod.
Legatio libera sive honoraria abrogata, eod.
4 *Legati sancti & inviolabiles sunt: & inde de hac re, aliqua.*
Legatis qui ab hostibus occidebantur, statuæ publice dicabantur, eod.
5 *Legatorum Roman. insigne, Verbena erat, & quare; in pace vero tractanda, erat ramus oleæ, &* num. seq.
Verbenarius legatus, qui diceretur, eod.
6 *Legatorum Græcorum insigne, Caduceum erat.*
Caduceum quid, & quare pacis erat argumentum, & cur Mercurii insigne, eod.
7 *Legati Græcorum ubi hospitarentur, & quid illis edendum apponeretur.*
Maza quid sit, eod.
Prytaneum quid esset Athenis, eod.
Legati Romæ in æde Saturni hospitabantur, & quomodo reciperentur, eod.
8 *Legati quomodo reciperentur, post declinatum Imperium, à Græcis Imperatoribus.*
9 *Orator quis proprie esset.*
Legati apud Romanos à Fecialibus

Digitized by Google

bus constituebantur, quatuor numero, eod.

Feciales, qui, eod.

Legati quot esse debeant, eod.

10 *Orator non tenetur hostes revereri.*

Nuncius quis dicatur, eod.

Viatores, Cursores, Statores, Apparitores, Magistratus sunt ministri, eod.

11 *Internuncius quis sit.*

12 *Principes publice audientiam praestare debent.*

13 *Subditi non tenentur quærere Regem extra regnum, nec litigare, & quare; &* num. 25.

14 *Principem adire per saltum, quibus concedatur.*

Regi ad suum regnum adeunti, sunt mittendi obviam Legati, eod.

15 *Nobiliores semper præferuntur.*

Vicerex qui Neapolim mittitur, prius appellebat Gajetam, nunc Puteolos, & ibi à Legatis Civitatis recipitur, eod.

16 *Viceregis Neapolim ingredientis ritus & pompa.*

17 *Vicerex antequam ingrediatur, nec publice, nec privatim est visendus*, eod.

Vicerex cum ingreditur à quibus recipiatur, eod.

18 *Viceregis ingredientis ordo.*

Viceregis ingressus, ideſt captio possessionis in Metropolitana, fit Ecclesia, & qua solemnitate fiat, eod.

19 *Legatis ex publico est subministranda pecunia.*

20 *Legati à Civitate Neapoli ad Regem mittendi quomodo eligantur.*

21 *Vicerex prohibere potest Civitatem ne mittat legatos ad Regem.*

Forma, eod.

Quæ sunt de forma adimplere debent, eod.

22 *Barones absque Viceregis licentia concilium inire non possunt.*

23 *Regnicolæ non possunt ire per saltum ad Viceregem.*

Collegia omnia absque Principis authoritate sunt prohibita, eod.

24 *A Legatione nemo potest se excusare, quia est munus publicum.*

Legationi decernendæ quot circunstatiæ requirantur, eod.

25 *Scribere ad Regem absque Viceregis licentia, Civitas non potest.*

26 *Magistratus à Principe fluunt tanquam rivi à fonte.*

Princeps omnes causas ad se potest evocare, eod.

27 *Paritas votorum quomodo terminanda de jure.*

Paritas votorum in materia gratiosa finitur ex Principis gratificatione, eod.

28 *Paritas votorum Magistratuum singulorum tribunalium Neap. quomodo finiatur.*

29 *Paritas suffragiorum Nobilium Neapol. quomodo dirimatur.*

30 *Præfectus præt. quare fuerit Imperatori adjunctus.*

31 *Vicerex an possit sibi substituere aliquem, si Neapoli discedere ipse contingerit.*

LE-

Digitized by Google

LEGATOS GENTIUM VERACES EXPLET ORDINATIONIBUS SUIS, ideſt, ordinat, ut Legatis, qui ad Principē mittuntur, à gentibus provideatur, quacunque tranſierint, de rebus omnibus ad iter conficiendum neceſſariis. Cujus Ordinationis formula habetur apud eundē
» Caſſiod. *lib.* 7. hac ſerie: Quis dubi-
» tet utilitatis publicæ intereſſe ratio-
» ni, ut quibus nos conſtat dona con-
» ferre, nullam videantur itineris
» moleſtiam ſuſtinere? quando nec vo-
» bis morarum detrimenta faciunt,
» & illi ſe bene habitos fuiſſe cogno-
» ſcunt. Atque ideo humanitatem
» ſubter annexam, & equos ad de-
» finitum numerum, illius Gentis
» Legatis ſine aliqua tarditate præſta-
» bitis, quatenus ad ſedes ſuas irre-
» munerati non debeant pervenire;
» quia feſtinantibus gratior eſt cele-
» ritas in redeundo, quam quælibet
» munerum magnitudo. At certe quid dare cogerentur Legatis Civitates, qua tranſirent (quod quidem pro Legatorum numero definitum erat) in calce hujus formulæ adnotabatur, quod ex illis verbis liquet: *Atque ideo humanitatem ſubter annexam, & equos ad definitum numerum illius Gentis Legatis ſine aliqua tarditate præſtabitis*. Dicti ſunt autem *Legati* à *legando*, quod inter cætera, *propriam authoritatem alicui demandare* ſignificat. Unde qui alicujus vicem gerunt, ideſt Vicarii, *Legati* dicuntur, quos vulgus *Locumtenentes* appellat; cujuſmodi erant olim apud Proconſules, apud Imperatores exercitus, & ſimiles: & hos *fiduciariam operam* obtinere, dixit Cæſ. *lib.* 2. *de bello civ.* propterea quod præſente eo, cujus eſt Legatus ſive Locumtenens, cedere eos oportet. Et quia qui ad aliquem mittuntur, vel à Regibus, vel ab Univerſitatibus, vel à quibuſcunque corporibus, plena eorum authoritate funguntur, à quibus miſſi ſunt, uſu venit ut *Legati* dicerentur. Qui & *Oratores* dicuntur, & olim *Adoratores*, vel quod aliorū negotia gerunt, pro quo uſurpabatur antiquitus *Adorare*, ut inquit Feſtus; vel *maxime* quod orant apud eos, ad quos legantur; ideſt habita oratione rationem ſui adventus exponunt: & horum munus *legatio* dicitur. Certe autem Legatorum duo erant genera, alteri qui honorarii tantum legati erant, & *titulo tenus*, inquit Bud. *legationi fungebantur*; alteri qui re vera legationis munus obibant. Honorarii legati erant ii, qui legati nomen impetrabant cum in aliquas partes ituri eſſent negotii proprii gerendi cauſa, utputa ſi hæreditates adituri, aut legata proſequuturi, aut nomina debitorum exacturi, vel quid tale facturi eſſent: idque faciebant quo facilius talia expedirent negotia, ut qui tanquam legati habebantur. Quod quia fraudi vertebatur, lege XII. tab. vetitum fuit his verbis: REI SUÆ ERGO NEQUIS LEGATUS ESTO. Quod legationis genus, quia ſociæ gentes ob ejuſmodi Legatorum inſolentiam, grave ferebant, Cic. cum eſſet Conſul delere tentavit, ut ipſe dicit, *lib.* 2. *de legib.* at quia Trib. Pleb. interceſſit & obſtitit, non potuit: ſaltem fecit, ut annuæ tantum concederentur, cum prius perpetuæ eſſent. Et hæ quidem *liberæ* dicebantur *legationes*; Ulp. *ff. de legationib. Qui libe-*

ra

Digitized by Google

ra, inquit, *legatione abeſt, non videtur Reip. cauſa abeſſe: hic enim non publici commodi cauſa, ſed ſui abeſt.* Cic. *contra Rull. Legatos veſtros auctoritate tenui, qui rerum privatarum cauſa, legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre vix poſſunt.* Et *ad Attic. lib.* 15. *epiſt.* 6. Habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Julia, nec facile addi poteſt. Honorius tandem eas penitus abrogavit, ut eſt in *l. quoties, Cod. Theod. de legation.* Vide Bud. in *d. l. qui libera.* Alteri Legati erant qui, re ipſa, publice legabantur. Hinc eſt quod addita eſt in hac form. dictio VERACES, ut ſcilicet innoteſceret Præfectum Præt. explere Legatos veros tantum, non autem honorarios, & rei ſuæ
4 cauſa conſtitutos. Porro Legati *ſancti* ſunt, ideſt ab injuria hominum defenſi atque muniti, *l. ſanctum, ff. de rer. diviſ. l. fin. ff. de legation.* Gato: *Caduceatori nemo homo nocet*; ſuntque Caduceatores Legati, ut mox dicemus: unde & vulgo dicimus, *Legatus non luit pœnam.* Pollux, *lib.* 8. *cap.* 31. ἄσυλοι δὲ ἦσαν, καὶ ἐξῆν αὐτοῖς παντα χόσε ἀδεῶς ἰέναι, ideſt: *intacti erant, licebatque ipſis quocunque ire impune*: quod intantum eſt verum, ut juſte iis indicatur bellum, qui Legatos injuria affecerint, 2. *Reg. ca.* 10. 11. & 12. Et qui Legatos hoſtium percuſſerit, tradendus eſt puniendus ipſis hoſtibus, quorum ſunt Legati, *l. ult. ff. de legation.* Luc. de Pen. *l.* 1. *num.* 30. *Cod. eod.* ubi de legatis multa. Iis enim videtur facta injuria, quorum legationem funguntur, 2. *q.* 7. *can. accuſatio, in fin.* Etenim præſumuntur grati illis, qui eos mittunt, *cap. apoſtolicæ, de re jud. l. fin. Cod. de ſacroſ. eccl.* Et legatis donatio facta, an ipſorum contemplatione facta cenſeatur, an autem eorum à quibus legantur, exponit Bar. in *l. ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* & in *l. ſi vero, §.* 1. *ff. ſol. matr.* Alber. in *l. qui proprio, §. ut in cæteris ff. de procurat.* Et quanquam Legatorum jus ſacroſanctum eſſe, & inviolabile diximus, adeo ut inter hoſtium tela, & bella incolumes ſervarentur, *d. l. ſanctum, de rer. diviſ.* Liv. *lib.* 29. Alex. ab Alex. Et Tiraq. *lib.* 5. *ca.* 3. Et Legatos S. Pont. etiam excommunicationis munimen contueatur; ſunt enim excommunicati qui illos offendunt, ſecundum Speculat. & Navar. in *tit. de Legat.* Etenim ſunt Legati reverenter recipiendi, *l. inter, Cod. de ſum. tri.* quandoquidem qui eos mittit, videtur ire per illos, 8. *q.* 1. *can. qui vos*, 2. *q.* 7. *can. accuſatio, l.* 2. *cum ſeq. Cod. de ſtat. & imagin. lib.* 10. 1. *Machab.* 14. tamen Legatos frequenter occiſos legimus, ut Legati Romanorum à Vejentibus, Liv. *lib.* 4. alias à Fidenatibus, alias à Teuca Illyriorum Regina, Plin. *lib.* 24. *cap.* 6. quibus quidem à Romanis, tamquam pro Rep. injuria cæſis, ſtatuæ publice dicabantur, *l.* 2. *§. Servius, ff. de or. jur.* Liv. *lib.* 3. Plin. *eo. lib.* Et tempeſtate patrum noſtrorum, Legati Franciſci Gallorum Regis ad Venetos, fuerunt à Cæſarianis interempti. Aliquando etiam ab ipſismet Legatis jura gentium violata fuere, ut de Rom. Legatis adverſus Gallos tradit Liv. *lib.* 5. & contra, de Gallorum adverſus Romanos, idem *lib.* 21. In cujus rei ſignum, ideſt, ut co- 5

Digitized by Google

gnoscerentur esse legati, & proinde sancti, *sagmina* ferebant, à quibus *sancti* nomen deduci maluit Marcianus in *d.l.sanctum*. Festus autem *sagmina* à *sancio*, non contra, dici author est, quod scilicet è loco sancto excerperentur, & *sanctum* à *sancicndo*, idest confirmando, sive potius constituendo, deducit, quod magis probatur. Sunt autem *Sagmina*, herba quæ *Verbenâ*, vel *Verbenaca* dicitur; quæ, quia sacris adhibebatur, sacra & religiosa dicta fuit, & Græci *Hierobotanem*, idest *herbam sacram* appellant. Hanc cum sua terra evelli solitam ab arce ait Plin. *lib.22.ca.2. & lib.25.cap.9.* At Festus non evelli ipsam, sed secari à Consule vel Prætore suetum ait. Non autem singuli Legati Verbenam ferebant, ubi plures simul mittebantur, sed unus ex iis; qui ex ea, *Verbenarius* dicebatur, Plin. *loc. notato*, Liv. *lib.1. ab ur. cond. lib.10. de bello Pun.* gestabant & anulum aureum, 6 Plin. *lib. 33. cap.1.* Græcorum autem Legati non Verbenam, sed Caduceum ferebant, *d.l.sanctum*: sed eo non quibusvis legationibus, sed in iis tantum quibus pax offerebatur vel petebatur, utebantur, Plin. *lib.29. cap.3. prope finem*, Liv. *lib.8. ab ur. & de bello Pun. lib.6.* sicuti & Rom. Legati in pace tractanda ramos olivarum gerebant. Virg. *lib.11.*

Jamque Oratores aderant ex urbe Latina.
Velati ramis oleæ veniamque rogantes.

Erat autem *Caduceum*, vel *Caduceus*, authore Suida, virga duobus anguibus mutuo sese complectentibus & inspicientibus obligata, quæ Mercurii insigne fuisse volunt, quod is Deus eloquentiæ dicitur, & Deorum Nuncius sive Legatus. Legatum autem eloquentem esse oportet, ut mandatam rem & ornate exponere & persuadere possit. Vide Phurnutum, sive Cornutum, *de nat. Deor.* & sapiens est mittendus Legatus, Cassiod. *lib.2. cap.6.* Anguium vero complexu, efferatorum concordiam significari ait Plin. & proinde in pacis argumentis usui esse. At Jul. Pollux *loc. prænotato*, nullam in iis differentiam ponens, Caduceum Legatorum insigne fuisse dicit; ubi & in Prytaneo Legatos hospitio recipi soluisse, subdit apud Athenienses. Vide Polyb. *lib.3.* & Interp. Thuc. *lib.1.* Sane vero *Prytaneum*, Curia erat Magistratuum, idest, ubi jura reddebant summi Magistratus: dictum *ἀπὸ τῦ πρυτανεύειν*, quod Magistratum gerere significat: ibique ex publico alebantur, qui de Rep. bene erant meriti. Et is honos maximus habebatur, Cic. *lib.1. de Orat.* ubi id non dissimulandum, in Prytaneo parcissime vesci solitos: sane ibi vescentibus ex lege Solonis, ob antiquæ vitæ instituti memoriam, aliud non apponebatur quam *Maza*: quæ quid esset, varie interpretatur. *Maza* panem hordeaceum fuisse dicit; Suidas aliter, & aliter Athen. Varinus omnem cibum ex pane, liquore aliquo confectum, *mazam* appellat. Alii panem nauticum putant, quem *biscottum* nominant: idque magis mihi probatur, non quod panem ipsum nauticum, sed illius fragmenta & reliquias intelligam; navali vocabulo edoctus, ubi ejusmodi fragmenta

Athe-

Mazamam, & *Mazamoram* appellant. Festis tantum diebus panem apponebant. In festo vero Castoris & Pollucis quod ipsis erat solemnius, ut quid optimum apponerent præter panem, apponebant caseum, oleas edulcatas, vel potius deciduas, & porra, ut auctor est Athen. *dipnosophist. lib.*4. Apud Rom. autem, Magistratus omnes minores majoresque, Legatis obviam fieri extra urbem fuit moris. Et, si essent aut socii, aut fœderati, aut de Republ. benemeriti, liberali viatico, & rerum omnium copia, apparatis etiam epulis per oppida, & per municipia, honorari solebant: quod hodie cum S.Pont. Legatis observari novimus. Lapsu autem temporis, cum ab ultimis quibusque gentibus Legati ad Romanos mitterentur, & Popul. Rom. tot commeatibus non sufficeret, hujusmodi sumptibus sublatis, in Ædem Saturni recipi cautum fuit, ibique apud Præfectos ærarii nomina dare literisque scribi jussi: cum vero commodum fuisset, singulorum postulata Senatui dabantur. Quod si incogniti Legati ad Urbem accedere nunciarentur, primo quidem exploratores ad eos quid vellent rogaturi, mittebantur; dein minores egrediebantur Magistratus, tum demum Senatus extra Urbem illorum postulata noscebat, prout copiose explicat Alex. ab Alex. & Tiraqu. *Genial. dier. lib.*2. *cap.*2. Certe hinc mira Regis nostri humanitas claresçit, qui quibuscunque Legatis ad Ipsum adeuntibus, jucundam sui copiam facit, & celerem præbet expeditionem. Responsa vero lingua Romana dabantur Legatis, sicut & hodie Legati omnes apud S. Pontificem lingua Latina loquuntur. Et juxta Romanorum morem, cujuscunque regionis Legati, internuncio sive interprete utebantur: ut ex multis tradit Alex. ab Alex. *lib.*4. *cap.*11. & de Legatorum munere, Cassio. *lib.*2. *Var. cap.*6. Declinato vero Imperio aliter observatum fuit. Prius enim in Præf.Præt. Auditorio Legatorum petitiones examinabantur; deinde in Principis consistorio, ipso Principe Imperiali majestate sedente, legebantur, responsaque dabantur: ut plenius est videre in *Cod. Theod. de legationibus*, *l. quotiescunque*: ipsi autem Legati prius quam legationes legerentur, ter adorabant Principem, ut ex Corippo Africano refert Pancir. in *de Magistrat. municip. cap.*26. his versibus:

Atria prælargis extant altissima tectis.
Sole metallorum splendentia: mira paratu.
Et facie plus mira loci, cultuque superba.
Nobilitat medios sedes augusta penates,
Quattuor eximiis circumvallata columnis.
Quas super ex liquido præfulgens cymbius auro
Immodico, similans convexi climata cœli,
Immortale caput, soliumque sedentis obumbrat
Ornatum gemmis, auroque, ostroque superbum.
Quattuor in sese nexos curvaverat arcus
Per lævam dextramque tenens victoria partem,
Altius erectis pendebat in ae-

re pennis .
Laurigeram gestans , dextra fulgente , coronam.
Mira pavimentis , stratisque tapetibus ampla
Planicies, longoque sedilia compta tenore.
Ut latus Princeps solio consedit in alto,
Membraque purpurea præcelsus sede locavit,
Legatos Avarum jussos intrare Magister
Ante fores primus divina nuncciat aula,
Orantes. sese vestigia sacra videre
Clementis domini: quos voce & mente benignus
Imperat admitti.
Verum ut contracto patuerunt intima velo
Ostia , & aurati micuerunt atria tecti,
Cæsareumque caput diademate fulgere sacro
Ter gazis suspexit Avar , ter poplite flexo
Pronus adoravit , terraque affixus inhæsit.
Hunc Avares alii simili terrore secuti
In facies cecidere suas, stratosque tapetos
Fronte terunt , longisque implent spaciosa capillis
Atria , & augustam membris immanibus aulam.
Ut clemens Princeps legatos surgere jussit,
Officia stratos jussu monituque jubentis,
Erexere viros . Quod poscitis , ore sereno
Clementer regnator ait , munerate , docete.
Et vestri regis, quæ sit legatio , forte, &c.

Cum vero Viceregem Præf. Præt. coæquare sit nobis negotium , in hoc Legatorum genere aliqua nobis dicenda occurrunt , etiam pro publicorum negotiorum expeditione. Non autem erit inutile dicere , Legatum generale nomen esse eumque significare, ut paulo ante innuimus, qui aliena negotia gerit , & quicunque ab aliquo mittitur , *can. presbyterum* , 50. *dist.* 25. *q.* 1. *can. fatagendum* 3. *q.* 6. *can. hoc quippe*, 97. *dist. can. nobilissimus* , 62. *dist. can. ego, ad fi.* 94. *dist. can. si quis legatione* , 1. *dist. can. licentiam* , *l.* 1. & 2. & *l. sciendum* , *§. fin. ff. de legat.* sive à Papa , sive à Principe mittatur , *l. diem functo* , *ff. de off. assess.* sive ab aliqua Ecclesia ad Papam , *§. si vero Episcopi, Auth. de sanctiss. episc. coll.* 9. Est autem Legatio munus personale *l.* 1. *§.* 1. & *l. fin. §. legati* , *Cod. de legation.* An vero si quis Reip. vel fisci ære gravetur, aut sit infamis , possit legationis munere fungi, & qua causa legatione moveri possit , habes ex *l. sciendum* , *ff. de legat.* & Glo. magistr. in *rubr. C. eod.* & Luc. de Pen. in *l.* 1. *n.* 32. *eod.* Hic , & *Orator* , & *Nuncius* , & *Internuncius* , & *Syndicus* , & *Vicarius* , & *Procurator* , dicitur. Omnes hi tamen , aliquid sibi particularis vindicavere. *Legatus* enim ad dignissimas tantum personas referri proprie videtur , puta Legatus Proconsulis , de quo in suo *tit. ff. de off. proc. & leg.* vel Legatus Ecclesiæ ad Papam, *d. §. si vero episcopus, auth. de sanctiss. episc.* vel Legatus Papæ ,

vel

Digitized by Google

vel Principis, *d.l.diem functo*, *ff.de offic. assess. Orator* is erat proprie, qui rem mandatam exponebat. Siquidem quatuor Legatos constituere, & decernere, Romanis moris fuit, secundum Varr. iique constituebantur à Fecialibus. Porro *Feciales*, magistratus erant, penes quos decernendorum Legatorum jus erat, à faciendo dicti authore Festo; non autem quaternarius hic numerus præfitutus perpetuo fuit; aliquando enim centum missos fuisse legimus. Virg. *lib.7*:

Tum satus Anchisa, delectos ordine ab omni
Centum Oratores augusta ad mœnia Regis
Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes.

Et *lib.11*.

Centum Oratores prima de gente Latina
Ire placet, pacisque manu prætendere ramos.

Et ad petendas à Græcis leges XII. tab. tres tantum viros destinavere Romani, (licet Pomponius in *l.2. ff. de orig. jur.* labatur, ubi decem fuisse dicit,) quorum nomina sunt videre apud Cic. in 1. *de Orat.* Liv. *lib.* 3. Feneſt. *de magistrat.* Joann. Ferrar. in *proœm. Instit.* Connan. in *comment. jur. civil. lib.* 1. *cap.* 12. *num.*6. Tandem Vespasianus præcepit, ne Civitates, plures quam ternos Legatos mitterent, *l.sciendum, in fi. ff.de legation.* Diciturque *Orator*, quia oratoria eloquentia peculiaris ipsi esse debet, & sic ab effectu, *l.2. Cod. de professor. & med. lib.*10. & præ cæteris rationabilius loqui debet, ab oratione quæ est oris ratio, & tribus præcipuis constat partibus; scilicet exordio, narratione, & peroratione, de quibus frequentes agunt Authores: præcipue vero Aristot. Hermog. Cic. Quintil. Inde Advocati *perorare negotia* dicuntur, id est ornatius loquendo postulare, *l.nemini*, *Cod. de advoc. diversi.jud.* Et ad hostes etiam transmittitur Orator, prout de Q. Fab. Max. à Romanis ad Cartaginenses legato, ut in *l.2.§.deinde*, *ff.de orig. jur.* quod munus magnifice ab eo explicatum ait Liv. *de bel.pun.lib.*1. Qui vero ad hostes it Orator, illis reverentiam exhibere, aut dextram attingere, aut salutationis officium impendere non cogitur, Valer. Max. *lib.6.cap.*4. De Oratore vide Lucam de Pen. *d.tit. in Cod.de legat.lib.*10. *Nuncius* is proprie est, qui specialiter certi negotii gratia ad aliquem destinatur, *l.2. ff. de pactis*; & qui aliquid novi refert: quo factum est ut ipsa res nunciata, *Nuncium* & *Nuncius* dicatur: unde qui Legatos advenisse nunciat, *Nuncius* dicitur. Virgil. *Æneid.7*.

Nuncius ingentes ignota in veste reportat
Advenisse viros....

Loquitur autem de Legatis ab Ænea ad Latinum Regem missis. Est & *Nuncius* satelles, qui lites in jus vocandis denunciat, *cap. prudentiam*, *de off.jud. deleg.* Cic.6. *Verr.* *nuncio prætoris accersitus*: & nostrum vulgus, suo more, idest barbaro, *Alguzerium*, & *Alguzinum* nuncupat. Alio nomine dicitur *Viator*, Cic. in *Cat.maj.* Col. in *præf. lib.*1. Illis temporibus Proceres in agris morabantur, & cum consilium publicum desiderabatur, à villis arcessebantur in Senatum; ex

quo

Digitized by Google

quo qui eos arcessebant, *Viatores* nominati sunt. Plin. *lib.* 18. *cap.*3. Cincinnato aranti *Viator* attulit Dictaturam; hi à Justiniano *Insti. de act. §. tripli*, *Executores litium* interpretantur, sicut & *l.*2. *Cod. de sportul.* Alias dicitur *Cursor*, à celeritate eundi qua debet esse præditus: alias *Stator*, quod Magistratibus præsto sint, & si quem quærant, arcessunt & sistunt; vel quod in jus vocatos judicio sistere cogat: de quo fit mentio, in *l.*4. *ff. de off. proconf.* & *l.*10. *ff. quib. ex cauf. major.* Alias dicitur *Apparitor*, *l. si pignora*, *ff. de eviction.* quod appareat & præsto sit ad obsequendum, & magistratus jussa exequenda, *l.*1. *Cod. de exec. & exact. lib.*12. Porro *Apparitor* generale est nomen, & scribas, lictores, viatores, præcones, comprehendit. Cic. *pro Aulo Cluent. Quid sibi autem illi scribæ? quid lictores? quid cæteri quos apparere video, volunt?* In jure can. etiam *Missus* dicitur, *cap.* 1. & *ibi* Glo. *de immun. eccles.* Et *Nuncii* appellantur delegati Sancti Pontificis in singulas Provincias; item ii quos hostes mittunt ad Principes christianos, Speculat. in *tit. de lega. §. legatus*. Et large quilibet nuncius procurator est, *argum. text.* in *cap. causam quæ*, *de testib.* sed non è contra; & is proprie est, qui vicem epistolæ gerit; est enim pica & organum & vox domini mittentis ipsum, & ea explicat, quæ non potest procurator, Aretin. in *§. multis*, *Insti. de libert.* Bald. in *rubr. Cod. de exercit. act. col.* 2. *vers. nunc scias*, *num.*4. quia nuncius fundat actum in persona domini, procurator vero in sua ipsius, Dec. in *cap. significasti*, *de electio*. Alex. in *l. quisquis Cod. de procur.* Rest. Castald. in *tract. de Imper. quæst.*49. idcirco per nuncium actio quæritur; quamvis alterius ministerium intercedit, *l. qui autem*, *§. fin. ff. de consti. pecun. l. licet*, *ff. de usur.* alias si actio in sui personam formaret, mandati actio daretur: per procuratorem autem dominium & possessio recte domino queritur, cum aliquibus distinctionibus per Specu. relatis in *titu. de procur. §. ut autem*: ubi & forma generalis mandati ad causas & negotia ponitur: & nuncium uxori mittere, idem erat quod repudiare: aliquando ad inanimatas etiam res, ideft ad epistolas translatum id nomen invenitur. Ovid. *epist.*6.

Cur mihi fama prior, quam 11
nuncia littera venit?

Internuncius est Legatorum interpres, ut paulo ante innuimus; estque inter duos medius ad aliquid tractandum, ut nuptias, amicitias, aut emendum vendendumve, & is in jure græca voce *Proxeneta* nominatur ut ff in suo *tit. ff. de proxenetis*: & quod ipsis datur in præmium gestæ rei, *proxeneticum* dictum est, de quo in *Cod. tit. de sponsalib. & arr. sponsal. & proxeneticis*. *Syndicus* ab universitate constituitur, & de eo *infra* dicemus. *Vicarius* qui sit *supra* monstravimus; est enim qui alterius vices gerit, *l. vicarius*, & *l. legatus*, *ff. de legation.* & de eo Speculat. in *tit. de legato*, *§. legatus*: *de Procuratore* vero habes titulos, *ff. & Cod. de procur. & mand.* Sed ad Legatos revertamur qui à subditis ad Dominum destinari solent: & porro subditorum immensum est desiderium adeundi Principem; est enim præmium vitæ, domino vi- 12

dente

dente servire, & multum est ad placidos domini adire conspectus, Cassiod. *lib. Var. 12. cap. 18.* & Principes publicam audientiam præstare debent, *Auth. de depos. in princ. l. lecta, ff. si cert. pet.* & copiam sui facere, *proverb. 20.* & præsentanea subditis constituta exhibere, *l. fin. in princ. Cod. de his qui ad eccles. confug.* Rex enim qui difficilem ad se accessum facit, est tanquam fons aquæ præclusus, D. Ambr. *lib. 2. offic.* Etenim oportet eum, vultum suum subditis ostendere, *l. 1. Cod. de publ. let. lib. 12.* & alia per Par. de Put. adducta in *tract. de synd. tit. de Regum excessib. cap. 2. num. 6.* propter quod Alphonsus I. singulis diebus Veneris non festis, publice subditos audiri censuit, ut est in *capit. Civit. fol. 6. à ter.* quod postea Viceregi jussum patet ex eisdem *cap. fol. 167.* Inde Vascones absenti Angliæ Regi obedire recusabant: & non jure ut dicit Glo. in *l. præses, ff. de off. præs.* Et Legati sunt inventi ut omnium subditorum vices apud Principem repræsentet, singuli enim subditi Regem extra regnum quærere non tenentur, *l. sed & hæ perso-*
13 *næ, ff. de procurat.* Camerar. in *cap. Imperialem, de prob. feudi alienat. per Frider.* & nos *supra* latius diximus: illa potissimum ratione, ne subditi circuitu fatigarentur, *l. fin. ff. de bonor. possess. contra tab.* Et vasalli prohiberi non possunt ne eant ad suum Regem, Luc. de Pen. in *l. 1. Cod. ut nemo ad suum patr. lib. 11.* & *l. cujusque, eod. tit.* Minad. in *constit. In aliquibus, argum.* tex. in *l. qui autem simili, ff. quæ in fraud. credit.* Par. de Put. in *tract. de syndic. tit. de excessib. Baron. cap. 2.* & qui eos prohibuerint, in læsæ majestatis crimen impingunt, ut per eosdem Authores: quinimo S. Pont. Honorius, ne hac potestate fraudarentur subditi, nominatim injunxit Regibus in suis *capitulis*. Et id circo Urbs & Regnum ne vasalli fatigati ad eum accedere cogerentur, jamdiu Cæsarem supplicarunt ut eandem, quam ipse habebat potestatem Viceregi tribueret circa gra- 14
tias indulgendas, & justitiam administrandam; quod est videre in *capit. Civ. fol. 152.* quod si ob ejus negligentiam, quod juste petitur non impetratur, in eum convertitur Principis indignatio, *Auth. de mand. princ. §. tibi quoque tertium.* Per saltum vero Principem adeundi, privilegio datum est pupillis aliisque miserabilibus personis *tot. tit. Cod. quando Imp. int. pup. & vid.* At destinandorum Legatorum praxim jam explicemus. Siquidem Regi ad suum Regnum adeunti, Legati sunt obviam mittendi, iique ex nobilioribus urbis, *l. sciendum, ff. de legat.* & potiores sunt ad munera nominandi, *l. 1. Cod. de pot. ad muner. nom. lib. 10.* ut illum lætis acclamationibus accipiant, cum psalterio, & tympano, & tibia, & cythara; ut de Saule scribitur, *1. Reg. cap. 10.* munera offerendo & jucundam commonstrando expectationem; Hierusalem exemplo, quæ Jesu Christo nostro Redemptori, obviam exiit, sciffis ramis ex arboribus, sacrum canens carmen, ejusque adventui benedicens, secundum veritatem evangelicam, aliisque modis lætitiam exprimendo, de quib. per Cassan. in *Catal. par. 5 consid. 24. n. 116.* Unde ad Regem nostrum in Italiam

ve-

Digitized by Google

venientem moris est Legatos mittere, qui de ejus adventu congratulentur: qua de re differit Fret. late in *addit. num.* 14. circa ingressum Viceregis, & expertum fuit in Carolo V. cujus progressum videre est in *capitulis Civitatis*: & nos singulatim de hoc dicemus, ubi de adventu Imperatorum Neapolim agemus. Nec subditos solum ac devotos, verum & ipsos etiam Dominos ac Præsides, optimati alicui in suam patriam venienti occurrisse legimus. Moris enim fuit apud Romanos ut si Reges extraneos aut fœderatos in suas provincias ire contigisset, Præ-
15 sides aut Magistratus, illos cum lictoribus & fascibus præirent. Senatoribus autem, aliisque nobilioribus peregre degentibus, Præfecti provinciarum & Præsides, lictores, qui cum baculis illos antecederent, dabant, quo circunspectiores haberentur: ut Alex. ab Alex. & Tiraq. docent *lib.* 1. *cap.* 27. & id quidem apud nos etiam, vel hodie observari videmus: quandoquidem aggredienti huc Principi alicui: (puta Cardinalis, aut Prorex alterius Regni, aut quis similis,) Prorex solenni equitatu obviam occurrens, honorificentissime recipit. Sed ad Legatos à Civitate venturo Viceregi destinari solitos revertamur. Profecto annis elapsis Urbs id præsentiens, sex elegit nobiles, quinque ex quinque sedilibus, inter quos pro sedili Montan. fuit Dn. Mutius Surgens; ultimus ex platea populari, qui quamquam cooptatur inter Legatos, tamen vice loquendi numquam fungitur; soli enim nobiles loquuntur, tamquam qui semper præferuntur, *l. honor*, *ff. de muner. & honor. l. providendum*, *Cod. de postul. l.* 1. *& ibi* Bart. *ff. de albo scrib.* Gl. in §. *plebiscitum*, *Instit. de jure Nat.* Cassan. in *Catal. par.* 8. *consid.* 7. & in *consuetud. Burgun. tit. de droit & appart. gens*, *art.* 19. *glo.* 2. & hoc solitum est fieri à Sexviris sedilium absque aliorum nobilium platearum interventu: & adveniente Vicerege, idem numerus decernitur. Et prius quidem Cajetam usque illi obviam ibant; nam illuc appellebant Vicereges, quo & mihi ad id munus expediendum ire contigit in ingressu Illustriss. Marchionis de Mondejar: quem & nomine Civitatis alloquutus fui; talemque agnovi, cognovitque universus postea populus, ut nulli alio postponendum censeas; vel virtutem, vel prudentiam, vel religionem & justitiæ cultum pensis. Alloquitur deinde honoris gratia & Viceregiæ, alter ex reliquis legatis nobilibus: Nunc vero quoniam Puteolos appellunt, ut id innovatum dignoscamus, licet ob loci propinquitatem, publicæ commoditati sit vertendum, illucusque Legati occurrunt: & eam innovationem, appellendi scilicet Puteolos, non Cajetam, ex Regis mandato factam putare debemus. Hic enim quod prope est, sæpe Vi- 16
cereges, idest, decedens & succedens, possunt se vice mutua visere, ac de Regni statu & iis quæ ad ejus regimen spectant, differere; quo successor à decessore imbutus, faciliorem negotiis pertractandis sese præbeat, & tutiori modo Regni gubernacula tractet. Et quod à lege per edictum fieri cautum est, ut scilicet successor decessori suo edicat significetque qua die sit ingressurus; cum

ple-

Digitized by Google

plerunque incerta & inopinata actus impediant, & provinciales turbent, ut est in *l. observare, ff. de off. proc.* sic oretenus fit; & probabiliori modo, ut ego quidem sentio. Cum vero sic aliquot exegerint dies, decessor Prorex palatio cedit, & honoris ergo ab omnibus Magistratibus, Titulariis, & proceribus ad mare usque comitatur, & nullo lætitiæ signo nulloque populi plausu discedit, ut sic tacite ejus authoritatem in occidentem fluxisse demonstret: postridie vero ejus diei, novus Prorex & oriens, ut sic dicam, ingre-
16 ditur: ingressioque fit per mare, aliunde enim fieri jure non posset; etenim hæc est prærogativa quæ huic Civitati circa id debetur, eamque provinciales omnes magni faciunt ipsis servari: qua de re optimum habemus exemplum: quandoquidem cum Proconsul Asiam per terram aliquando attingere vellet, quo per mare attingere moris erat, Asiani Antonino Aug. conquæsti fuere, qui ad eorum desideria rescribens, necessitatem imposuit illi ut per mare applicaret: author est Ulp. in *d. l. observare, §. quædam provinciæ*, & notat Alciat. in *lib. disp.* Huic tamen prærogativæ non derogaretur, si aliquando per terram ingrederetur, Gloss. in *l. nemo alieno, ff. de reg. jur.* qua vero est recipiendus, Sublicius à Civitate struitur pons, longitudine viginti geometricorum passuum, latitudine octo, cui struendo, & exornando Duumviri nobiles præficiuntur, *Deputati pontis* nominati: illumque sericis cortinis undique exornant & contegunt, duplici distinctis colore, purpureo scilicet, & luteo, qui Civitatis insignia notant: statim autem quam Prorex transivit, pons ipse de more populatur: & licet fit populatio unicuique libera, tamen satellites ipsius Viceregis tantum populant, cæteros omnes expellendo etiam vulneribus illatis; ut proinde ut plurimum rixæ oborientur. Et quamquam jure cautum est ut 17
antequam fines suæ provinciæ ingrediatur, nemo nec publice nec privatim ei occurrat; est tamen congruens ut unusquisque in sua patria eum excipiat, *d. l. observare, §. antequam vero*. Unde hic, & publice & privatim summa cum lætitia excipitur. Publice quidem à Syndico & Electis nomine Civitatis & Regni universi, simul ac ex trireme in Pontem ascendit: privatim vero, ab omnibus Civibus Titularibus, Patritiis, nobilibus, plebeis, equestribus, pedestribus; & mulieres, matronæque puellæque nuptæ innuptæve, in rhedis, in carrucis, in fenestris, in solariis, in mœnianis, quanto sese ornatiores exhibere potuerint, incredibili plausu & desiderio expectant: ubi nescires quid magis admirareris multitudinem ne, an apparatum; pulchritudinem, an ornatum: si enim vultus inspiceres, credere vix posses ornamenta inveniri congrua, & quæ illos aliqua ex parte non deturparent: contra vero, ornamenta intuendo, vultus personasque inveniri non crederes, quibus merito aptari possent: & si simul utraque inspexeris, tantam inter naturam & artem æmulationem dignosceres, ut haud facile dijudicaris utra alteram superaret: vestes holoberæ argento, & auro, gemmis, purpura contextæ phry-

Digitized by Google

gioque [illegible] distinctæ ; item & annu[illegible]que aureorum co[illegible] decus & species, ibi[illegible] divitiarum [illegible] collectam [illegible] famulorum sin[illegible] numeros ordi[illegible] vicenos & [illegible], eadem vesti[illegible] indutorum : qui una [illegible] sui domi[illegible] ferunt magnificentiam, ut mille Regem, unum Regem expectare dicatur : is ludo postmodum uniformiam. *Libreas* à nobis dicitur; forte à libris sumpto vocabulo : qui omnes una colligantur modo & operiuntur [illegible] hunc pulsum serie Alc. *Paterg. lib. 2. cap. 22.* intellexisse putat Sorvolem in *l. Titia, ff. de aur & arg. leg. sub verbo Symbesi*, quem sequitur Spiegel. & alii, sed parum
18 apte ut ego sentio. Tam augusta expectatione Proles desideratus equitat ad dextram Syndici, suaque ipsi insignia præferuntur, idest, Principis arma ab Rege armorum, & sceptra : suoque ordine præequitant cohortales, equites, proceres, & Barones, subsequunturque Magistratus, ac in Palatium usque adsociant : cumque sic procedit, ex triremibus, in terra ex castris, tantus & eo creber auditur rumor, sonitus, crepitus tormentorum manualium & muralium, ut quid prodigiosum putaret qui hæc audiret tantum, causam ignoraret. Et passim milites præsidiarii in acies coordinati, ac si conflicturi essent, transeuntem Viceregem militari more salutant : & generatim turbæ omnes illum videre avent, tacite ex earum multitudine indicantes quã

sit gratus, omnibus [illegible]
sanui & [illegible]
quod [illegible]
ipse [illegible]
ne Magistratus [illegible]
[illegible]
Rege [illegible]
Regni Sicu[illegible]
te legitimo [illegible]
[illegible]
[illegible]
[

bilibus tantum, Regni statuta & Civitatis capitula ab ipso observari petit, ac juramentum exigit. Procer benigne annuit, sacrisque evangeliis juramentum præstitum regius chorus solemniter concinit hymnum, *Te Deum laudamus*: quo perfecto, eodem ordine ad palatium revertuntur. At in reditu non minorem plausum agunt milites & cætera cum superiori libertate comitantium turbæ, quam pridie cum introvisset, epidemi. Sed Legatorum a Civitate Neapoli ad Regem Vicemgesve expediendorum Relationem complectamur. Sane non in primo adventu solum, sed & in reditu, si ab regno aliqua ex causa exire ei contingerit, ad eos Legati mittuntur; quod semel & rursus nostra tempestate vidimus. Prius quidem, redeunte Albæ Duce ex bello ad Truentum acto; dein vero regrediente Illustriss. Caroli Gesualdo Roma, quo profectus erat ut S. Pontifici creando suffragaretur. Et ad illum Dn. Cæl. Jacobatius legationis munus obiit; ad istum Dn. 19 Mutius meus germanus. Certe legatis pecunia de publico submini-strat ur: & cum hujusmodi legationes honorariæ sint, ac in Regis Vicerepisve honorem subjectionisque agnitionem fiant, & antiquis etiam receptæ; magni est faciendum ut oportune & ex ordine fiant. Cum autem pro publicorum negotiorum utilitate, & Urbis & Regni necessitate, ad Regem ab hac Civitate legatos mitti sæpius contingat, an id fieri liceat inconsulto de ea re Vicerege; an ipsi prius causa sit propalanda veniaque petenda, & quid juris in eo statutum sit, hic oportune explicandum venit. Porro ea est forma, ut singulorum Sedilium nobiles, insuper & popularis plateæ, more & suis locis solitis conveniant, expressimque constituant pro rerum exequutione aliquot viros, quos *Deputatos* nominamus, ac Viceregi rem omnem, de qua 20 apud Regem sunt tractaturi, aperiant, veniamque ad illum eundi supplicent. Et cum hoc legationis munus Nobilibus tantum competat, ut *supra* diximus, & maxima cum ratione, ut ex omni numero eligantur, multasque habeant qualitates, de quibus per Specul. in *tit. de legat.* quædam capitulatio jam priscis temporibus inter eos inita fuit, ut in legationibus ad S. Pontificem vel ad Regem decernendis, nomina sedilium tantum, in urnam suffragiorum immitterentur: & ex eo sedili legatos decernendos, cujus nomen prius inde extraheretur; electio autem facienda est per Deputatos reliquorum quatuor sedilium & plateæ popularis (habet enim in illo actu populus vocem activam, non passivam) & sedile illud, super quod sors cecidit, nullum præstat suffragium: & quod major pars decernit, ex juris regula exequutioni mandatur. Ultima Legatio tempore Ducis Alcalan. celebrata, ad Pium V. Pont. Max. decreta fuit, ac Sedili Montaneæ evenit, pro quo electus fuit N. Sanfelicius Cavensium Episcopus. Causa fuit ut supplicaret reformationem constitutionis editæ per ipsum S. Pont. de annuis usuris, quas ad septunces tantum arctaverat, cum ad illam usque diem dextantes essent ex Papæ Honorii decreto; idest, ut

Digitized by Google

cum vulgo loquamur, annuos introitus, qui prius currebant ad decem pro centum, Pius V. reduxerat ad septem tantum: quod cum magnum esset illaturum damnum huic Regno, supplicavit Civitas ne fieret, & obtinuit: & licet in præsenti ad eam, & minorem descenderint summam ex contrahentium voluntate & necessitate: ob temporum tamen varietatem facile contingere potuit, ut mirum non videatur, *cap. non debet, extra de consang. & affinit. cap. suggestum de decim. l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. substit.* Et hæc quidem forma eligendorum Legatorum, in iis tantum facti speciebus servatur, quæ universi Regni vel Urbis concernunt utilitatem: si enim privatum alicujus Sedilis beneficium quæritur, ab ipsismet Sedilibus non per sortes, sed per suffragia eliguntur: quod nostris diebus factum est dum ad Regem nomine omnium Sedilium delegatus fuit Dn. Ant. Pignatellus de sedili Nidi, ut quibusdam obsisteret, qui ad nobilitatem & honores sedilitios admitti per juris & justitiæ tramites intendebant, non autem ex Nobilium ipsorum voluntate, ad quos solum id munus aggregandi ad sedilia spectat: eorumque desideriis benignissime obsequutus est justissimus Rex, quod suo loco, ideſt de sedilibus latius explicabimus. Non autem intervenit popularis platea, quia pecunia minime fuit erogata ex publico; suo enim ære ipse Dn. Ant. hoc onus obivit. Verumenimvero popularis platea cum ægre ferat legationis honore nunquam fungi, Legatos, vel non expediendos, tamquam qui publicæ utilitati minime consentant, vel ex popularibus alterum eligendum una cum nobilibus fuisse, contendit: qua contentione [illegible] te, mandata fiunt [illegible] susque interim [illegible] ambigitur an Vicerex [illegible] sum prohibere [illegible] dilium: si enim [illegible] assimilari ver[illegible] cti prætorio [illegible] Legatos gentium [illegible] gitur: & certe [illegible] cit puniri, *l. [illegible] ff. de legib.* & pœna [illegible] appositis, relinquitur arbitrio Judicis, *l. nemo, Cod. de sacr. eccles.* quæ etiam de [illegible], adimpleri debent, Bart. [illegible] Jas. & Paul. Castr. [illegible] *ff. de legib.* Angel. in *l. 1. ff. de lib. & posth.* & ante eum Bal. in *l. pro tam, Cod. sent. & interloc. omn.* imo actus efficitur nullus in [illegible] accessu cum non legitime [illegible] ciente Præfecti pœn. Etenim quod justum esse comp[illegible] refert denegare non posse, Imperator justit: quod si denegaverit, severissima in eum exigenda animadversio: sin autem injustum petierit, [illegible] non dabitur, & remittendus cum omni correctione, ut præcipit de [illegible] *text. in §. sit tibi quoq. [illegible] de mandat. princ.* Cum vero in eo *textu* dicatur, id [illegible] esse Imperatori, ad tuendam Præfecti prætor. jurisdictionem & auctoritatem, ac ad tollendam principis molestiam, mandata pœnalia subsistere affirmabimus, *tot. tit. & quis judic. non obtemper.* Licet autem Legatos decernere ad quinque sedilia spectet, etiam vigore *capitu-*

lorum

lorum Urbis & prædictæ capitulationis jam diu in legem receptæ: quia tamen de re tractatur publica, unde est valde intuendum an universale contineat beneficium legatio, unus de populo illam oppugnare possit, *toto tit. ff. de popular. actio.*

22 Non est autem novum ut Barones, pro eorum negotiis explicandis ad Regem adeundum, vel pro Donativo illi offerendo, absque Viceregis licentia convenire non possint, nec absque illius literis discedere, Bald. in *l.* 1. *ff. quod cujusque univers.* ex reg. tex. in *l.* 2. *& fin. Cod. de legat. lib.* 10. secundum allegata per Minad. in *d. constit. In aliquibus*. Et pari modo communitates bursam tenentes communem, congregari non possunt sine Principis indulgentia, Cassan. in *Cat al. p.* 5. *consid.* 196. Omnesque Regni Universitates etiam Baronales, ex *reg. pragm.* prohibentur congregari absque Gubernatoris sive Capitanei interventu, præter hanc fidelissimam Civitatem, cujus plateæ ordinarie colliguntur nulla prævia licentia, dum tamen cum Urbis officialibus & cum regiis Magistratibus colligi non contingat, ut

23 in de sedilibus dicemus. Omnes enim congregationes absque Principis authoritate illicitæ sunt, *l. fin. Cod. de jurisd. omn. jud. l.* 1. *ff. de colleg. illic. cap. conventiculæ, de pace ten.* Imo & Regni provinciales ad Viceregem ire per saltum non possunt, nisi aliquibus cum circunstantiis per Illustriss. Dom. Ducem Oxuni appositis: nec plusquam quindecim diebus in Urbe, missis hominibus residere concessum est. Idque Romanorum lege, nedum de legatis, verum & de quibuscunque hominibus (quod obiter dictum velim) cautum reperitur. Sane enim provincia- 24
les (deest non Itali) qui vel Romæ vel in Italia morari intendebant, id facere non potuerant, nisi impetrato rescripto Principis: quod intantum extendebatur, ut nec discedere quidem possent absque ejusdem Principis permissu, ut ex Cassiodoro docet Jacob. Rævard. *de regul. jur. l. nemo alieno*: eamque commorationem Princeps concedere non solebat, nisi annuam fisco exolvisset pensionem, secundum Sveton. in *Cæs.* & absque justa causa. Justa vero causa putabatur studiorum, vel rei suæ gerendæ, *l. Titio ff. ad municipal.* eaque docenda erat esset justa nec ne, *l. si longius*, prope fin. *ff. de judic.* & faciunt quæ dixi *in fine præced. capit.* Nec immerito Imperatores, Legatorum accessum, præter traditam formam, molestum habent, cum cito dimittendi sint, Cassiod. *variar. lib.* 7. *cap.* 33. Et cum Legatorum munus publicum sit, quempiam excusari non licet, Glos. in *l. si quis decurio, Cod. de decur. lib.* 12. *cum concord.* imo ob publicam utilitatem cogendi sunt ad ipsum obeundum, licet à residentia excuset, *l. si cui parva*, §. *tandiu, ff. ex quib. caus. major.* Bart. in *l. ab eo, Cod. ut quando judex*, Asslict. *decis.* 289. Sed cum legationis causa consilium extraordinarium postulare intelligatur, multis præcedentibus circunstantiis à jure expressis, ad id devenitur. Primo, ut in loco publico, ob communem provincialium utilitatem, sententia proferatur: secundo, ut quod major pars fecerit, id firmet authoritatem: tertio, ut universi curiales in curia conveniant: quarto, ut

de-

Digitized by Google

decreta, propria subscriptione roborentur: quinto ut adsit causa de qua consulere volunt: sexto, ut Præfecto Augustali, ideſt provinciæ Præsidi insinuetur: septimo, ut ejus relatione a Præf. prat. perpensa, legitime res decidatur: text. est in *l. si quod, & l. fi. Cod. de legat.* Et certe nulla approbari potest reformatio in his, quæ publicam respiciunt utilitatem, à provincialibus facta, nisi per Principem, vel per Præf. prat. approbata sit, *d. l. si quod, eo. tit.* quia Princeps est in republ. & resp. in Principe, ut sæpe diximus: nec literis delegatoriis missis, ab ampliſſima præfectura credendum erit si quid ultra solitum appareant continere, *l. fin. Cod. de cand. largit. tit. lib.* 10. Etsi, ut diximus, Viceregem Præfecto præt. assimilemus, per hos gradus Urbs pertransire obnoxia erit, quibus si contravenire contingerit, mandata Viceregis vel ejus Delegati, jure justificantur, ut *supra* retulimus. Et cum Marchio ille de Mondejar has circunstantias innovari non sineret, optimo & innato suo zelo, moribus & legibus Provincialium innitendo, maxima fuit altercatio atque controversia, etiam coram invictiss. nostro Rege in supremis Hispaniarum auditoriis. Duo enim fuerunt ad illum ab Urbe, diversis tamen temporibus, ex abrupto & neglectis prætatis circunstantiis, destinati legati: quorum alter fuit Marchio Paduli è Sedili Nidi; alter Octavius Pudericus è Tribu Montaneæ. Quibus singulis præter alia injunctum ab Urbe nominatim fuit, ut violatæ libertatis restitutionem peterent: ideſt, ut sua authoritate, utcunque libitum

[illegible]

Digitized by Google

„ que convenia; de que ya à vue-
„ ſtra llegada à eſſa Ciudad y Reyno
„ terneis noticia; pues conforme la
„ orden que para ello ſele dio, os havra
„ entregado las que en materias ſeme-
„ jantes y otras de officio, ſele die-
„ ron. Y por que de nuevo nos hà
„ ſido ſupplicado por parte del dicho
„ Marques, ennombre deſſa Ciudad
„ y Reyno, que para que el ſe pueda
„ deſpachar deſta Corte, fueſſemos ſer-
„ vido declarar quanto al primero de-
„ la licentia de poder accudir à nos
„ en ſus neceſſidades nueſtra mente
„ y intençion, pues ellos non tienen
„ noticia ninguna dello que en eſto ſe
„ ha proveydo, y ſara de grandiſſima
„ ſatisfaçion univerſal intenderlo, y
„ aſſi miſmo ordenar que las quatro
„ plaças delas ſeys deſſa Ciudad ſean
„ reſtituidas en la poſſeſſion que ſiem-
„ pre han ſtado de poder y riſolver y
„ eſſequtar todas la coſas publicas en
„ nombre de toda la Ciudad, y que
„ los ſegios della puedan trattar ſus
„ negocios por medio de deputados,
„ como ſiempre lo han echo, pues en
„ todas tres coſas ſeles ha alterado en
„ tiempo del dicho Marques de Mon-
„ dejar, la poſſeſſion en que ellos han
„ ſtado, nos havemos reſuelto tenien-
„ do conſideracion aloque la fedelidad
„ y muchos y buenos ſervicios deſſe
„ reyno, y ſubditos del, nos mere-
„ ſcen en los dichos tres cabos en la
„ maniera ſiguiente.

„ Y quanto alo primiero podreis
„ dar à entender à eſſa nueſtra fideliſ-
„ ſima Ciudad y Reyno, que nunca
„ ha ſido, ni es de nueſtra mente y
„ intencion eſtorvar que mis Vaſſal-
„ los, ſpecialmente los deſſe Reyno,
„ de cuya fedelidad y ſervicios, tene-
„ mos tanta ſatisfacion, non tengan
„ recurſo a nos ſiempre que ſe offre-
„ ſciere cauſa baſtante por la qual con-
„ venga hazerlo, aunque ental caſo
„ es nueſtra voluntad, que primera-
„ mente ayan de acudir à vos en vue-
„ ſtro tiempo, ò al Viſorey que ade-
„ lante eſtuviere en eſſo Reyno, como
„ aquienes repreſentan nueſtra perſo-
„ na, y pedirle licencia por la quen-
„ ta que es juſto que ſe tenga con ſu
„ auctoridad, pues ni vos, ni los
„ que diſpues venieren no ſe la nega-
„ ran: advertiendo, que quando fuere
„ ſobre coſas tocantes al beneficio de-
„ ſſe Reyno, ò dela Ciudad, den tan-
„ bien primero quenta dello al Viſo-
„ rey, para que ſe el viere, que es co-
„ ſa que con comunicacion del Conſe-
„ jo, y embiandonos los memoriales
„ con ſu pareſcer lo puede rimediar,
„ lo haga aſſi, y eſcuſe ala Ciudad
„ y Reyno el gaſto de embiar perſona
„ à ſu coſta: mas que ſi fuere coſa
„ que pareſca convenir repreſentar
„ nos la con perſona propria, que aſſi
„ miſmo en tal caſo el Viſorey ſelo
„ conſentira: y ultimamente que
„ quando el embiar perſona fuere pa-
„ ra quexarſe del Viſorey, (avunque
„ ſperámos que los que enbiaremos en
„ nueſtro lugar a eſſe Reyno, ſeran
„ tales y ſe governaran de manera que
„ no den cauſa de quexa juſta) tanbien
„ en eſte caſo pediendole la dicha li-
„ centia ſele dara.

„ Y quanto al ſegundo punto dela
„ pretencion que tienen las quattro
„ placas, pues ay lite entre las placas
„ nobles deſſa Ciudad y el Eletto del
„ pueblo, nueſtra voluntad es por no
„ aggraviar ala una parte ni ala otra,
„ que ſigan ſu juſticia, y entre tanto
„ en las coſas que ſe offreſcieren ordi-
„ nareis que ſe garde lo accoſtumbra-
„ do,

Digitized by Google

„ do, en tiempo de los otros Visoreys
„ de antes que el Marques de Mondejar fuesse a esse Reyno.
„ Y quanto a lo delos deputados,
„ tanbien es nuestra voluntad que no
„ se haga novedad delo que se ha accostumbrado, en este caso, se no que
„ se siga à quello sin alteracion ninguna: con que queda satisfecho a todos los tres cabos que el Marques de
„ Padulo nos ha supplicado en nombre
„ dessa Ciudad y Reyno: de que potran
„ collegir el cuydado que nos queda
„ mirar por lo que les toca como ellos
„ lo meresçen, y à el sele ha dicho que
„ se accudan à vos que le dareis la respuesta circa destos particulares. Del
„ Pardo à 4. di Decembre 1579.

Ex quibus literis, & præcise ex iis verbis: *Pediendole la dicha licentia se le dará*: & Cives, & Prorex obstringi videntur. Cives quidem ad petendam licentiam, Prorex autem, ad illam non denegandam; quoniam si verba aliquid operari debent, imo & impropriari, ut aliquid operentur, Gramm. in multis *conss.* per illa verba, *se le dará*, videtur imponi necessitas Viceregi, ut Civium supplicationibus assenciat. Et nihilominus contrarium substineri potest; nam verum est quod ad Viceregem spectat veniam dare adeundi ad Regem; ergo cùm supplicavit Civitas pro dispositione jurium, revocatio in specie & aperte apparere debet. Præterea hæc fuit nova commissio, in qua excitata solummodo fuit jurisdictio; ergo: *se le dará*, si ipsi libuerit, quia non videtur abdicasse jurisdictionem.

25 Sed cum interdictæ sint legationes, si præfatis cum requisitionibus non fiant, tum ne Principi molestia inferatur, tum etiam ad publicas impensas vitandas; in dubio vertitur an provinciales, quorum desideriis sæpe necessaria deposcuntur remedia, ut est in *d.l. si quod contrarium*, per literas suam principi necessitatem repræsentare valeant. Et certe ex dicti *sen.* dispositione etiam inhibitum videmus: quod non urbis Decurionibus, & Civibus solum, sed etiam [illegible] quibus adversari prima facie videtur. Si enim omnia per jurisconsultos in urbe & regno inter provinciales subditi & regni & subditorum maximæ litigia, & [illegible] unquique possidere à Tribunalibus [illegible] nonnisi *capitulo* in [illegible] utili, [illegible] observari [illegible] sententiarum publicationem [illegible] ritis [illegible] perspicimus: & certe prædicta [illegible], à juris dispositione concomitantur: quandoquidem extra regnum Regni quærere subditi non tenentur, *vide hæc personæ*, quam sæpius allegavimus, *ff. de procurat.* Imol. Corneus in *cap. Imperialem*, *de probat. feudi alien. per Frider.* nec extra regnum litigare coguntur, nec Rex civem ad se evocare potest, in *pragm. tit. De off. S. R. Cons.* quæ incipit *Ad subditorum*; & *ex consilio Reg. Capitaneorum*: ratio affertur in *l. fin. Cod. qui admitti*, ubi dicitur, hodie bonorum possessionem à quocunque

que

Digitized by Google

que judice decerni posse, rejecta antiqua disposítione, qua tantum Prætores poterant decernere, & oportebat totam provinciam circuire, cum casus contingebat, & in egestatem subditos afferre, ut *ibi* per Bologn. contra Principis mentem, cuja maxime interest subditos habere locupletes, §. *illud*, *Auth. ut jud. sine quo. suffr. l. cum ratio*, *ff. de bon. damnat.* Quod quidem cum aliqua facti serie in praxi recepta jubens Rex, nullum subditis infert præjudicium nam vota, ex quibus illa profertur sententia à suis judicibus, petit transmitti cum eorum justificatione, & hoc jure utitur: quod si præsens esset, facere non nefas esset, cum ipse sit omnium judicum supremus judex, §. 1. *Auth. de dignit. collat.* 6 Bald. *de usib. feud. cap. quis* 26 *dic. Dux*, *ver. à Principe*. Omnes enim Magistratus à Principe fluunt & derivantur tamquam à fonte, secundum allegata per Cassan. in *Catal. par.* 5. *consid.* 24. *num.* 15. & inter regalia hoc notatum esse scimus, ut Princeps possit quascunque causas ad se evocare ob cognitionem rei, de qua controvertitur, Bald. in *cap.* 1. §. *ad hoc*, *col.* 3. *de pac. jur. firm.* & ante eum Innoc. in *cap. ut nostrum*, *extra de appellat.* & quomodo ad id deveniatur, Cassan. in *Catal. par.* 5. *consid.* 24. *num.* 92. Resfaur. Castald. in *tract. de Imper. quæst.* 90. Et certis in causis, certisque cum personis aliquando, ob tribunalium diffidentiam, ad hæc juste devenit. Quibus quidem votis visis & perpensis, quantum hucusque observare potuimus; vel ad eadem tribunalia eorum publicationem remittendam jubet; vel pro partium indemnitate, & justa quærimonia tollenda, alios novos adjungi judices decernit; quorum postea interventu omnia terminantur, ut ipse suam amplius manum non interponat. Cum autem in legationibus expediendis majorem curialium partem requiri à jure dixerimus, dubium oritur 27 quid statuendum sit ubi paria sunt votorum suffragia: quod quidem in hac Urbe frequentius evenire potest cum fex sint concurrentes voces, nobiles quinque, sexta popularis: & aliquando contingit ut tres legationem decernendam ambiant, & contendant expedire; tres reliquæ eam urbi opus non esse insistant: ubi quid sit de jure statuendum, quidve in praxi interpretatum atque judicatum sit, oportune respondendum venit. Et quidem ex votorum paritate res dubia, juxta rerum & personarum qualitatem, variis juris remediis dirimitur: ut vel rusticorum more, via media, Glos. in *l. Nesennius*, *ff. de negot. gest.* late Det. in *l. precibus*, *ff. de impub. & al. substi. qu.* 231. Boer. *quæst.* 149. vel forte, *l. quæ sunt*, §. 1. *ff. famil. erciscund. l. in tribus*, *ff. de jud.* Glos. in *l.* 1. §. *hoc interdictum*, *ver. ad obtinendum*, *ff. ne quid in loco publ.* Bal. & Jas. in *l. fin. Cod. comm. de legatis* Cassan. in *Ct al. par.* 1. *consid.* 38. *concl.* 50. Et in materia gratiosa, ut puta in electione, ex utriusque partis paritate datur gratificatio à Superiore, *l. fi. ff. de relig. & sumpt. funer. & ibi* Glos. *cum concordant.* facit *tex.* in §. *cum ex aliena*, *Instit. de rer. divis. l. solent*, §. *non vero*, *ff. de off. proconsul. l. sed si*, §. *adeo*, *ff. de petit. hæred.* Azo in *Broc. fol.* 1. & in patronorum præsentatione *cap.*

Digitized by Google

eum autem & ibi Glos. *extra de jure patr.* Det. *consil.* 129. *num.* 1. & vide omnino Restaur. Castal. in *tract. de Imper. quæst.* 61. & 62. & Lancel. Conr. in *Templo om. jud. fol.* 63. *à ter. num.* 7. Est autem gratificatio duplex, necessaria & voluntaria, de quibus per Bald. in *l. si quis*, §. *si cum omne*, *num.* 1. *ff. ad Syllan.* Bartol. in *l. quod & lex*, §. *hoc interdictum*, *num.* 2. *ff. de lib. hom. exhib.* Et sæpius nobiles præferuntur, si vota sint æqualia Jas. in *l. majorem*, *ff. de pact.* per illum *tex. & l. hoc carmen*, §. *fin. ff. de testib.* & quæ Innoc. in *cap. dudum*, *de elect.* Cassan. in *Catal. par.* 8. *consid.* 36. Idque etiam sectatur S. Pont. quando in Imperatoris electione inter Electores est discordia; quia eligit, & gratificat quem vult ex nominatis, secundum tradita per Speculat. in *tit. de legato*, §. *nunc*, *num.* 41. & ad hoc allegari solet Glos. in *l. navi*, *ff. locat.* In judicandis vero causis, siquidem privilegiariis, ut puta liber-
28 tatis, dotis, vel fiscalibus, eadem tenenda est via, *l. inter pares*, *cum concordantib. ff. de re jud.* Et in judicio, ubi Judicum paritatem concurrere contingerit, ex regiis pragmaticis, & diutina earum interpretatione, praxis clare colligi potest. In Collaterali vero Consilio si id accidit, aut Præses S. Cons. aut Locumtenens Reg. Cam. aut unus ex Regiis Consiliariis, aut ex Præsidentibus Reg. Cam. adjungi solet, ad placitum Viceregis. At in Sac. Reg. Cons. si de causis agetur criminalibus olim quidem illius Præsidens decernebat, quia in paritate votorum ipse faciebat majorem partem, nunc autem ex *reg. pragm.* est sublatum, & ad Proregem adiretur, juxta fisci Patroni instantiam. Quam prærogativam Papiniano concessam legimus, ut scilicet in æquali sententiarum numero, illa pars posset esse in quam ipse inclinabat; cavetur in *Cod. Theod. tit. de respons. prud. in l.* 1. §. *cumque hac materia*, *Cod. de vet. jure enucl.* Ferrar. *Inst. de jure nat.* §. *resp. prudentum*. In Reg. vero Cam. Summ. concurrente paritate votorum in causa fiscali, contra fiscum pronunciatum esse censetur, ex stili viribus in judiciis jamdiu recepti, ut etiam jus feriat commune & illæsus remaneat, *l.* 3. §. *fin. ff. de testib. l. fin. Cod. de injur. cap. fin. de consuetud.* Bartol. in *l. juris peritos*, *ff. de excus. tut.* Afflict. *decis.* 165. ut sic à fisci Judicibus remaneat interpretatus *tex.* in *l. non puto*, *ff. de jure fisci*. At vero in privatorum causis, conflictus hoc Judicum, vel ex absentis alicujus Præsidentis adventu terminatur; vel ex Vicerегis jussu aliquis ex Regiis Consiliariis adjungitur. In Magna Cur. Vicariæ, siquidem in auditorio criminali, ubi in prima instantia paritas concurret votorum, Regens ipsius Magna Cur. advocat unum ex judicibus rerum civilium, audito fisci patrono, juxta *reg. pragm.* Cui tamen non raro ab Vicerege derogari solet, instante ipso fisci patrono; adjungi enim jubet unus ex reg. Consiliariis pro rerum, & personarum qualitate: idque Dn. Mutius meus germanus cum fisci patronum agebat, mihi obtinuisse retulit. Idem servatur in auditorio civili ejusdem M. Curiæ, ut scilicet paribus votis, Regens ipsius adjungat unum ex Judicibus criminalibus ad quæstionem dirimendam.

Digitized by Google

mendam. Et id quidem in tribunalibus hujus Civitatis usu valet. In regiis vero provincialibus Audientiis disceptantibus Judicibus, mittuntur vota ad Viceregem, qui si res sit capitalis de qua disceptatur, eam delegat uni ex Judicibus Vic. criminalibus; si civilis, uni ex civilibus, isque eam terminat. Profecto extra judicium, & in casu de
29 quo quærimus, aliter obtinet. Nam si in decretis Decurionum paritas votorum oritur, etiam cum interventu Collateralis Consil. in tribunali D. Laurentii assistentis, itur ad Viceregem, & coram eo terminatur. Sin autem in creandis officialibus in aliquo Sedili pro publico beneficio, suffragiorum paritas eveniet, moris est convocari omnes nobiles illius Sedilis; & quod major illorum pars terminaverit, adhærendo paritati, id firmiter exequutioni mandatur: quod etiam obtinet in quocunque negotio, à sexviris sedilium tractando: & hoc jure utimur in nostro sedili. In aliis vero differenter observatur, quod suo loco de sedilibus dicemus. At quando paritas suffragiorum oritur inter omnia sex civitatis suffragia, quinque scilicet sedilium, & sexto populari, ut fuit tempore Dn. Ducis Alcal. circa Legatum ad Regem transmittendum, causa cognoscitur & examinatur in Collat. Consilio ob publicam necessitatem: & esse hoc onus excusandum ad publicam utilitatem relevandam, decretum est, & acta servantur in Regia Cancellaria: processit autem per viam *beneplaciti*, ita communiter appellati. Et non immerito, cum in quocumque fere negotio, vel in judicio, vel extra peragendo, ex partium discordantia, ad superiorem iri solet, & fas est: ad quod, ultra allegata, facit *tex.* in *l.* 1. *Cod. de nupt.* cum jus superioritatis nunquam censeatur sublatum, Jas. in *l. fin. ff. qui satisd. cog.* Corset. in *tract. de potestat. reg. quæst.* 27. Cassan. in *Catal. par.* 5. *consid.* 24. *num.* 176. Et hæc est summa collationis utriusque Formulæ, Præfecti præt. scilicet, & Viceregis. Ex qua colligi reor, si non identitatem, saltem maximam similitudinem: quinimo identitatem diceres, si etiam Reges sibi constituisse Præfectos præt. pensaveris: quandoquidem Præf. præt. de quo loquitur Cassiod. non erat ab Imperatore constitutus, sed ab Athalarico Rege. Quod si in una, aliqua clausula legitur, quæ in altera desideratur, & è contra; id temporis vicissitudini est ascribendum, qua omnia alterantur. Profecto in formula Viceregis datur ipsi facultas magistratuum mutandorum & corrigendorum, quod in form. præf. præt. non legitur: at clausula illa suppletur ex *l.* 2. *Cod. de off. præf. præt.* ubi eam potestatem ipsum habere cavetur. Contra, in form. præf. præt. nulla habetur mentio de Titulariis, quia nullus eo tempore erat Titulariorum usus, quippe qui non multis ab hinc seculis institui cœpere; & vice versa nulla procerum mentio in form. Vicer. habetur, quia sub generali Nobilium appellatione continentur. Erant autem Proceres eo tempore, ut diximus, nobiliores & potentiores ex populo, ut sunt hodie Titulatii. Et Ferdinandus Rex I. in privatis literis, quas latine ad diversos

Digitized by Google

conscripsit nunquam *Titularios* vel *Barones*, sed *Proceres*, illos appellavit. Id autem advertendum, quod & antea innuimus, nos eum Præfectum prætorio intelligere, quem ipsi sibi Imperatores constituebant. Quandoquidem ab initio non ipsi sibi, sed Senatus ipsis Præfectum prætor. quasi adjutorem adjungebat: quemadmodum Dictatori Magistrum militum, Prætori Quæstorem, Proconsuli Legatum, & Regi Tribunum Celerum: qui simul & semel eodem in prætorio aderant: & siquando Imperatorem abesse, aut morbo laborare, aliove justo impedimento detineri contingeret, Præf. prætorio ipsius vices gerebat. Dein vero Imperatores ipsi sibi illum constituere cœperunt: & primum quidem apud se in palatio retinuerunt, juxta antiquam institutionem; postea vero ad regendas provincias pari imperio suis nominibus miserunt: quod ex jam citatis Authoribus liquet: quibus adde Alex. ab Alex. *lib.4. cap.23.* & in eum Tiraq. Carol. Sigon. *de antiq. ju. civ. Rom. lib.1. cap.* 20. Hodie antiqui Præfecti prætorio ideſt ejus, qui apud Principem in eodem palatio residebat, simulachrum vivum referunt Archiepiscoporum Episcoporumque Vicarii; quos sibi illi in eodem palatio habituros constituunt, & super universam suæ jurisdictionis molem præficiunt. Etsi Episcopum ipsum, & Cardinalem Præfecto prætor. comparari sciam, *l. episcopale, Cod. de episcop. aud. l.eum qui, Cod. de episcop. & cler.* Glos. in *l.1. ff. de offic.præf.prætor.* quod respectu Summi Pontificis neminem negaturum opinor. Et hactenus quo ad comparationem, non autem quoad Vicaregis, potestatem, ob hujus regni immensam amplitudinem & dignitatem. Eo enim est immensa opulentia, ut ad instar Cæsaris & Regis proprium ipse habeat patrimonium, quod formiter tuetur: & Præfectus prætor. etiam supra habebat, *l. fin. Cod. de apparit. præf. prætor.* & officiorum collatio inter ipsum, & Regem partita est, ex *reg. pragmat.* jura etiam spiritualia exercet circa jurium patronatus collationem, certi sub reditus quantitate distinctam: quod ex eisdem *pragm.* & regiis instructionibus satis clare patet. Cursus publicos, quos *postas* dicimus, curat, & veredarios constituit, ita ut absque illius licentia nemini permittatur publice currere, quemadmodum olim à Principe vel à Præfecto prætor. tantum permittebatur, *l. eos, §. ult. ff. ad leg. Corn. de falſ.* Pancir. in *Notit. Imp. Orient. cap.* 6. An autem bona stabilia ex hostibus capta, militibus distribuendi potestatem habeat; an merum & mixtum imperium; an pœnam imponendi corporalem; an regia jura donandi; an ut in publico ædificetur facultatem faciendi; an gabellas imponendi; an feudorum translationibus assentiendi, late discutit Fret. in *tit. quis dic. Dux, num.31. cum sequ.* Et an discedendo à Regno aliquam ob causam, Vicarium sibi constituere possit Regis beneplacito non expectato, quod ab Illustris. March. de Mondejar factum vidimus, qui filium sibi suum aliquando suffecit, habes ex *decis.* Capycii 151. Boer. *quæst.* 152. & Pard. Prat. in *Thesau. jur.* id tamen scitur, Præfectos prætorio non ipsos

Digitized by Google

sos sibi Vicarios constituisse, sed ab ipso Imperatore illis constituebantur, *l.4. Cod. de annon. & trib. l.1. C. de prox. sacr. scrin. l.1. Cod. ut omn. jud. l.1. §. à præfecto, ff. de legat.3.* & nos *supra, cap.22.* ut sic maxima sit ratio hujusmodi Vicarii constituendi excusandi: & vulgata est regula, neminem posse gladii potestatem sibi datam, vel alterius cujusvis coercitionis, ad alium transferre. Et an possit dare salvamguardiam, quam solent obtinere à Sac. Cons. Vasalli litigantes cum Baronibus, prout suo loco dicemus, scribit Cassa. in *Catal. par.5. consid. 14. num.195.* ubi allegat *l.fin. Cod. de arogat. mil. ann. lib.12.* & pro evitando discrimine suæ vitæ ob dubium offensionis Baronum, idem *ibid.num.118.* Sed quid plura? tanta est Viceregis excellentia & authoritas, ut Marchio Vasti cum confabularetur cum Carolo V. ipsi jocose dixerit: *videam te Viceregem Neapolis, o Imperator.*

ADNOTATIONES

At certe quid dare cogerentur Legatis Civitates, in calce hujus formulæ adnotabatur, &c.

Notitiam eorum quæ Legatis danda præscribebantur, affert Guid. Pancirol. in *Notit. Imper. Orient. cap.6.* quam huc transcribere ad rem putavi; ea sic habet: Ille Princeps omnibus agentibus in illo loco. Nos Gajum I. V. partibus illis, legationis causa direximus, ideo jubemus ut locis convenientibus eidem à vobis evectio simul & humanitas ministretur, hoc est veredi & paraveredi tot, panes tot, vini mod.tot, cerevisiæ mod.tot, lardi lib.tot, carnis tot, porci tot, porcelli tot, verveces tot, agni tot, anseres tot, phasiani tot, pulli tot, ova tot, olei libra tot, gari libras tot, mellis tot, aceti tot, cumini tot, piperis tot, costi tot, caryaphyli tot, spici tot, cinamomi tot, grani masticis tot, dactilæ tot, pistaciæ tot, amygdalæ tot, ceræ lib. tot, salis tot, olerum leguminum carra tot, faculæ tot, pabuli equorum carra tot. Hæc omnia tam eundo, quam redeundo eidem ministrari in locis solitis & impleri sine mora procurate.

Porro legati sancti sunt.

Occidere enim Legatos nefarium facinus appellat Herodian. *lib.6.*

Et legatis donatio facta, an ipsorum contemplatione facta censeatur, &c.

Idem in Fisco, Martin.Laudens. *de fisco, quæst.202.*

De-

Digitized by Google

A *Declinato vero imperio, &c.*

Eo tempore Imperatores exterorum Legatos convivio [illegible] bant, Cassiod. *lib.6. var. cap.9.*

Et vasalli prohiberi non possunt ne eant ad suum Regem.

Archiepiscopo Ravennati vetitum fuit à Summo Pontifice ne Episcopos suffraganeos impediret, qui Romanam sedem adire vellent, Sigon. *de Regno Ital. lib.5.* Et jure civili cavetur ut impedientes vasallos ne ad Regem quærimonias afferant, læsæ Majestatis pœnæ fiant rei, *l. cujusque*, B *ff. eod.* Luc. de Pen. in *l.1. in fin. Cod. ut nem. ad suum patrocin.* Aflict. in *decis.265. num.67.* facit *text.* in *l. mediterraneæ, Cod. de annon. & tribut.* ubi ne alias plus gravaminum civitatibus afferat Principis aditio, quam collectæ impositio quem allegat Capyc. *de investit. feud. in ver. collectarum.* Multum enim lætantur subditi videre præsentiam Regis, Bald. in *cap.1. de major. & obed.* & quod de Rege Angliæ *ibid.* dicit, Aflict. in *d. decis.265. num.12.* & dictum notabile Innocentii *cap. quia propter, de elect. ut dulcius sit bibere de aquâ fontis, quam de aqua torrentis*: inde Regi extra Regnum bellum habenti, vasallorum adjuvamen necessarium est, quia ibi est Rex ubi & territorium, Isern. in *cap.1. quib. mod. feu. amitt.* de facto autem procedere annuit Bald. Cynum referens in *l.3. ff. de offic.* C *præsid.* Jacob. de Butr. in *l. cunctos populos, Cod. de summa Trinit. & Fid. Cath.* Et si de persona vel cum dohà, habes ex Aflict. in *d. decis.265. n.51.* Proinde maxima inter Doctores exercetur quæstio, debeant ne Reges ipsi populis jus reddere, an per Magistratus id facere, An autem extra Regnum vasallo morari liceat Bart. in *l. utimur, ff. de sepul. viol.* ex eod. Aflict. quod de curialibus & Magistratibus statutum est *pragm. sanctione*, ut in territorio urbis tantum iis morari liceat, militibus autem & veteranis, & quomodolibet pensionariis, quomodo fines Regni egredi possint, diximus *supra* in *adnotat. ad cap.22.*

Eamque provinciales omnes magnificiunt ipsis servari.

D In leges 12. tab. relata fuit & ista: *Ritus familiæ patriæque servanto, & ex patriis ritibus colunto optima*: refert Spiegelkin *Lexic.*

Prorex ipse fiduciarias ex Rege exhibet literas.

Veterem invenio fuisse morem hujusmodi literarum ad populos à Principe mittendarum in commendationem Rectoris quem ad ipsos mittit: & apud Cassiodorum *Var. lib.6. cap.24.* Theodorici Regis fiduciariæ literæ leguntur ad honoratos possessores & curiales civitatis Neapolitanæ, quas „ hic subscribere non piguit; eæ tales sunt: Tributa quidem nobis annua de-

Digitized by Google

devotione persolvitis, sed nos majore vicissitudine decoras vobis reddimus, dignitates, ut vos ab incursantium pravitate defendant qui nostris jussionibus obsecundant. Erit nostrum gaudium, vestra quies; suave lucrum, si nesciatis incommodum: degite moribus compositis, ut vivatis legibus feriatis: quid opus est quemquam facere unde poenas possit incurrere? quærat judex in vos causas, & non inveniat: ratio motus vestros componat, quia rationales vos esse cognoscitis: improbis judicem, testem bonis moribus destinamus; at nemo se cogi sentiat, nisi quem ordo legitimæ conversationis accusat. Atque ideo illi vos comitivam Neapolitanæ Civitatis per illam indictionem dedisse declaramus, ut nostra gubernatione laudatus, alteram mereatur de nostro judicio dignitatem. Cui vos convenit prudenter obedire, quia utrunque laudabile est, ut bonus populus judicem benignum faciat, & mansuetus judex gratissimum populum æquabili ratione componat. A B

Prorex benigne annuit, tactisque Sacris Evangeliis jusjurandum præstat.

Num Imperator jurando in sua coronatione tangere debeat scripturas prout cæteri faciunt, pete ex Barto. & aliis scribentibus in *auth. sacram. puberum*, *Cod. si adverſ. vendit.* & sacra Dei evangelia jurat, *clement.* 1. §. *porro*, *de hæret.* Felin. in *cap. fraternitati de testib.* & alii adducti per Restaur. Castald. in *tractat. de Imperat. quæst.* 28. Sed & Carolus V. in suo Neapolim adventu anno 1535. pari modo juravit se observaturum constitutiones & Capitula Regni & Civitatis, prout in *dictis capitulis* patet. C

Grammatic. in multis conss.

Ex *tex.* in *l. sed si possessori*, §. *item si juravero*, *ff. de jurejur. l. si quando*, *ff. de leg.* 1.

Sin autem in creandis officialibus in aliquo sedili, &c.

In Magna Cur. Siclæ inter duos Judices disparitate orta, adeunt Præsidentem Sac. Cons. qui eligit aliquem ex Magistris Rationalibus ejusdem Tribunalis Doctorem si fuerit; sin minus ex aliis alium suo arbitrio. D

Et an discedendo à Regno aliquam ob causam, Vicarium sibi constituere possit, &c.

In quæstionem adductum scio an Vicarius possit sibi alium Vicarium substituere, etiam si Papæ sit; & certi juris est quod non, *cap. clericos*, *de offic. Vicar.* Bal. in *l. aliquando*, *ff. de offic. pr. cons.* & in *cap. cum perpetuus*, *col.* 1. *de fide instr.* nempe sibi similem & perpetuum: cum autem

pro

Digitized by Google

A pro modico tempore intelligitur, Glos. in *clem.* 1. *ver. locum*, *de reg.* Cordinal. in *clem.* 1. *quæst.* 11. 13. & 18. Solus enim Princeps Vicarium creat, & non alius magistratus, §. *nulla*, *auth. de defens. civit. §. ea*, *auth. de mandat. princ.* Sed certe Illustris. D. Petrus de Toleto, missus à Carolo V. in Senas subigendas, D. Aloysium filium tertio genitum etiam hodie superstitem, Neapoli Proregem reliquit, quam dignitatem is non parvo temporis spatio exercuit. Quid autem in Præfecto, habes ex Alex. in *rubr. ff. de offic. ejus*, Restaur. *de imp. quæst.* 106. & 109. An autem Vicarius Principis vel Justitiarius provinciæ possit ædificandi in publico licentiam concedere, agit Affl. in *Constit. beneficium*, & Cassan. in *Consuet. Burgund. fol.* 15. *colum.* 4. Et an Vicarius Regis, regalia concedere possit,
B vel alienationibus feudorum consentire, habes ex Camerar. in *repetit. cap. Imperialem fol.* 80. *in lit. B. de probib. feu. alien. per Frider.* & an dilationes quinquennales, & literas Status, quod est supersessorium litibus, justis ex causis concedere, de quibus in *l. interdum*, *ff. de judic.* juxta Franciæ morem, habes latissime ex Rebuffo in 2. *to. comment. ad constit. Reg. ar.* 1. *gl.* 6. *fol.* 81. & ex late per eum adductis ad hostiæ exceptionis comparationem quodammodo inferuntur, de qua in *constitutionib. Reg.* & in multis forensibus altercationibus interpretata venit: & an fidejussio remitti possit, multaque alias dilucidationes ibi habes. At vero quæ facere possit solus Princeps, & à quibus abstinere debeat, habes ex Rest. *de Imper. qu.* 109. & 111. latiss. & Cassan. in *Catal. par.* 5. *consid.* 22. & nos in nostro *Codice de*
C *Regalib.* ubi quæ considerandæ veniunt, ultra Iser. Par. de Put. Affl. Capyc. Fret. aliosque Regni juris interpretes, congeremus:

SUMMARIUM CAP. XXVI.

1 *Continui unde dicti: si absque Proregis licentia discesserint Neapoli, amittunt privilegium.*

2 *Absentia longa quæ dicatur. Senatores injussu Principis ab Italia discedere non poterant*, eod.

3 *Continui, cohortales sunt, à cohorte dicti.*
Cohors quid proprie sit, eod.
Chortis appellatio unde manarit, eod.

4 *Cohors prætoria quæ esset.*

5 *Cohortales ex nobilibus tantum eligendi.*
Principis limina dignitatem habere dicuntur, eod.

6 *Approbatus, si reperiatur inutilis reprobari potest.*

7 *Exauctoratio, sive Degradatio, in gravissimis tantum delictis locum habet*, eod.

8 *Cohortalium vexillifer, Guido nerius dicitur, & unde.*
Cohortales, Judicis militaris jurisdictioni subsunt de facinoribus patratis extra summ territorium quomodo cognoscantur, eod.

9 *Monstra militum quomodo latinis dicta, & quis ejus auctor; & quomodo Græcis.*

10 *Arrollare, vox vulgo militaris, quid sit apud Latinos.*

Ma-

Digitized by Google

Matri cula quid, eod.

11 *Cohortalium numerus à legibus præfinitus.*

12 *Cohortales, Beneficiarii olim dicti, & quare prius à provinciis cibaria accipiebant, postea fuerunt illis salaria constituta à Principe.*

13 *Cohortalibus morientibus absque hærede, succedebat Præfectus præt. hodie secus.*
Militibus absque hærede morientibus, succedit legio, eod.

14 *Alibarderii, Celeres dicti antiquis.*

15 *Celeres, idest Alibarderii, Germanos eligi, antiquus mos.*

16 *Regentes Cancellariam quomodo à legibus appellentur.*
Papinianus Regens Cancellariam apud Sever. Imper.
Ulpianus Regens Cancellariam apud Alex. Imper.
Tribunianus Regens Cancell. apud Justinianum: & antea Præsidens Consilio, num. 22. *& Magister officiorum*, num. ult.

17 *Regentes Cancellar. quando usus esse cœperint.*

18 *Libellus unde dictus, & ejus multiplex significatio.*

19 *Per libellum expediri non possunt quæcunque causæ cognitionem requirunt.*
Jubentius Celsus Hadriani Assessor, eod.

20 *Thesaurarius Regni, Secretarius Regni, Secretarius Proregis.*) *quomodo appellantur in constitutionibus.*

21 *Assessorum Principis, idest Consiliariorum, munus.*
Consiliarii quomodo alias vocantur.

22 *Præsidens Sacro Cons. à quo primum institutus, & quomodo vocatus antiquis.*

23 *Præsidentes Reg. Cam. Summ. quibus nominibus appellentur in sacris constitutionibus.*

24 *Locumtenens Reg. Cam. qui vocetur in constitutionibus, & à quo primum institutus.*
Summaria unde dicta.

25 *Judicum criminalium & civilium nomina antiqua.*

26 *Advocatorum Fiscalium nomina antiqua, & à quo primum instituti fuerint.*
Paricida, vel Parricida unde deducatur.

27 *Consiliarii status quomodo appellentur in constitutionibus.*

* *Consilium & Consistorium, quid sint, & quid differant.*
Consilium indictivum quid, & num. seq.

28 *Patricii in sacris constitutionibus Consiliarios status significant, & ibi de illis aliqua, cum* num. seq.

29 *Consiliariorum status antiquissimus usus.*
Mari Præfectus à quo primum institutus.
Capitanei ad guerram.) *qui sint.*
Comites rei militaris.)

30 *Uscerius quis sit in constitutionibus, & apud latinos.*

31 *Magistri officiorum dignitas & authoritas.*

Digitized by Google

EO fuit tortuosa, & tot diverticulis interrupta via, quam hucusque peregimus, ut ad redeundum unde divertimus, opus sit nobis recapitulatione. Narrabamus itaque solemnem pompam Proregis: & cum Magistratus, ut vulgo nunc appellantur, nominassemus, eorum antiqua nomina, quoad fieri per me posset, subjungere promisimus, ut qui ex nostris, quibus ex iis coæquandi essent, noscerentur: & ab ipso Prorege incepimus, tamquam omnium dignissimo, illumque Præfecto præt. comparavimus; quod intantum fuit perplexum & scabrum, præ angustia ac tenuitate ingenii mei, & amplitudine illius dignitatis, ut à *quartodecimo capitulo*, ubi id incepimus, fuerimus hucusque transgressi. Reliquum est igitur, ut institutum prosequamur, cæterorũ æquationem breviter perquirere. Non autem inceptum ordinem servabimus, ut scilicet nobiliorum prius comparationem vestigemus; (id enim, tum honoris ergo, tum quia longe in eo eramus digressuri, Proregi sit tributum) sed qui prius in ipsa pompa incedunt,
1 eos discutiemus. Omnium igitur primos, assiduos Regis equites apparere dicebamus, quos vulgus *Continuos* appellat: quam denominationem, inde acquisivere, quod *continue* a Proregis jussum esse debent: *argum. tex. in l. continuus, ff. de verb. obligat. & l.* 1. §. 1. *eod. tit. Instit. de excusat. tutor.* §. *qui excusare*. Quod intantum est verum, ut qui id facere negligat, amittat privilegium, *cap.* 2. *extra de privileg. l. fin. Cod. de privileg. schol. lib.* 12. *l. fin. Cod. de curial. lib.* 11. *l. fin. Cod. de constitor. l. ult. vers.*, *Cod. ubi causa fiscal. Rot. M. C. Vicar. Item statuimus*, Hiernim *constit. Regn. Statuimus*. Nisi tamen commeatum sive licentiam impetraverint, aut si ad suas redierint domos; quibus casibus privilegio uti non prohibentur, *argum. tex. in l.* 1. *ff. de re milit. l. qui missionem, & l. si cui*, §. 1. *ff. ex quib. caus. major.* Isern. in *d. constit. Statuimus*. Vel etiam si non longè abfuerint, prout Sacr. Cons. de hac re aliquando decrevisse novimus. Quando vero quis dicatur longe abesse, id est, quæ dicatur *longa absentia*, habes ex Glos. & DD. in *l. hæres absens, ff. de judic.* Alciat. in *l. mulieris*, §. *absens, ff. de verb. sign.* & absentiarum genera narrat Accurs. in *l. ab hostib. ff. ex quib. caus. major.* Bart. in *l. si maritus*, §. 1. *ff. de adulter.* in *l. absentem, Cod. de procur.* Sed jam nuper promulgata est *pragmatica sanctio*, qua *Continui* à Civitate, inconsulto Prorege, discedere prohibentur, stata pœna exauctorationis: quod Octav. Aug. *in Senatores* sanxit, ne scilicet exirent extra *Italiam* absque permissu suo, nisi in Siciliam & Galliam Narbonensem, auctore Dione. Est autem Narbonensis Gallia, quæ vulgo *Provenza* dicitur, corrupto vocabulo à *Provincia*, propterea quod erat Provincia Romanorum: concessit autem ut in eas tantum Provincias adire possent injussu suo, tum quia proximæ erant, cum etiam, quia inermes & imbelles homines, eas incolunt: sed id obiter. Certe *Continui*, nomine à legibus imposito, *Cohortales* appellantur: quod nomen à *Cohorte* deducitur. Est autem

Digitized by Google

tem proprie *Cohors* Varroni *lib.4. de ling. lat.* locus parietibus ac repagulis cinctus, in quo pecus aut quid tale coercetur: hanc & *Chortem* dixere antiqui: eod. Varr. & Mart. auctoribus unde adhuc apud noſtros ruſticos & paſtores, nomen retinet: locum enim illum circunſeptum ubi oves & ejuſmodi pecora cogunt, *Chortem* appellant. Inde translatum eſt ut qui multas, circum ſe vel ad ſua ſervitia, gentes deſtinatas habet, *Chortem facere*, vel *Chortem habere* dicatur. Quod quidem nedum in Principibus & potentatibus, ut eſt S.Pont. Imperator, Reges & hujuſmodi; verum & in Proceribus aliiſque perſonis quotidie inſpicimus, dum univerſum eorum famulitium, *Chortem* appellari audimus: unde qui alicui perſæpe obſequuntur & obſecundant, italico vocabulo à Chorte, *cortegiare* dicuntur, ut etiam diximus *ſupra cap.21.ad finem*. Quod autem ad rem noſtram facit, *Cohors* eſt militum copia vel comitatus; de qua mentio habetur in *l.2.ff.de offic. præf. vig.* & apud Juriſconſſ. *alibi*. Hæc, ſecundum diverſos uſus, diverſa ſortita eſt cognomina, ut eſt videre apud Alex.ab Alex.*Gen.dier. lib.1. cap.5.* & *lib.6.cap.13.* & ubique Tiraq. Carol. Sigon. *de jure Ital.* Jo: Coraſ. in *lib.obſervat.* Pard. Prat. Jacob. Spiegell. & alios. Noſtra vero de qua loquimur, quia Prætorem comitatur, *Prætoria* dicitur: *Sane Cohors prætoria erat*, inquit Bud. in *l.1. ff. de off. præfect. prat. quæ Conſuli aut Prætori in provincia præſto erat, quaſique latus ejus cingebat*. Et quia ex hac deſcriptione non Cohortales, ſed Celeres potius deſignari videntur, de quibus mox ſubnectemus, ad vitandam confuſionem & perplexitatem, ſiqua oriri poſſet, diſtinguemus Cohortem Prætoriam ex authoritate Dionyſii Halicarn. *lib.2.* in pedeſtrem, & equeſtrem. Pedeſtris continet Celeres, equeſtris Cohortales: retinent enim ſibi nomen ex Cohorte, tanquam digniores, juxta *l.ſi non ſortem, §.peu. ff. de conſtit. Inſtit. de jure nat. gent. & civ. §. ſed jus quidem civile*, Gloſ. in *l.1.ff.de verb. obligat.* Ex nobilibus enim ſolummodo eligi debere cautum eſt, *l.ſi cohortalis, in fi. C. de cohortal. lib.12.* & *l.1. Cod. negotiat.ne milit.eod.lib.* & late Connan. *lib.4. jur. civil. tit. de milit.* Et eſt ratio, nam cum Principis limina frequentent, quæ dignitatem habere dicuntur, portæ dignitatis nobilibus præcipue patent, *l.2. C.de dignit. lib.12.* Andr. in *rubr.* & in *cap.1. de probib. feudi alienat. per Frider.* Sunt præterea ſtatuta & inſtructiones invictiſs. Caroli V. ne in hanc Cohortalium militiam referantur, niſi viri undequaque circunſpecti, & quibus majora belli munera, cum res exigit, demandari tute poſſint. Et proinde Illuſtriſs. de Mondejar, olim hujus Regni Prorex, aliquos ex eis, quia nobilitatis penuria laborabant, eo ordine movit: quod olim feciſſe legitur Vitellius Imper. qui prætorianas cohortes uno edicto exauctoravit, auct. Suet. Prorex autem poſtea ex novo Regis delegatione, illos ab integro reſtituit, & jure quidem: nam qui ſemel à Magiſtro militum probatus, militarique cingulo donatus fuerit, abſque cauſa exauctorari

Digitized by Google

non debet, *l.2. §. ignominia*, & §. *similes*, *ff. de iis qui notant. infam. Instit. quibus ex cauſ. man. non licet*, §. *eadem lege*, *in fi.* & facit *text.* in *l. quidam conſulebant*, *cum concordantibus*, *ff. de re jud.* Niſi quis dicat id jure Conſtitutionum correctum eſſe: poteſt enim quis utcumque approbatus, ſi non reperiatur utilis, reprobari, *l.2. Cod. de profeſſ. & medic. lib.* 10. Sicut & qui Abbas conſtituitur, ſi ſeſe inſufficientem præbeat, Abbatia cedere debet, *cap. delecti*, & *ibi* Gl. *extra de renunciat.* eaque exauctoratio, Jure Canonico *degradatio* dicitur; ob affinitatem enim quæ inter cœleſtem & terreſtrem intercedit militiam, hoc dicere opportunum putavi) ſecundum Bart. in *l.1. Cod. de dignitat. lib.*12. cum aliis, in locis topicis adductis, & ſignanter per Cyn. in *l.* 1. *quæſt.* 5. *ff. de jur. & facti ignorant.* & Joan. Andr. in *reg.* 7 *ſine culpa*, *de reg. jur.* Et hæc quidem niſi in graviſſimis delictis locum non habet, *cap. tuæ*, *de pœn. cap. cum non ab homine*, & *cap. at ſi clerici*, *extra de judic.* Nec quia in commercia veniunt, cum eas vendi & emi poſſe jure ſancitum ſit, *l. omnimodo*, §. *imputari C. de inoff. teſtam. l.1. §. nec caſtrenſe.*, *ff. de collat.* Aliaſque rationes indagare poſſemus, cum ſententia pro veritate habeatur, juxta vulgatam regulam, *res judicata*, *ff. de reg. jur.* & per ea quæ *ibi* dicit Accurſius. Et ut ad Cohortalium nobilitatem revertamur, Don Petrus ille Toletus Regni Vicerex, quem nominaſſe ſat erit, Illuſtriſſimum D Gartiam ſuum primigenium Cohortali, ſive *Continuatus* dignitate inſignivit; ratus inſigniore illum ornare munere haud facile potuiſſe: qui paulo poſt & maris Præfectus generalis, & Siciliæ Prorex inſtitutus fuit: quod tamen non ſine antiquiſſimo fecit exemplo. Veſpaſianus enim Aug. Titum filium prætorio præfecit, qui mox univerſi orbis rexit habenas, ut ait Svet. in *hujus vita*, *cap.6.* & Plin. in *ſua præfatione ad Titum*. Et Valentin. Imper. Valentem fratrem Comitem ſtabuli cum tribunitia dignitate fecit, auctore Marcell. Theodoſ. junior, Geneſium & Valerium ex uxore leviros, ejuſmodi honoribus affecit; illum quidem *Illyrici* præfectum, hunc autem Magiſtrum officiorum conſtituens, ut refert Zonar. in *illius vita*. Id vero à Prorege fieri eo hilarius potuit, quod ipſe eſt ipſorum Cohortalium Dux & Capitaneus: licet enim univerſi Regni ejuſque militum Capitaneus ſit generalis; hi tamen immediate ejus milites dicuntur. Illorum vexillifer, Guidonerius, à noſtra vox *Guida*, qua ducem ſignificamus, appellatur: quod munus jam olim Dn. Diomedes Carrafa obivit, nunc Dn. Jo: Hieron. Januarius eo fungitur, ille Nidi, hic Portus ſedilis Eques. Hi Cohortales, inquam, Proregis commenſales eſſe ſolent, & militaris Judicis, ideſt, *Auditoris campi*, ut vocant, juriſdictioni ſubſunt, tamquam milites. De patratis autem facinoribus extra ſuum territorium, ſiquidem gravia fuerint, à judice illius loci corrigi poterunt; ſin autem levia aut militaria, ad Magiſtrum militum mittuntur coercendi, juxta vulgatam diſtinctionem Gloſſæ in *l. magiſteria*, *Cod.*

Digitized by Google

Cod. de jur. omn. jud. quod late prosequutus est Dn. Mutius meus germanus in *de regal. quæst.* 148. & more militum, cum armis & equis, 9 sui muneris servitiis intendere debent: ad quæ prævio examine aliquando destinantur; licet ad Proregis voluntatem, horum utrunque observatum vidimus. Examen autem id intelligimus, ut paulisper digrediamur, quod transvectio alio nomine dicitur, & exercitus recognitio, sive recensus, sive recensio, & vulgo *la mostra*. Unde *recensere exercitum*, apud Liv. & *recognoscere turmas*, apud Svet. in *Aug. c.* 38. & *transvehi equites*, apud Valer. Max. *lib.* 2. *cap. de Instit. antiq.* & *equitum probatio*, apud eundem, idem prorsus significant: ejus rei agendæ institutor fuit Q. Fab. Max. ut auctor est Valer. *d. loco*, & Liv. *lib.* 9. *in fine*. Bud. in *annot. pri.* Coras. *lib.* 1. *Miscell. cap.* 11. Hanc recognitionem intelligere videtur Vegetius *de re milit. lib.* 2. *cap.* 27. cum ait: *Præterea & vetus consuetudo permansit, & Divi Augusti atque Hadriani constitutionibus præcavetur, ut ter in mense, tam equites, quam pedites educantur ambulatum* (*hoc enim verbo hoc exercitii genus nominant*) *decem millia passuum, armati instructique omnibus telis pedites*, &c. Et certe exercendo recognoscitur exercitus. Hæc à Græcis aliquando dicitur ἐξέτασις Jul. Pollux *lib.* 1. *cap.* 10. Xenoph. in œcon. Βασιλεὺς δέκατ' ἐνιαυτῶν ἐξέτασιν ποιεῖται τῶν μισθοφόρων: *Rex quotannis recenset stipendiarios*: aliquando dicitur πομπὴ, *pompa*. Plato *de legibus* πομπὴν τῶν ἵππων, *pompam equorum*, ideſt, equitum recognitionem, dixit: & Demosth. Ἐχειροτονήσατε inquit, τοῦτον ἵππαρχον, ὀχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς τοῖς πομπεῖς οὐ δυνάμενον: *Hunc instituistis Præfectum equitum, qui in recognitionibus, per plateam equo vehi non potest*: quo in loco Budæum virum clarissimum non possum non demirari; qui *l.* 2. *ff. de in jus voc.* militum transvectionē, à Græcis ὀχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς, ideſt vehi per plateam, dici ait; adducta hac Demosthenis auctoritate: cum verba ista, non ad transvectionem, sed ad præfectum equitum referat Domosthenes. Profecto autem *referri in numeros*, est scribi in li- 10 bro ubi lecti milites conscribuntur, quod vulgus *Arrollare* dicit, quando librum illum *Rollum* appellat. Ulp. in *l. jure militari*, & *l. ex eo*, *ff. de test. mil. Ex eo tempore quis jure militari incipit posse testari, ex quo in numeros relatus est*. Plin. *lib.* 4. *epist. Neque enim adhuc nomen in numeros relatum est: quod & distribui in numeros dicitur*; idem *lib.* 10. *epist. Ut jam sacramento dixerant, ita nondum distributi in numeros erant*. Et is liber alias *Matricula* dicitur, *l. scriniarios*, *C. de test. mil. l.* 3. *Cod. de princ. agent. in reb. lib.* 12. *l. pen. & fin. Cod. de commeatu*, *eod. lib.* Veget. *de re mil. lib.* 1. *cap.* 26. Modest. *de vocab. rei milit. paulo post principe*. Alber. late in *d. loc.* Franc. Duar. *de milit. test.* 11 *cap.* 2. ultra allegata per Fret. *de suff. feud. lib.* 2. *cap. quis dicatur Dux*, *n.* 33. & *cap. prima differentia*, *n.* 21. Certe Cohortalium numerus, ceu militaris copiæ, semper præstitutus fuit: etsi non me lateat Cohortalium nomine omnes qui sub P. P. militabant ipsique ministrabant, veniſſe, qui

Digitized by Google

qui & *apparitores* dicebantur: de quibus Pancirol. in *Notit. Imper. Orient. cap.* 9. Erant itaque Cohortales Proconsulis & Legati quadringenti, *l.* 2. *Cod. de apparit. proconf. & legati, lib.* 12. isque numerus Præfecto præt. fuit ad centum usque arctatus, *l. per Illyricum, Cod. de cohortal. eod. lib. Novell.* 24. *de Præf. Pysid.* & hic numerus est apud Vicer. præfinitus: quorum quinqua-
12 ginta regnicolæ; reliqui hispani eligi consuevere: quod tamen perpetuo non observatur. Hi etiam *Beneficiarii* dici reperiuntur, *l. officiales, Cod. de episcop. & cler. l. beneficiarii, Cod. Theodos. de cohortal.* Thalalæus *lib.* 45. *Basilic.* ex auctoritate Patricii Macaritæ: idque nomen à beneficio, quod consequebantur, emeruerant: prius enim à provinciis annonam, ideſt cibaria, accipiebant, postea vero à Principe fuerunt ipsis salaria constituta, *l. annonam, Cod. de erogat. mil.*
13 *anno.* quod & hodie perdurat; ex Principis enim ærario stipendium Continuis elargitur. Iis, (sicut & omnibus *Præfectiariis*, ideſt qui Præfecto præt. suberant) si moriebantur intestati absque legitimis successoribus, succedebat Præfectus præt. *l. fin. Cod. de apparitor. Præf. præt. lib.* 12. hodie tamen apud nos non est ita: solum enim officii collatio, cum quis ex iis decedit, ad Præfectum præt. spectat. Reliquis autem militibus intestato decedentibus absque hæredibus, jure suo succedit legio, sub cujus vexillo militaverunt, *l.* 2. *Cod. de hæred. decur. l. si quis filio*, §. *ejus, in fi. ff. de his quib. ut indign.* Sed hodie caducarum militum hæreditatum in hoc Regno, piissimus Rex succedens fecit Valetudinarium D. Jacobi ejus Urbis nationis Hispanæ, in quo ægrotantes ejus nationis milites summæ curæ habentur: ut videatur à jure communi non recessisse, & his consuluisse, qui ob valetudinem stipendia merere nequeunt: & jure quidem; servire enim nobis censentur li, quos curamus ægros, *l. arboribus*, §. *de illo*, & *ibi* Glos. *ff. de usufructu, l. cum hæres*, §. *Stichus, ff. de statulib.* Isern. in *cap.* 1. §. *quin etiam, ante num.* 3. *Episcop. vel Abbat.* Bartol. in *l. opera testamento, ff. de usufruct. leg.* Bald. in *l. fin. Cod. de condit. & demonstrat.* Par. de Put. in *tract. Synd. in ver. Si officialis, num.* 3. quod si post aditam hæreditatem legitimus forte successor apparuerit, Valetudinarium illa cædere cogitur: nam mortuo militante, aliquid ad hæredes transire debet Glos. in *l.* 1. *Cod. de annon. civil. lib.* 11. Post Cohortales, Regni Proceres, ideſt Barones, sequuntur suo ordine, Defensores civitatum, Comites, Marchiones, Duces, Principes, de quibus aliqua jam diximus. Post hos, Civitatis Decuriones, ideſt *Electi*, veniunt, numero septem: ultimus ex populari cœtu, sex primi ex nobilibus: & de his *lib.* 2. dicendum præterimus. Electos sequuntur Septemviri Regni, sive septem primores Regiæ ministri, ideſt septem primarii Regis officiales; vulgo *septem Regni officia* dicti, nempe *Cancellarius, Magister equitum* sive *militum*, qui alio nomine *Comes stabuli*, & corrupte *Conteſtabilis* dicitur, ut ex Ammono Monacho docet Brisson. *de verb. signif. lib.* 3.

li-

Digitized by Google

licet aliter sentiat Cujac. in *l. un. Cod. de comit. & trib. schol. lib.* 12. Budæus *Constabularium* appellat. *Pincerna maximus*, *Camerarius*, *Justitiarios*, & *Maris Admiratus*. *Prothonotarius* autem, quia à Præsidente Sac. Consi. agitur, cum his non equitat. Et hi omnes uno communi nomine *Ministeriales hospitii* appellari ait Bud. in *l. fin. ff. de senat.* de quorum muneribus abunde agit Fretia in suis *lib. de subf.* Post hos incedit Prorex, ut dictum est, Civitatis Syndico ad ejus lævam equitante, hic inde à pedestri cohorte, ideſt à
14 Celeribus circumvallatus: hos, *Alibarderios* barbare nominant, ab hastatis armis, quibus utuntur, impositio nomine, quas *Alibardas* dicunt: quos tamen, eosdem esse ac Celeres, dignosci licet tum ex Plutar. in *vita Rom.* ubi eos Romuli comites, ac ad ejus corporis custodiam destinatos ait, fuisseque numero tercentum, quod & Liv. dixerat & Lætus affirmat; tum etiam ex Dionis. Halicar. *lib.* 2. qui Celeres Regem per urbem hastatos comitari, ejusque mandata obire dixit; tum demum ex Pard. Prat. in *suo thes. jur. lib.* 3. qui apud antiquos, Scythas fuisse refert; quemadmodum apud nos, Helvetii, vel Germani. Quæ quidem omnia ad nostros *Alibarderios* affabre faciunt: unde Fretiæ avunculi mei opinio, qui *lib.* 2. *de subfeud. d. cap. Prima differentia*, *num.* 20., *Continuos* esse dicit, facile reformari potest, salva tanti viri authoritate; etsi pro eo esse videatur Plin. *lib.* 33. *cap.* 2. Fenest. *de Magistr. cap.* 2. & Pompon. Læt. item *de Magist. Rom. cap.* 2. Alex. ab Alex. & Tiraq. *lib.* 6. *cap.* 22. Sigon. *de ant. jur. civ. Rom. lib.* 2. *cap.* 3. ubi Celeres equites fuisse tradunt, ut hodie sunt Continui, non autem pedites, ut sunt Alibardati. Dicti sunt autem *Celeres*, ut præfati Auctores adnotant, vel à celeritate qua utebantur in obeundis mandatis, vel à Celere primo eorum Duce Remi interfectore: iique alias *Trossuli*, alias *Flexumines* dicti fuere, qua de re iidem causam addunt:
Non autem eo est novus Germano- 15
rum usus in hoc ministerio, ut maxime antiquus dici non possit, quando vel à primis Romanorum Imperatoribus instituti fuere, ut refert Sveton. in *Galba cap.* 16. his verbis: *Germanorum cohortem à Cæsaribus ad custodiam corporis institutam, dissolvit, ac sine commodo remisit in patriam*. Post Proregem subsequuntur ex ordine milites togati: 16
quorum prima classis Regentibus Cancellariam debetur. Hi à Bud. in *l. nequicquam*, *ff. de off. proconſ.* *Magistri libellorum*, *Magistri requestarum* (est autem *Requesta* gallica vox, item & Italica *Rechiesta*, & petitionem significat) *Magistri scriniorum*, & *Præfecti libellorum* dicuntur. Capyc. in *compend. de Magistrat.* *Præfectos libellorum*, & *postulationum* eos nominat; quod eodem tendit. In eo honore fuisse legitur Papinianus apud Imper. Sever. Pertinacem, *l. rescriptum*, *ff. de distract. pignor.* qui postea ab eodem Imper. Præf. præt. factus fuit, ut annotavit Cont. in *Catal. Jurispr.* & Ulpianus apud Alexandrum, Lamprid. in *Alex.* & Tribonianus apud Justinian. *l. un.* §. 2. *ad fin. Cod. de novo Cod. fac.* Ab ipsis autem Impp. *Libellenses sacri scrinii* vocantur,

l. fin.

Digitized by Google

l.fin. §. 1. cir. fin. Cod. ubi senat. vel clar. l.præcipimus, §.huic saluberrimæ, Cod. de appellat. quamvis Pancir. in *Notit. Imper. Orient. cap.* 116. libellenses alios esse autumet, nempe eos, qui responsa sive decreta in libellis scribunt ex ordine Magistri ipsius libellorum, cujusmodi sunt hodie Scribæ mandatorum, seu ut vulgo *mandamenti*, allegando tex. in *l.ult. Cod. de diverſ. rescript.* ubi tamen id non probatur, quando hujusmodi scribæ in eo *l.* dicuntur *Memoriales*, *pragmaticarii*, & *Adjutores*. Porro libellorum
17 Magistri vel à Nerone, vel non multum post ipsum, originem habuerunt: prius enim ipsimet Principes, libellis subscribebant signabantque, ut ex multis probatur authoribus, Svet. Capitol. Dion. Pancir. *loc. notato*: quod post etiam observatum legitur. Quam quidem denominationem, à libellis quos agunt, ipsis inditam esse, omnibus notum reor. Quia vero multiplex est libellorum significatio, opportunum duxi earum aliquas explanare, quo sciatur de quo nos libello loquamur.
18 Certe *libellus* diminutum est nomen à libro, ut scilicet parvum denotet librum: est autem liber proprie cortex arboris: & quia ante chartarum inventionem, tenuiore illa cortice, quæ ligno inhæret, in scribendo antiquitas utebatur, factum est ut quævis scriptura, *liber* appellaretur. Sed ubi universum aliquod opus scriptum, & congeries scripta, ut sic dicam, libri nomen sibi retinuit; parva aliqua scriptura, libelli nomen est sortita. Unde Goffred. in *summa in rubr. de libelli oblat. in princ.* libellum modicam scripturam definit. In hac etiam parvitate scripturæ res habet significationes: enim denotat illud scriptum actor intentionem suam reum exponit, dum in convenit rei suæ personalem tia, *l.1. ff. de eden. & libelli oblat.* & vulgo *Comparitio* dicitur, vel etiam *citatio*, de quo Specul. in *tit. de libelli conceptione*. Et ejusmodi plures interponi possunt in lite agitanda, attendum diversa quæ coincidunt quod pragmatici satis norunt. Est & alius ejusdem speciei libellus, quo Principis candidato, ideſt Præsidenti Sac. Reg. Consil. sub nomine Sacræ R. Majest. porrigitur: quo quidem lis incipitur, & communiter *Supplicatio* nominatur, Latinis, *supplex libellus* dictus. Martial. *Idem supplicibus vacat libellis*: de quo in *tit. Cod. quando libel. princ. dat. lit. contest. fac.* in tit. autem *ff. de offic. præsid.* LIBER dicitur. Libellus item est assertoria epistola, quæ vulgo *Credentia* vel *Certificatio*, & alicubi *Bulletinus*, vel *Salvaguardia* nuncupatur. Cum scilicet Magistratus, aut Universitas, aut etiam privatus quispiam, fidem facit pro subdito vel cive aut alio, de quavis re, *l.si publicanus, §. de rebus, ff. de publican. & vectigal.* Hoc etiam nomine significantur & *apostoli*, ideſt literæ dimissoriæ, quas clerici extra diœcesim discessuri, à suo Episcopo habere solent, *l. si qua per calumniam, §. præterea jubemus, Cod. de episcop. & cler. l.1. Cod. de mandat. princip.* & extat suus *tit. ff. de libell. dimiss.* LIBELLI item dicuntur schedæ illæ monitoriæ seu intimatoriæ,

Digitized by Google

toriæ, quæ in foris, in angulis viarum, & in valvis ecclesiarum affiguntur, ut puta si quis extra communionem ejicitur, aut si quid amissum inventumve fuerit, quo populo innotescat, *l. falsus*, §. *plerisque*, ff. *de furt.* & hi passim *Chartones* appellantur. Sunt & libelli paginæ item scriptæ, alicujus ignominiam indicantes ac in foris item proponi solitæ, & ut plurimum provocatorii sunt, qui ex eo, *famosi libelli* sunt dicti, in suis *titulis* ff. & *Cod. de injur. & famos. libell.* vulgo *Cartelli*, nunc omni jure prohibiti. Libellus dicitur etiam oratio consultoria aut monitoria, quam Principes in rebus arduis mittunt ad suos Magistratus, *l. item veniunt*, §. *præter hæc*, ff. *de petit. hæred.* vulgus *Cedulam* vocat, truncato vocabulo à *Schedula*. Libelli tandem (ut alias omittamus significationes) sunt compendiariæ illæ scripturæ, quibus populares solent Principibus suas exponere necessitates, *l. non distinguemus*, §. *cum quidam*, ff. *de arbitr.* à Latinis *libellus memorialis* nuncupatus, unde hodie simpliciter *Memorialis* dicitur; de quibus meminit Svet. in *Aug. cap.* 50. & 53. & in *Domit.* 19 *cap.* 14. & 17. & in *Ner. cap.* 15. & de hoc libellorum genere intelligimus in præsenti. Per ejusmodi libellos, quæcunque causæ cognitionem exigunt, expediri non posse, non audita altera parte, cautum est in *l. nequicquam*, §. *ubi decretum*, ff. *de offic. proconsul. l. omnia*, ff. *de reg. jur.* quod tamen, alioqui ex se satis clarum, Accursius cum perperam intellexisset, misera perplexitate convolvit. Sane libellis subscribere solebant diem, mensem, & Consules juxta *tit. Auth. ut præponat. nom. Imp.* qua de re affertur exemplum à Jac. Rævardo in *l. omnia*, ff. *de reg. jur.* hac forma: *Jubentius Celsus Promagister subscripsi III. Non. Nov. Antio Pollione, & Opiniano Conss.* Quod autem *Promagister* dixit & non *Magister*, inde factum, quod Jubentius hic Celsus non Magister libellorum erat, sed Assessor Hadriani, ut author est Spart. nisi quis unum pro alio accipere velit. Est etiam libellus mensuræ genus, seu potius *regula* quædam mensurarum, vulgo etiam sic dicta. Legitur & *libellum* genere neutro, diminutivum à *libo*, & pro exiguo pane accipitur: licet libum non panis, sed placentæ sit genus, & pulmenti: *Judices* (inquiunt Hon. & Theod. *de episc. aud.*) *victualem substantiam non habentibus, faciant ministrari, libellis duobus vel tribus diurnis, vel quot existimaverint Commentarienses.* quam tamen vocem Alciat. *lib.* 1. *parerg. cap.* 17. à *libella* ductam putat, idest à parva libra; tu eum vide. Cum libellorum Præfectis, ut institutum prosequamur, coequitat Thesaurarius Generalis, qui principis pecuniæ utcumque erogandæ præest: antiquis *Quæstor ærarii* dicebatur, *l.* 2. ff. *de orig. jur.* sub Cæsaribus autem, *Comes sacrarum largitionum*, de quo frequens mentio habetur in Cod. & apud Cassiodor. *lib.* 6. *Var.* Equitat & Secretarius Regni, qui libellos ministrat; hunc *à libellis* appellavit Sveton. in *Domit. cap.* 14. cum ait: *Epaphroditum à libellis capitali pœna condemnavit*. Justinianus *Chartularium sa-*

cri cubiculi, & codicillorum, ideſt libellorum appellaſſe videtur in §. *ſic igitur, Auth. ut jud. ſin. quo. ſuffr. collat.* 2. Certe ii, *quibus pietatis noſtræ arcana* (inquit Imp.) *merito committuntur*, ideſt *Secretarii*, ut nunc dicimus, plures erant, & omnes uno nomine dicebantur *Proximi ſacrorum ſcriniorum*, de quibus eſt integer *tit. C. lib.* 12. ſic dicti, ut Pard. Prat. autumat, quod Magiſtris ſcriniorum ſint proximi & æque ſpectabiles, ac ſecundum ab iis locum & dignitatem habeant. Sacra vero ſcrinia erant omnino quatuor, ideſt memoriæ, diſpoſitionum, epiſtolarum, & libellorum, *l. ſi quis in ſacris*, & alias, *d. tit. l. ult. C. de decur.* Scrinium memoriæ erat, ubi Principis adnotamenta ſervabantur; Scrinium diſpoſitionum Principis decreta & cognitiones continebat; Scrinium epiſtolarum, ad Principis epiſtolas, tam miſſivas quam reſponſivas, ſervandas conſtitutum principio fuit, dein vero civitatum poſtulata, & legationes eodem inferri cœperunt; Scrinium libellorum, ubi ſupplices libelli Principi oblati cuſtodiebantur, quibus qui præficiebantur, appellati erant, ut diximus, *Chartularii*, *Chartophylaces*, ideſt chartarum Principalium cuſtodes, *Proximi ſacrorum ſcriniorum*, & *Scriniarii*: & ſcriniarius idem eſt ac Chartularius, ut Suidas eſt auctor: latine autem, à libellis, à memoria, ab epiſtolis, nota dicendi forma, dicebantur. Lampr. in *Alex. Poſtmeridianis horis ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarum ſemper dedit operam, ita ut ab epiſtolis, à libellis, & à memoria ſemper aſſiſterent.* Ab epiſtolis autem, qui intimus erat, tanta adhibebatur f
tandi & corrigendi
beret, quæ Princep
plurimum ipſe ſcr
ſolum à Principe a
lumque Principis
ſe retinebat, ut ex
cir. in *Not. Imperii*
riis Regis Viceregis
quibus tantum defe
& fidei, ut innume
neant paginas albas
ſcriptas, ut cum re
præſto illas habeant
mine mittant: ut plu
que Principis ſubſc
juſſu ſcribunt epiſto
bentur veræ ac ſi à P
ptæ fuiſſent. Budæus
ff. de off. proconſ. duo
ra ponit; altera qua
lat, in quibus monu
rii & Regni ſtatum
vantur, cujuſmodi e
Cancell., & hæc ſun
adnotationes ſupra
altera *viatoria* nunc
vatorum cauſas refer
ſingula tribunalia ſu
nium, & ſcriniarius
Secretarium dicimus
non parum confert
cum Præfecto præto
nem quando in ſcr
veniunt. Equitat et
dictis Regens Mag.
quem Præfecto Urbi,
coæquare poſſemus.
niunt Principis Aſſeſſo
munus verſatur circa
tum civilium, tum c
cognitiones; circa poſtula
an qui poſtulat ſit proh
lare necne; circa libello
cet

cet sint bene vel male concepti; circa edicta, circa decreta, & circa epistolas, seu, ut vulgo dicunt, *commissiones*, Judicibus alterius provinciæ mittendas, *l.*1. juncta Glo. *ff. de off. assess.* Dicuntur etiam *Comites*, *l. diem functo*, *eo. tit.* licet Angel. *ibi* contra sentiat; dicuntur tandem *Consiliarii*, nomine sibi vendicato à consiliis, quæ Principi dant, *l. pen. d. tit. l.*3. & *l. in consiliariis*, *Cod. eod.* Et hoc nomen adhuc communiter retinent, quando vulgo *Regii Consiliarii* appellantur: & communi scribentium usu, *Senatores* etiam appellari cœperunt; quod passim apud juniores est inve-
22 nire. Nos de Consiliariorum & Senatorum comparatione aliqua diximus in hoc libro. His qui præest, *Præsidens sacri Consilii* nunc dicitur: antiquioribus *Principis Candidatum* appellatum autumo; cujus opinionis est & Capyc. in *lib. de Magistrat.* ab Ulp. dicitur *Quæstor*, *l.*1. *ff. de off. quæst.* Bodæus autem *ibi*, *Quæstores candidatos*, à principis seu potius Cæsaris candidatis, ut ipse ait, alios esse censet: tu eum consule. Hi ab Augusto primum instituti fuere secundū Dion. *lib.*54. eoque munere functum aliquando fuisse Tribonianum apud Justinianum, testis est ipsemet Justin. in pluribus suis Codicis suarumque Institutionum locis. Sequuntur deinde Præfecti fisci, sive Procuratores Cæsaris, vulgo *Præsidentes Reg. Cameræ* appellati. Hi sunt qui litibus judicandis inter fiscum & privatos præsunt, *tot. tit. Cod. ubi cau. fisc.* Jurisdictionem autem extra fiscales causas non habent, *l.*1. *Cod. de jurisd. omn. jud.* In jure diversis significantur nominibus; aliquando enim, ut diximus, *Procuratores dominici* nominantur, *l.*1. *C. de repud. vel abst. hær.* Constant. Harmon. in *epit. jur. civ. tit. de dignit.* aliquando *Curatores Cæsaris*, *l.*3. *ff. de offic. procur. Cæs.* aliquando *Curatores Reip. l. curator*, *Cod. de modo mulct.* aliquando *Rationales*, *l. ad fiscum*, & *l. nullum*, *Cod. ubi cau. fisc. ff. de offic. procur. Cæs.* in *rubr. l. ult. Cod. de advoc. fisci.* & alibi passim: aliquando *Præsidentes sacri ærarii*, *d. l. ult.* Lamprid. in *Alex. Ubi aliquos voluisset vel rectores provinciis dare*, *vel præpositos facere*, *vel Procuratores*, idest *Rationales*, *ordinare*, &c. Hodie tamen diversi sunt Rationales à Procuratoribus Cæsaris: quippe qui non ipsi sunt procuratores, sed qui procuratoribus referunt quid receptum, quidve expensum sit ex patrimonio principis; vel qui acceptum & expensum rationibus referunt, ideſt in rationariis libris, (vulgo *Registra*) describunt: græce λογισαὶ, ideſt rationarii, ut protulit Marcell. iique idiotæ sunt: ex quibus tamen aliqui in procuratorum ipsorum cœtum cooptantur, & *Præsidentes idiotæ* dicuntur: cum cæteri ex Jurisperitis eligantur. Quibus, qui præest, *Locumte-* 24
nens Regiæ Cameræ nobis dicitur; antiquioribus autem *Comes rerum privatarum* dicebatur, vel *Comes sacri patrimonii*, *l. un. Cod. de offic. com. rer. privat. l. si quis*, *Cod. ubi cau. fisc.* interdum *Comes domorum*, *l. fi. d. cit.* Quamvis hunc Comitem, *magno Camerario* rectius æquari censerem; quandoquidem *Locumtenens* vices gerit ipsius *magni ca-*

Digitized by Google

merarii, cujus etiam dicitur Locumtenens: eum Græci interpretes, ut refert Prat. *lib.* 6. *Basil.* ita definiunt. Κόμης τῆς ἰδικῆς πεντσίας τυγχὰ ὁ φροντίζων τῶν πραγμάτων τῶν ἀφωσιωμένων εἰς τὰς ἰδίας χρείας τοῦ βασιλέως: *Comes privatæ substantiæ, ideſt qui rerum in proprios usus Principis designatarum, curam gerit*. Idque per *Rationales*, ideſt procuratores, agere, Caſſiod. refert in ejus form. *lib.* 6. *Var.* Is à Severo fuit prius inſtitutus ſecundum Spart. & diverſis nominibus appellari legitur, præter illud: dicitur enim *Procurator Cæſaris*, de quo eſt *tit. ff. de off. proc. Cæſ. l.* 1. *l.* 2. *Cod. de mo. mulct.* & *Curator Cæſaris*, *l. fi. eod. tit.* & *Rationalis Cæſaris*, ut eſt in *rubr. ff. de offic. proc. Cæſ. vel Rational. l. ad fiſcum, cum aliis*, *Cod. ubi cau. fiſc.* & *Procurator privatæ rationis*, *l. procurator*, *Cod. de eden.* & *Magiſter rei privatæ*, *l. fin. Cod. ubi cauſa ſtat. agi deb.* & alias, ut per Pancirol. in *Notit. imper. orient. cap.* 87. ubi de eo abunde. Capyc. *Majorem Domus Principis* eſſe dicit, quod non omnibus probatur. Dicta eſt autem *Summaria*, ut id obiter appendam, præter ea quæ de hac re ſuperius dixi, vel quod ſit *ſumma hera*, ideſt domina rerum fiſcalium; vel quia agit *ſumma æra*, ideſt ſummas pecuniarum, quod eodem refertur; vel quia ſummam rei prin-
25 cipalis examinet. Hos ſequuntur triumviri capitales, ideſt Judices criminales; ad quos capitalium cauſarum animadverſio ſpectat, *l.* 2. *§. deinde cum eſſet*, *ff. de orig. jur.* alias *Judices quæſtionis* appellantur, *l.* 1. *§.* 1. *ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Ulp. in *l. ſolemus*, *ff. de judic.* Latrunculatores appellat: & communiter à noſtris, ideſt à Juriſconſultis, *Judices maleficiorum* dicuntur. Cum his duumviri littibus dijudicandis præfecti, ideſt Judices civiles, obambulant. Quibus ſuccedunt Advocati fiſcales duo, alter Mag. Cur. 26
Vicariæ, alter Reg. Cam. Summariæ: & ille quidem, *Quæſtor paricidii* dicitur, qui capitalibus rebus perquirendis præeſt, *l.* 2. *§. deinde cum ærarium*, *ff. de orig. jur.* Feſt. *lib.* 14. & dicitur *paricidium* quaſi paris cædes: unde qui ſui parem, ideſt hominem cedit, paricida vocatur. Priſcianus autem tam à pari quam à patre deduci commonſtrat, unde & paricidum & parricidium dicihic autem, *fiſci Patronus*, quia fiſco contra privatas perſonas patrocinium præſtat. Hos ab Adriano primum inſtitutos ait Bud. in *l. un. ff. de off. quæſt.* & probari videtur, ex *l. non intelligitur*, *§. divus*, *ff. de jure fiſci*, de quib. in ſuo *tit. Cod. de advoc. fiſci*. Cum memoratis ſunt etiam commemorandi Judices militares, vulgo *Auditores campi* vel *exercitus* dicti, de quibus in ſuo *tit. Cod. de offic. Jud. milit.* & alibi. Terga Proregis cum Regentibus, 27
tenent etiam Conſiliarii ſtatus, quos alias, *bellicos Conſiliarios* appellavimus; à Cæſaribus, *Comites conſiſtoriani*, vel *ſacri conſiſtorii* dicti, qui intimo Principis conſiſtorio aſſiſtunt, ſecundum Prat. in ſuo *Theſau. lib.* 3. de quibus fit mentio in *l. un. §.* 1. *Cod. de no. Cod. fac.* & *l. laudabile*, *§.* 1. *Cod. de advoc. diverſ. jud.* præter alia loca & ſuum *tit. Cod. de comit. conſiſtor. lib.* 12. Eſt autem conſiſtorium, ut Varinus ait, Θεῖον συνέδριον, id eſt, *conſeſ-*

ſus

Digitized by Google

sus sacer ; quod ad Principis confessum refertur : vel ut Suidas, Συνέδριον καὶ τὸ σύστημα ἔνθα περὶ τῶν ἐπειγόντων βουλεύονται : ideſt, *conſeſſus & congregatio ubi de arduis ſtatuunt rebus* : quapropter à ſtatuendo ſibi nomen ſumpſerunt, & *Conſiliarii Status* dicuntur. Id autem differt conſiſtorium à conſilio, quod conſiſtorium ad illud tantum conſeſſum refertur, ubi Princeps aſſidet, ut notatur ex Ammi. Marcell. *lib.* 15. & Varino modo citato, & *Auth. de appell. & intra quæ temp.* §. *ad hæc ſancimus* : & comitatus proprie de Principis aula dicitur, ſecundum Alc. in *l. pupillus*, §. *territorium*, *ff. de verb. ſignif.* licet ad alios etiam extendatur, ſicut & conſiſtorium ad eos etiam referri poteſt, qui juris dicendi poteſtatem habent, *cap. romana*, *de appellat. in* 6. Conſilium autem, uti Theophil. *Inſtitut. quib. ex cau. manum. non lic.* §. *eadem lege*, definit, eſt Συνέδριον φαγεζῶν ἀνδρῶν καὶ ἐπὶ τὸν τοῦ ἐγκαινοῦ χρόνον συγκαμόντων, ideſt, *conſeſſus certorum virorum, præfinito anni tempore convenientium*. Conſilium igitur refertur ad ordinarios Magiſtratus ; conſiſtorium autem ad eos qui Principis nutu congregantur: idque clariſſime conſtat ex *l. quiſquis*, §. 1. *Cod. ad leg. Jul. majeſt.* & ab Ambr. in *epiſt.* CONSISTORIANI dicuntur qui ad principale conſilium eliguntur :

28 Hi ſunt (quod à nemine quod ſciam, eſt hucuſque obſervatum) quos *Patricios*, ideſt *Principis patres* Juſtinianus appellat, *Inſtit. quibus mod. jus patr. poteſt. ſolv.* §. *fil. fam.* & in *l. nemini*, *Cod. de conſul. lib.* 12. qui ob eam dignitatem liberantur à patria poteſtate. *Patreſque Principis* dicuntur, quod illi conſulunt quid ſit ipſi agendum in rebus arduis urgentibuſque, ad quod præcipue ipſos ſibi elegit, quaſi Reipublicæ patronos tutoreſque ; inquit Bud. in *annot. prior.* Unde patriciatus dignitatem, ſummam omnium vocat idem Juſtinian. in *locis* jam allegatis. Idque ex Svida facilius, ni fallor, perſpici licet, qui eos patres Reip. eſſe ait, ac ſupremam dignitatem indictivi conſilii obtinere. Eſt autem indictivum ſive indictum conſilium, quod pro emergentibus reip. neceſſitatibus convocatur : ut differat ab ordinario conſilio, quod ſtatis certiſque diebus cogitur. Hos Bud. *Pares Francia*, 29 quos vocant, eſſe dicit, qui reip. conſtituendæ ſunt præfecti ; eorumque uſum antiquiſſimum eſſe commonſtrat ex Hom. *Odiſſ. lib.* 8. Non ſum tamen neſcius quod apud hiſtoſtoricos, haud ſane multum antiquos, *Patricii*, duces exercitus eſſe videntur. Paulus enim Diaconus *lib.* 3. *de geſt. Longobard. cap.* 6. Narſetem Juſtiniani ducem in Italia, *Patricium* nominat. & Joan. Zonaras in *Juſtin.* Beliſarium itidem *ducem patricium* appellat. & hujuſmodi innumera ſunt exempla & apud eoſdem authores, & apud Procopium, Joan. Curopal. Niceph. & alios ejus claſſis. Sed hanc ambiguitatem nemo morabitur, ſi ejuſmodi duces ex jam dictis patriciis eligi notabit ex Suida, & hodie in frequenti rerum uſu obſervabit. Illud non omittedum quod Sigon. in Annotat. in Liv. admonuit ex eod. Livio, Dionyſio, & Plutarcho edoctus: nempe patricios antiquos Romanorum, eoſdem prorſus fuiſſe, ac patres,

Digitized by Google

tres, & Senatores principio jam à Romulo electos numero centum ad remp. constituendam: eorum autem descendentes ex consuetudine vocari cœpisse etiam patricios: quo fit, ut differentia inter antiquos illos, & hos, de quibus loquimur, patricios, à Budæo annotata, quasi corruat. Solent profecto hi patricii, sive Comites Consistoriales, eligi ut plurimum titularii, & ex antiqua prole prognati, ac militari solertia & experientia illustres; & qui juvenilibus laboribus, magisteriæque potestatis sudoribus, clari facti sunt, *l.3.Cod. ubi senat. vel clar.* Ad quod facit nobilissimum axioma illud Justiniani in *constit. de confirmandis Institut.* Imperatorem scilicet & legibus & armis oportere esse munitum; ut pro pro legibus intelligat Jurisperitos; pro armis, armorum expertes; qui utroque tempore, nempe bellorum & pacis, recte illi consulant, quo rempublicam apte gubernet. Quod in pace quidem, per magistros libellorum, aliosque togatos milites; in bellis vero, per hos Status Consiliarios assequitur. Et isti magisteriam consequi solent potestatem, idest magistri militum creari, *l.magisteriæ, Cod.de jurisd. omn. jud.* etsi non deficiant qui eam *l.*non de magistro militum, sed de magistro officiorum intellexerint. Ex eorum enim cœtu Proreges eliguntur, & milites aurei velleris, prout nostra tempestate vidimus M. Anton. Columnam Ducem Terræ Novæ, militem aurei velleris, Status Consiliarium & in Siciliæ Præfectum præt. elatum: & Andream Auriam ejusdem Consistorii Comitem, maris præfectura insignitum. Hunc Præfectum Græci ναυαρχον, idest *maris Imperatorem* nominant, ac à Polycrate Sami tyranno prius excogitatum refert Herodot. *lib.*3. Eliguntur ex iis etiam Comites rei militaris, idest *Capitanei ad guerram*, ut vocant, *l.*1.*Cod. de comit. rei mil.lib.*12. Luc.de Pen. in *l.tam collatores*, *col.*2.*Cod.de re milit.* Cassan. in *catal. par.*6.*consid.* 14. Pyr. *de Magistrat.Rom.* Singulos autem horum procerum ordines, in sua loca distribui curat Ostiarius, quem *Uscerium* dicunt, ni *magistrum cæremoniarum* appellare mavis. Latine *Classicus*, vel *Classiarius* dici poterit, quia pompam in classes distribuit, Liv. *lib.*5. *vocatis classico ad consilium militib. &c.* Non absimilis illis videtur, qui in sacris constitutionibus *Silentiarii* dicuntur. Imo si Zonaræ creditur, idem erit: is enim in *3.to.annal.* dicit, Silentiarium infimæ esse dignitatis in palatio. Id autem lubens pertransire nequivi, quod Capyc. ait *Uscerium* hunc, Magistrum officiorum esse: cum *Magister* officiorum supremæ sit dignitatis & excellentiæ: quippe qui aulicorum officialium causas disceptabat, *l.ne ad diversa*, *Cod. de silent. lib.*12. *l.in sacris*, *Cod. de prox. sacr. scrin.l.*2. & 3. *Cod. ubi senat. vel clar.* & aliis compluribus: sub cujus dispositione erant etiam fabricæ, & proinde Judex fabricensium erat, *l.fi. Cod. de fabricens. lib.*11. item & scrinia memoriæ, libellorum, epistolarum, dispositionum, & scholæ scutariorum, armaturarum, seniorum, agentium in rebus, admissionales, Cancellarii, cursus publici potestas, &c. *l. judicibus*, *Cod. de cursu public.*

Digitized by Google

Hic. lib. 12. & notat Pard. Prat. in *Thes. jur. lib.* 12. cujusmodi munere functum fuisse Tribonianum apud Justinianum ipsemet Imper. testatur in *l.* 2. *in fi. Cod. de ver. jure enucl. in proœm. Instit.* & alibi non raro. Et Prat. *loc. jam citat.* Præposito hospitii in Gallia pene adæquari ait: de quo est *tit.* in *lib. Cod.* Ejus officii formula habetur apud Cassiod. *lib.* 6. *Var.* & de eo vide Pancir. in *Not. Imper. orient. cap.* 62. *cum seqq.*

ADNOTATIONES

Omnium igitur primos assiduos Regis equites apparere dicebamus, quos vulgus Continuos appellat.

Vel Celeres dicebantur milites 300. quos Romulus ad custodiam corporis sui delegerat; à celeritate dicti; quod belli necessitate tum equites, tum pedites expediti pugnabant, Zas. in *l.* 2. *ff. de orig. jur.*

Sane cohors prætoria erat, &c.

Cohors prætoria instituta fuit à Scipione Africano, ut refert Carol. Sigon. *de ant. jure prov. cap.* 2. Hic enim primus, ait Festus, fortissimum quemque delegit, qui ab se in bello non discederent, & cætero munere militiæ vacarent, & sexquiplex stipendium acciperent.

Et is liber alias matricula dicitur.

Matricula dicitur à matrice in qua conciplUntur filii, quia in ea describuntur milites, officiales, & clerici, *l.* 1. *Cod. de offic. mag. offic. l. fin. Cod. de offic. præf. urb.*

Reliquis autem militibus intestato decedentibus succedit legio, &c.

Idem in officiali decedente sine hærede; ut scilicet alter officialis collega ei succedat in certam portionem, *tex.* in *l. officialis*, *Cod. de episcop. & cler.*

Ut refert Sveton. in Galba.

Et Dion in *Severo*:

Secretarii, ut nunc dicimus, plures erant.

Et nos eum, qui *cifræ* vocatur habemus, & penes Viceregem pro arduis belli statusque rebus inventus, ut late deduximus *supra* in *cap.* 6. Sed certe Principes ipsi primo scribebant, sed postea inventus fuit qui Magi-

ster

Digitized by Google

A ster epistolarum vocabatur, & sacrorum scriniorum, de quo in l. 1. C. *contra jus vel publ. util.*

Equitat etiam cum supradictis Regens mag. Cur. Vicariæ.

Et Scriba rationum; qui præcedit Thesaurarium, & Thesaurarius Regentem Mag. Cur. Vicariæ, & iste Secretarium Regni; qui omnibus est posterior.

Quibus succedunt Advocati fiscales duo:

Fisci advocatos etiam olim fuisse duos habemus ex *l. binos*, C. *de ad-*
B *voc. diversor. judic.* unus generalis, alter specialis, de quibus in l. 1. & 2. *Cod. de advocat. fisci*. At in Francia unus residet semper in parlamento, alter in ballivatu, sed non intitulatur procurator generalis, sed Regius in ballivatu. De quorum destinatione meminit Præpositus Cardin. Alex. in *tract. de pa jur. fir.* §. *ad hæc*, *de usib. feud.* quæ cum multis circa Fisci patroni dignitatem habes ex Cassan. in *Catal. par. 7. consider.* 34. Nos autem de ejus origine, necessitate, atque de incumbentibus ad ejus officium plene dicimus in nostro *tract. de Regalib. Reg. Neap.* in quo praxis detegitur non inutilis pro rebus justitiæ administrationem concernentibus. Et ii quidem olim ex cœtu privatorum Advocatorum eligebantur, ac per biennium administrabant, ut tradit Guid. Pancirol. in *Notit. Imper. oriental.* Sunt igi-
C tur etiam hodie duo, alter Mag. Cur. Vicariæ, alter Reg. Cameræ Summariæ. Et D. Orificius illum Mag. Cur. Vicariæ tanquam digniorem sibi elegit, data ipsi optione, cum uterque prius unus esset; non quod ego in eo versatus id meæ dignitati applicem, ne æmuli dicant contrarium, ut ne id servitium magnificiam in suprema promotione.

Cursus publici potestas, &c.

In hoc Regno atque adeo in hac Civitate est hæc potestas cursus publici uni Archiverædario collata, qui propterea *Currerius major* vulgo dicitur, jamdiu quidem institutus à Rege, qui solus cursum publicum exercet ad
D literas regias ferendas, atque alia, quæ celeritatem requirunt, quod nemo alius facere potest. Et ratio quidem privativa quæ confidentias & Principis servitium concernit, secretum facit, & in Principis est arbitrio, si alias ferri velit cum suis. Et absque Viceregis licentia non discedit, nec aliis inservire potest, quemadmodum olim Præfecto prætorio. Cum autem occasione extraordinaria discedit, nulli hoc pandere licet; & habet etiam facultatem aliarum rerum vehendarum per Regnum & extra; quam facultatem magno ære locat; quique id conducunt *Procacii* dicuntur & pro uniuscujusque oneris custodia jus certum pro publico commercio tuendo constitutum est. Discedendum est autem certis diebus cum comitiva; tenetque domum & jus dicit contra eos, qui male se gerunt in rebus ita conducendis

Digitized by Google

dis, præter res prohibitas exportari intra & extra Regnum pro regiarum A
dohanarum dirictibus, aliisque gabellis, diverso quidem modo si per mare
vel per terram fiat, juxta regias complures sanctiones & pragmaticas & ban-
na. Et cuique licitum est hoc facere cum sit contractus, locationi, em-
ptioni & venditioni proximus: locant enim operas; ideo locator dicitur,
prout & conductor qui pecuniam dat, *l.* 1. §. *si quis*, *ff. depositi*, Glos. in
l. si uno, §. *item cum quidam*, *ff. locat. & munus vehendi* dicitur: *&*
vectura quæ vulgo dicitur, probatur ex *l. videamus*, §. *qui vinum*, *l. si*
merces, §. *qui columnas*, & in muliere, *l. sed ædes*, §. *si quis mulierem*;
& in mulis, *l. qui insulam*. §. *qui mulum*, & in mulione, *l. cum in plu-*
res, §. *servum*, *&* §. *vehiculum*, *l. colonus*, §. 1. *ff. eod.* ubi de vectura
loquitur. Sunt autem & alii modi citra nomen *Procacii*, & *conductæ* di- B
cuntur, quæ conducunt res mercimoniales magni ponderis; res quidem
satis diversa. Et hæ habent limitatum etiam conducendi jus: ac impræ-
sentiarum alia est erecta *conducta* Viceregis privilegio pro vehendis rebus
omni cum securitate, custodiam militum centum præ se ferens, fidejussio-
nem dictarum rerum pro mercatorum securitate præstando; & spatio sex
annorum decem & octo mille ducatos Reg. Curiæ solvere obligata: quam
Currerius major oppugnare non destitit etiam coram Rege, in officio suo
hoc etiam inesse contendens, & Procaciorum, & ex consuetudine inve-
terata ex *pragmatica* desuper alias expedita, jus esse sibi prohibendi acqui-
situm. Novus vero conductor replicavit ut quilibet facit; & in his quæ
meæ facultatis sunt non habet locum præsumptio. Tametsi ut Regia autho- C
ritate fiat, hæc nova conducta aliis cum circunstantiis publicam utilita-
tem parientibus jam actum est: re enim in controversiam pluries in Regia
Camera & in Collaterali Consilio etiam à fisco deducta, ne *conducta* die-
bus Procacii discederet; ne domum apertam haberet, sed dohanam ubi
merces reponuntur, neve literas, comitivas equorum & mulorum, cum
juribus deroget & authoritatibus: aditus Rex sibi consultatione explican-
dum demandavit & interim *conductam* suum conficere cursum: & dato
termino ad finem faciendi prædictam consultationem, jura utriusque par-
tis deducenda expectantur. Cujus autem erit sententiæ sive voti Reg. Ca-
mera quia futurum, non asseverem; etiam quia secrete procedunt & voti
propalationem patefacerem. Equi autem cursus publici, quia currunt per D
stationes, *equi stationarii* dicuntur, quemadmodum & *curiales*. Baro au-
tem non potest præcipere subditis, ut vehant, nisi Rex; de qua materia
vide Capyc. *de investit. feud. fol.* 130. *in ver. jumentorum*: & colligentes
gabellas tenentur itinera tuta reddere, idem Capyc. *de invest feud. fol.* 114.
ver. colligentes pedagia, & *ibi* adducta; & quomodo vehuntur annonæ
habes ex *l. pro locis*, & *l. nemo*, *Cod. de annon. & tribut. lib.* 12. Et à qui-
bus abstinere debeat Prorex, ut facere non possit, idem Capyc. *de investit.*
feud. in repet. cap. Imperialem, *fol.* 32. & 33.

Digitized by Google

SUMMARIUM

CAP. XXVII.

1 *Principi proximus esse, honor est.*

2 *Vita &*) *pari passu ambulant.*
Honor)
Prærogativas magnificare, atque ad illas acquirendas colludere omnibus licet, eod.

3 *Ambitus, omni lege prohibitus.*
Princeps procurare debet ne delicta patrentur, eod.
Magistratuum electio de regalibus est, & num. 8.

4 *Magistratus pars sunt corporis Principis.*
Princeps caput est Consilii, & num. 22.
Consilii appellatione Princeps venit, eod.

5 *Caput, corporis imaginem commonstrat.*
Prorege deficiente, Decanus Consilii, ejus vicem gerit, eod.

6 *Advocati, qui suo abutuntur officio, interdicuntur advocatione.*
Magistratuum cum Titularii altercatio de Præcellentia, eod.

7 *Magistratus una cum Regibus instituti antiquiss. origine, ac ad justitiam populis ministrandam adinventi.*
Titulariis à Rege Alphonso jurisdictio concessa, eod.

8 *Respublica sine justitia ministris corrueret.*
Princeps cur dicatur habere leges in scrinio pectoris, eod.

9 *Magistratus majestatem habere dicuntur: & quales eligendi.*

10 *Titulos, qui emunt, titularii non sunt.*
Magistratum offendens, Regem offendere censetur, eod.
Titularium qui offendit, majestatis reus non fit, eod.

11 *Magistratuum usus magis necessarius quam titulariorum.*
Sapientia melior quam corporis robur, eod.

12 *Magistratuum potestas.*

13 *Rege absente, ejus vicem subeunt magistratus.*
Præcellentia consistit etiam in administratione & authoritate, eod.

14 *Officium, majus est titulo.*
Titularii juramentum præstant fidelitatis, eod.
Magistratus jusjurandum singulis annis iterant, eod.

15 *Magistratus in loco suæ jurisdictionis cives efficiuntur.*

16 *Magistratus, illustres sunt.*
Titularii sunt spectabiles.
Magnificus, &
Illustris, idem est titulus: imo pluris Magnificus, eod.

17 *Magistratus sunt sacri.*

18 *Principis, voluntas semper justa putanda est.*

19 *Regens Cancellis titularius fuerit, an & quando cæteros Regentes præcedat.*
Cardinalis episcopus vel presbyter, Cardinali non episcopo vel non presbytero præfertur, eod.

20 *Doctor utriusque juris præfertur doctori unius tantum: ubi de præcellentiis aliqua.*

21 *Titularii præcedunt Collaterales Consiliarios.*

22 *Consuetudo ubi non apparet, servatur consuetudo vicinia.*

Cons

Consuetudo Civitatis servanda est in toto comitatu, eod.

23 *Dignitas major per adeptionem minoris non amittitur.*
Dignitas diversis respectibus & locis major potest esse vel minor, eod.

24 *Consiliarii & Præsidentes Cameræ quomodo inter se præcedant.*

25 *Appellatas causas ex Vicar. ad Sac. Cons. & inde ad Collater. referendi mos & tempus.*
Fisci patronus in præstandis votis adesse debet; si secus, sententia nulla, eod.

26 *Episcopus ubi sedet ut Canonicus non præfertur cæteris Canonicis.*

27 *Equites Hierosolimit. religiosi sunt & clerici; & proinde in feudo non succedunt.*

28 *Titularios seculares, exemplo religiosorum appellatos.*
Prælati nomen longe se extendit, eod.

29 *Equites Hierosol. magnæ Crucis, Episcopis comparantur.*

30 *Episcopi sunt de consilio Regis.*
Laici, rerum spiritualium judices esse possunt ex gratia Papæ, eod.

31 *Episcopus præcedit titularios.*
Prior Prælatus est, eod.

32 *Fœderati unum corpus censentur cum suis fœderatis.*

33 *Equitibus Hierosolim. servantur omnia sua privilegia in regnis Regis nostri; aliis Equitibus non.*

34 *Mutatione loci, status personæ non mutatur.*

35 *Religiosi etiam simplices præferuntur quibuscunque militibus.*
Dignitate religiosa nulla major, eod.

36 *Titularii ex militibus electi.*
Principes in castris qui dicantur, eod.

37 *Equites Hierosol. ex professo primum invadunt hostes.*

38 *Titulorum majoritas an temporis antiquitati prævaleat.*
Consuetudo optima legum interpres, eod.

39 *Dignitas solo verbo confertur à Principe.*

40 *Magistratus primo electus nec possessionem nactus, an præferatur ei qui posterius eligitur, prius munus obit.*

41 *Regentis Neapolit. qui in Regis curia residet, origo.*
Subditi non tenentur quærere Regem extra regnum, eod.
Subditos esse locupletes, Principis interest, eod.

42 *Tribunalia plurium locorum unius Domini, non censentur diversa, sed unum & idem.*

43 *Sessionis Magistratuum Neapol. tum in Collater. cons. tum in reliquis tribunalibus ordo.*

44 *Sedes unde jus redditur, sive tribunal, in alto constitui loco, institutum antiquum.*
Tribunal Cæsarum quale fuerit, eod.

45 *Baldacchini, sive Tusselli etymologia: & quomodo dictus antiquis.*
Cymbius quid & unde, eod.

46 *Magistratus quando conveniant in collater. & in suis tribunalibus.*
Digniora præferenda, atque ab dignioribus incipiendum, eod.

Digitized by Google

47 *Fisci patronus in omnibus tribunalibus ultimum habet locum: & quomodo suffragetur. Procurator fisci non intervenit in præstandis votis*, eod.

48 *Proscribendi ritus & tempus in Mag. Cur. Vic.*

49 *Magistratus Neapolit. quando & quomodo congregentur ad jus reddendum.*

50 *Feriarum tempora quibus ociantur magistratus Neapolit. Feriæ stativæ, & indictivæ, aut imperativæ, quæ*, eod.

1 IN solemni Proregis processu, unicuique pro sua dignitate & gradu, locum assignari diximus: sed quia prope Principem incedere, & honorificentiorem apud eum habere locum, majorem affert gloriam & dignitatem, non immerito cuncti in ejusmodi rem, velut in arduam, nituntur, *l. Julianus, ff. si quis om. cau. test. l. si inimicitiæ in fi. ff. de his quib. ut indign.* Cassan. in *catal. par. 1. consid. 2. 12. & 16.* Glos. in § *aliam vero, in ver. altiori loco, Instit. de bonor. possess.* Felin. in *rubr. de major. & obed. col. penul. in fi.* Bald. in *l. observare, §. antequam, ff. de off. proconf.* Fret. in *quæst. parlam. per tot.* Unde persæpe litium odia & altercationes, locique causæ, & temporis turbationes oriun-
2 tur. Et in hoc majus periculum, cautius animadvertere solent, quia de honore agitur; & vita & honor pari passu ambulant, *l. justa, ff. de manum. vind. l. miles, §. socer, ff. de adulter.* Cassan. in *catal. par. 1. consid. 2.* Fret. in *quæst. parlam. n. 41.* Et suas magnificere prærogativas illasque etiam jure naturali tueri, æquum est concessumque omnibus, *l. observare, ff. de off. proconf.* ad quas acquirendas etiam cum alio colludere licet, ut de Esau primogenitura à Jacob usurpata legimus in *lib. Geneseos, cap. 27.* Etsi supra modum eas ambire, lege Evangelica, exemplo matris filiorum Zebedæi, vetitum sit: quod superbiæ parentem dæmonem, in desperatum lapsum induxit: jureque etiam Cæ-
3 sareo exploditur, cujus verba in *l. 1. ff. ad leg. Jul. de amb.* recensere incongruens non esset. Postquam enim Magistratuum creatio ad Imperatorem pertinere incepit, dictæ legis Jul. pœnam cessasse notum est: quia prudentis Principis est operam navare, ne dilicta patrentur: & hoc modo *d. l.* interpretanda venit: nec immerito, quia propriè est de regalibus, *cap. 1. quæ sunt reg.* & Regis est importunas ac sordidas, & repentinas, dependentesque illorum electiones tollere: ad quod inter alia, nominatim inscripsere *tit. in Auth. ut jud. sine quo. suffr.* Quibus optimo Principi, supremisque magistratibus invigilare, maximum fore censeo, & muneris onus, & gloriæ decus: & quales in Regno esse deceat, Alfonsus ille Aragon. Rex, in institutione Senatus Neapolitani, satis digne & scitè expressit. In primis autem intuendum est, cum Vicerex ad dictum parlamentum, vel ad alia publica procedit loca, ut moris est, & cum opportunitas causarum suadet, Collaterale Consi-
4 lium uti pars corporis Principis, *l. quisquis, Cod. ad leg. Jul. majest.* eum immediate subsequens, ex illius vicinitate, dignius effici, ut supra fun-

Digitized by Google

fundatum est. Cum enim Princeps caput sit Consilii, membra à capite separari non debent, Roman. *in consil.* 23. *vol.* 3. De Consilio autem esse Principem, certi juris est; namque Consilii appellatione ipse Princeps venit, Boer. *de auth. mag. conf. n.* 130. & Collaterale Consilium includit etiam ipsum Viceregem; imo à solo Principe, tamquam à capite denominatur, *can. ita dominus*, 19. *distin. cap. fundamenta*, §. 1. *de elect. in* 6. Luc. de Pen. in *l. contra*, *n.* 67. *Cod. de re milit. lib.* 12. Cassan. in *Catal. par.* 1. *consid.* 24. *n.* 75. & *consid.* 35. Et ex eo ut plurimum Proreges eliguntur, ut in præcedente *cap.* diximus: unde optimo jure inter Senatores & commilitones numerantur. Et Princeps miles est, & milites suos, *commilitones* appellat, *l.* 1. *ff. de testam. mil.* Franc. de Aret. & Accurs. in *proœm. Institut.* §. 1. *in princ.* quod antea C. Cæs. fecerat ut Sveton. refert, in *vita* ipsius. Et cum sit caput, monstrum esset sine corpore existere, quando caput, qualis cujusque imago sit, commonstrat, *l. cum in diversis*, *ff. de religios. & sumpt. funer.* & communiter scribentes in §. *religiosum*, *Iustitut. de rer. divis.* & in *l. in tantum*, *ff. eod.* Et deficiente Prorege, Decurio sive *Decanus*, ut ajunt, Consilii status, cum ipsius etiam Consilii interventu, Regis vicem in cunctis gerit, ad instar Cardinalium summi consistorii, qui sede vacante, Summi Pont. vicem supplent; & Capituli antiquiores canonici Episcopum repræsentant illo absente, vulgato *tit. ne sede vac. aliq. innov.* Idque cum in controversiam aliquando duceretur, à Collaterali consil. decretum fuit. Nam defuncto Vicerege (is fuerat celebratissimus ille Compluti, ideſt Alcalan. Dux) Trivici Marchio tunc Collateralis decurio, ejus locum subjit: cumque Illustrissimo Card. Granvelæ, civitatem ut Regis locumtenens ingressuro, obviam hic exire intenderet; Dux Montis Draconis, Principis Stiliani primigenius ex Nidi nobilitate, quem universum illud sedile (cui tunc Syndici electio competebat ordine circulari more sedilitio, ut sæpius diximus) in Syndicum elegerat, ipsum concomitari, uti Syndicus renitebat, eo quod non vere Prorex esset, sed tantum ejus personam uti decanus, repræsentaret; & proinde sedile ipsum, eam prærogativam negligebat. Quod cum Collaterale Consil. absonum pronunciasset, indicta pœna mandavit dicto Duci & Urbis Decurionibus, ut suum munus exequerentur: & qui ipsis id consuluerat, causarum patronus alioqui percelebris, in vincula conjectus fuit, interdictusque ne de rebus publicis deinceps consuleret, tamquam qui eo privilegio abusus esset, *l. moris*, *ff. de pœn. l. judæos*, *Cod. de judæ.* Nec est prætereunda, quæ inter Collaterale ipsum, & Ducem Montis Alti, præcellentiæ causa alias evenit. Hic in festivitate Sanctissimi Corporis Domini nostri Jesu Christi, cum Titulariis incedere dedignans, quod ex Serenissimo Aragon. sanguine prognatus esset (& regii sanguinis ratio quas asferat prærogativas, late differit Fret. *de subfeud. in quæst. parlam.*) statim post d. Illustris. Cardin. Granvela Proregem, ante Collaterale Consil. ambulare cœpit: quod, Consilio ip-

Digitized by Google

ipso ægre ferente, & proinde conquerente, ille non permisit: unde jussum fuit Duci ut ne Collaterali præiret, imo inde discederet. Quam ob increpationem, Dux ad invictiss. Regem se contulit, ab ipso eam quæstionem decidendam postulans: ubi quid actum fuerit, non satis liquet. Et non inconsulto eum locum Dux affectasse videtur, tamquam Principi propiorem. Titularii enim quartum occupant locum ab ipso Principe, equitando: quandoquidem primus, ut alias diximus, Syndico debetur, secundus septemviris Regni gubernandi, tertius Decurionibus civitatis, quartus tandem ipsis Titulariis: non tamen immediate septemviri Regni præeunt ante Viceregem; nam inter hunc & illos, medium it satellitium: & quamquam cum sedent in solemni cœtu, ipsi Titularii ad dexteram sedent, ut inde digniores videri possint; per ea quæ diximus in *cap.* 23. *num.* 27. attamen tunc etiam Syndicus & præfati septemviri, ipsos præcedunt. Et num extra hujusmodi processum, & in locis differentibus hæc eadem hæsitatio locum habeat, meminimus annis elapsis apud Regem nostrum in controversiam deductum fuisse. Et certe Collateralis jura potiora vide-
7 bantur: quandoquidem Magistratuum vetustissimam esse originem scimus; quippe qui cum ipsis Regibus instituti fuere, ad justitiam populis ministrandam, excogitati, *can. regum*, 23. *q.* 5. 2. *reg. cap.* 10. Isern. in *tit. quæ sunt. regal. cap.* 1. §. *argentariæ*, *n.* 15. Baronibus autem integram jurisdictionem cum mero mixtoque imperio, à Rege Alfonso I. concessam fuisse novimus: & ab ipsorum Castrorum rebus, ad eos appellatur, & non retardatur exequutio. Magistratus igitur uti antiquiores, præferendi, Et sine justitiæ ministris, Respubl. corrueret, cum frustra jura condita fuissent, nisi essent qui ea redderent, *l.* 2. §. *post originem*, *ff. de orig. jur.* Gl. in *prooem. instit.* §. 1. *ver. per legitimos*, Titularii vero necessitate non adeo urgente instituti sunt, Et non aliunde, quam ob Magistratuum assistentiam & consilia; Impp. in scrinio pectoris omnia habere jura gloriantur, eo ut philosophiæ legalis pleni dicantur, *l. pen. Cod. ad Syllan. l. omnium*, *Cod. de testam.* Isern. in *præl. feud. num.* 18. unde magistratuum creatio inter suprema coronæ connumeratur; & de regalibus esse dicit tex. in *cap.* 1. *quæ sunt regal.* ex pop. Rom. enim translata fuit in Principem, *l.* 1. *ff. ad leg. Jul. de amb.* Et propterea Magistratus 9
majestatem quodammodo habere dicuntur, *l. pen. ff. de just. & ju.* nam longe à commercio *distant*, *l.* 1. §. *proinde*, *ff. de var. & extraord. cognit. l. Aquilius*, *ff. de donat. l. fin. Cod. de episcop. & cler.* Et cum eligantur, personæ industria & vitæ integritate & exemplaribus moribus conspicuæ observantur: quibus Principes vacant, & multas concedunt prærogativas, ex tex. in *l.* 1. §. 1. *ff. de off. præf. præt.* eorumque electiones maximam pariunt dignitatem secundum Bald. *ibi*; & in *constit. Regni*, *Disputare*: & posteros non transmittuntur ut Castra & Tituli *l. inter artifices*, *ff. de fid. jussi.* & in *pragm. regis Alfons.* Et qui titulos emunt, Titularii non 10
sunt

sunt, Anna in *sing.* 166. ubi allegat Salyc. in *l. fin. Cod. ubi senat. vel clar.* Sunt etiam Magistratus de corpore Regis, *d. l. quisquis, Cod. ad leg. Jul. Majest.* intantum ut qui eos offendit, etiam si extra tribunal nec ratione officii, Regem ipsum offendere censeatur, Isern. in *tit. quæ sunt regal.* quod in Titulariis locum non sibi vendicat, cum nec active, nec passive, in ipsorum offensione, Regis Majestas offendatur Joan. Fab. in *proem. Instit. in princ.* Bellam. *consil.* 15. *col.* 2. Oldrad. *consil.* 43. *num.* 8. Glos. in *Longobar. cap. relatum, in rubr. de scand. & compos.* Quamquam pro persona, loco, & tempore, atrociora putantur contra eos facinora, *l. fin. ff. de injur. l. aut facta, in prin. ff. de pœn.*

11 Quinimo Magistratuum usus magis est necessarius, quam Titulariorum, cum parum arma foris valeant, nisi domi sit consilium, Cic. *lib.* 1. *offic.* & ex eo Abb. in *cap. ex multa,* §. 1. *extra de voto;* & res magnæ non geruntur viribus aut velocitatibus, aut celeritate corporum, sed consilio, auctoritate & scientia, idem Cic. in *Læl.* & plus habet in se consilium ponderis & momenti, quam corporis robur, Homer. *Iliad.* 23. Cassan. in *Catal. par.* 11. *consid.* 8. & *Sapient.* 6. melior est sapientia quam vires, & vir prudens quam fortis, & alia quæ ad id allegat Fret. *lib.* 1. *de*

12 *off. mag. Justit. n.* 31. *cum seq.* Quibus consequens est, ex meri imperii potestate magistratibus tributa, omnium Romanorum magistratuum auctoritatem eos habere. Si enim Senatoribus comparentur, merum imperium, ut diximus, habent, §. *cumque, Instit. quib. mod. jus patr. pot. sol.* Si Consulibus, majorum jurisdictionem limitare possunt, Alex. in *l.* 1. *num.* 22. *ff. de off. ej.* Sever. in *l. imperium, ff. de jur. om. jud.* Si Dictatori, in facinorosos absque provocatione animadvertunt, Fenest. & Pompon. Læt. *de magistrat. Roman. de Dictatore.* Si candidato principis Quæstori, libellis & epistolis in Collaterali legendis præsunt, *l. un. ff. de offic. quæst. l.* 2. & *ibi* Glos. & Bal. *Cod. de petit. bon. subl. Auth. ut div. jussion. per tot.* Si Præfecto prætorio, negligentes judices movendi, ac in eorum locum alios constituendi facultatem habent, *l. si quos, Cod. de offic. præf. præt.* Si Præfecto urbi, advocatione & foro interdicunt, relegant, & deportant, *l.* 1. *& per tot. ff. de offic. præf. urbi,* Fenest. & Læt. *de magistrat. Rom. ead. rub.* Et Rege absente ejusque Vicario, eorum vices subeunt, ut Interrex Romanorum, de quo Liv. Dionys. & Plutarchus. Præcedentia quoque in administratione consistit, & proinde Archidiaconus major est Archipresbytero, *can. perlectis, ver. archipresbyter,* 25. *dist.* Cassan. in *Catal. glor. mun. consid.* 29. Et in majore authoritate & commoditate, singulis communicanda, *cap. dudum ad audientiam, ext. de elect. l. Quintus,* §. *Pomponius, ff. de ann. legat. l.* 3. §. 1. *ff. de testib.* cum aliis adductis per Cassan. in *Catal. consid.* 31. & nos *superioribus capp.* diximus. Officium 14 etiam majus est titulo, *l.* 1. *Cod. de consulib. lib.* 12. Fret. in *quæst. parlam. num.* 29. ubi allegat in argum. tex. in *l. quæritur, ff. de statu hom.* Hæc omnia præter alia, quæ complura adduci possent, Collateralium

13

cœ-

Digitized by Google

cætum Titulariis præponendum demonstrare videntur. Nec quidem vel ex homagii fidelitatisque jurejurando, quod Titularii præstant, *cap.1. qual. vas. jur. deb. fid.* vel ex bellicarum rerum experientia, vel ex personarum & rerum & servitiorum pondere, Titulariorum præcedentia sustinenda videtur; cum & ipsi Collaterales, prout & cæteri omnes Magistratus, & jurijurando & servitiis sunt etiam obnoxii, §. *sic igitur*, *Auth. ut jud. si quo suffr. coll.* 2. Imo si iteratus actus rem nobiliorem efficit, Ulp. *Instit. tit.*3. in Magistratibus id videmus, qui singulis annis, Kalendis scilicet Jan. ex *nov. Reg. pragm.* jusjurandum iterant, Majores quidem, puta Regentes Cancell. Præsidens Sac. Conf. Locumt. Reg. Cameræ, coram ipso Prorege; minores vero, ideſt Regii Consiliarii, Præsidentes Reg. Cam., Judices Vic. coram suis Præpositis. Jurant autem se tribunalium arcana religiose subticere, quamobrem quolibet mense ipsi Tribunalium Præsides arcanorum custodiam ipsis memorant; & continue per omnes vitæ horas & sine interpellatione militant; & salario tam exiguo in maximæ emeritæ mercedis vicem, ut vix ad vitam suffulciendam ipsis sufficiat. Titularii vero nimis copiosa mercede Regis munificentiam experiuntur; & servitiis non se continue exponere videntur. Magistratus etiam *sacerdotes* appellari cavetur in *l.1. ff. de just. & jure.* Sunt enim personæ publicæ & Civitatis membra, adeo ut in quacunque urbe ministrent justitiam; sint cives, omnibus civium privilegiis, immunitatibus & prærogativis potiantur, tum quia sunt Officiales, tum quia sunt milites, Glo. in *l. cives*, *Cod. de incol. lib.*11. Barto. in *l.1.* & *l. municipes*, ff. *ad municip.* & refert Par. de Put. in *tract. de Syndic. sub rubr. Civilitas Officialis*, *can.2. in fi.* Barones autem non, nisi ubi feudum habent, cives censentur, Guid. Pa. *decis.*631. Fret. *lib.2. de subf. baib.* 18. Hinc est quod præter destinata salaria, aliis etiam præmiis Magistratus à Principe honorantur, ut paulo ante diximus. Unde non im- 16
merito illustres sunt, & sic in primo gradu dignitatum, *l.1. Cod. de præp. lab. lib.*12. ibi, *quos lateris nostri comitatus illustrat*, Fret. in *libb. de suffeud. tit. de Barone.* Titularii vero, ut sunt Duces, Marchiones, Comites sunt *Spectabiles*, qui est tertius dignitatum gradus, *l. si quando*, *Cod. de appell.* Glo. in *rubr. auth. ut ab illustr.* Bal. in *cap. cum accessissent*, *de consti.* & in *rubr. ff. de jur. om. jud.* ubi Alex. *in fine*: ad quod allegat tex. in *l. raptores*, *C. de episc. & cler.* & in §. *similique modo*, & §. *fin. Auth. de appell.* Nec obest quod Officiales à Rege dicuntur *magnifici*, Titularii vero *illustres*; nam *Magnifici*, & *Illustris* idem est titulus, Tiraqu. in *tract. de nobilit. cap.*8. *num.*15. & DD. in *d.l.1. ff. de off. ej. cui man. est jur.* Imo plus est *magnificus* quam *illustris*, ut patet ex *proœm. Instit.* §. 2. *ubi* Tribonianus appellatur *magnificus*, Theophilus autem & Dorotheus *illustres*; & tamen longe dignior erat ille quam hi. Ex quibus dictis in- 17
ferri potest, Magistratus sacros esse, & jus publicum etiam in sacris consistere, *l.1.* §.2. *ff. de just. & jure*, §. *fin.*

Digitized by Google

§. fin. Inſtit. eod. Unde leges dicuntur ſacratiſſimæ, *l. 1. §. proinde, ff. de var. & extraord. cognit. l. leges, C. de legib.* Publico etiam ſtatui conſervando Collaterale invigilat, quod inter jus publicum cenſetur: imo eorum votis leges, & pragmaticæ ſanciuntur, quibus etiam ipſi Titularii obligantur, *l. humanum, ff. de legib.* Servitii autem armorum quo ſe connixe ſuffulciunt, adhuc levis videtur ratio, cum in quæſtione pendeat, ut alias diximus, arma ſintne præferenda legibus, an contra. Poſtremo nec humerale eorum ſcamnis noviter ex Principis humanitate additum, ipſorum jura augere videtur, cum longe prius Collaterale fuerit illo decoratum; & ſpecialium multiplicatio non datur, *l. 1. Cod. de dot. promiſſ.* Etſi ipſi Titularii ſe etiam officiales eſſe regios jactent, majoreque parte regalium honeſtatos, ut corona ipſorum inſignibus communicata, *cap. imperialem, de prob. feud. alienat. per Frider.* & proinde *illuſtres* di-
18 ci, ut per Fret. in loco ſuo. Quicquid autem ſit, vel quod validiores fuerint rationes pro Titulariis exhibitæ, vel quod temporis opportunitas, contrarium principis voluntati, (quæ ſemper juſta cenſenda, & legis vigorem habet, *§. quod Principi, Inſtit. de jure nat.*) perſuadere potuit; ſecundum eos pronunciatum fuit; ut in locis differentibus præcedere debeant: eique ſtandum eſſe decet, qui ſubditorum commoditati ſtudendo, non niſi æqua & ſancta ſtatuere ſolet. Sane autem Regens Cancell. ubi ſe gerit pro Rege, Titularios antecellit; quod in regimine Hoſpitalis Incurabilium, ſententia prolatum eſſe ſcimus: ubi Regens, princeps ideſt medius, ſedet; Titularius ad ejus dextram; ſedilitius eques ad ſiniſtram; quarto Reg. Conſiliarius, aut Reg. Cameræ Præſidens: inter cæteros enim ſemper ex his unus illi adminiſtrationi præficitur, ut *lib. 2.* dicemus. Qua eadem ratione Titularius Magiſtratui cedit, ubi Magiſtratus ipſe Regis nomine intervenit; etſi reliquis non titulariis præferatur: quod decretum fuit Marchioni Caudii, vulgo Harpajæ, in recenſione rationum Civitatis, ſive reviſione computorum, ut ajunt. Sed an Regens titulari dignitate or- 19
natus, Regentibus, qui priuſquam ipſe in conſilio allecti ſunt, præferri debet? Diſceptatum eſt hoc inter Dn. Marcellum Pignonum meũ avunculum, Regentem Cancellar. Oriulique Marchionem, & alios Regentes. Et certe in cunctis præcellentiam ſibi jure vindicaſſe videtur: nam præter collateralem dignitatem, Marchionatus etiam titulo fulgebat, & duo vincula firmius quam unum ligant, *Inſtit. de adopt. §. ſed hodie, in fi. & de rer. diviſ. §. cum ex aliena, in fi.* & notat Bal. in *l. ſed & milites, in princ. ff. de excuſat. tut.* Iſern. in *l. inter officium, ff. de rei vendic.* Unde Cardinalis Epiſcopus, Cardinali non Epiſcopo præfertur; ſicut & Cardinalis presbyter, Cardinali diacono, *clement. 2. §. irritum, de elect. can. cleros, 21. diſt. can. oportebat,* & *can. ſi quis ex epiſcopis, 79. diſt.* Et 20
doctor utriuſque juris, etiam poſterior, præfertur doctori unius tantum, *cap. 1. de treuga & pa.* Abb. in *cap. clericus, de judic.* & dupli-

Digitized by Google

catio gradus majorem inducit dignitatem; & ubi major est dignitas, prioritas temporis non attenditur, Gl. in *can. placuit, ver. Isidorus*, 16. *dist.* & not. in *cap. statuimus, de major. & obed. l. unicuique, Cod. de sacr. sacrin. lib.* 12. Luc. de Pen. in *rubr. Cod. ut dignit. ordo serv. lib. eius.* Et Episcopus doctor, Episcopum non doctorem, licet prius promotum, præcedit, Domi. & Card. Alex. in *d. can. Isidorum*, & artium & medicinæ doctor, doctorem artium tantum, vel medicinæ tantum
21 Det. in *cap. clerici, de judic.* & doctor & miles simul, simplicem doctorem, vel simplicem militem, Alex. in *l. centurio, col.* 5. *vers. adde tamen, ff. de vulg. & pupill. substit.* Det. in *l. cum quid, ff. si cert. pet.* Et est consuetudo in hoc Regno recepta, ut Titularii præcedant Regentes & Collaterales Consiliarios: quod statutum etiam fuit inter Illustrem Marchionem Vici, & Dn. Ciccum Loffredum, Regentem Cancellariæ: qui licet plura & prævalida in sui favorem allegarit, ut est videre in suis *parafr. feudal.* in *cap. si de feudi def. mil. fuer. const. cap. omnes, vers. & quia de præcedentia*, nihilominus lata fuit sententia secundum d. Marchionem. Et hodie quilibet Titularius qui militari consilio ascribitur, Regentibus, etiam tempore prioribus præcellit: in quibus quidem, antiquus mos attenditur, *can. conquæstus*, 9. *q.* 3. *cap. cum olim, de consuet.* & facit *l. cum antiquitas, Cod. de testa.* Innoc. in *cap. dilectus, de capell. monach. l. observare*, & *ibi* DD. & signanter Bald. *ff. de offic. procons.* idem Bal. in *cap.* 1. *§. marchio, de his qui feud. dare poss.* Det. in *l. cum quid, ff. si cert. pet.* Felin. in *cap. statuimus, de major. & obed.* Nec contra rem facit, quod consuetudo ista invaluit inter Collaterales rei militaris, non autem inter Regentes, cum quibus in dubio videretur attendendum prærogativum antiquitatis; nam ubi non 22
suetudo non apparet, servatur consuetudo vicinia, *cap. ex parte, & ibi* Glos. *de censib.* Paul. de Castro in *consil.* 372. *vol.* 1. & *consil.* 41. *in* 2. *dub. vol.* 2. Afflict. in *decis.* 148. *col.* 4. Riccard. Malum. & post eum. Cyn. in *l. etiam, ff. de jure dot.* Et consuetudo Civitatis observanda est in toto comitatu sive districtu, Glos. *fin.* in *l. ex eo, ff. de postul.* Det. in *consil.* 389. *vol.* 3. sicut & consuetudo metropolis attendenda in tota diversa provincia, Roman. in *consil.* 123. *vol.* 2. Sed consilium collaterale est unum corpus, cujus caput est Prorex, & membra sunt Regentes & Collaterales, ergo consuetudo vigens inter Collaterales, debet etiam vigere inter Regentes, ne unum idemque corpus *diversis* censeatur juribus, *l. eum qui ædes, ff. de usucap.* Ubi enim est una ratio, una etiam dispositio esse debet, *l. illud, ff. ad leg. Aquil.* Ejus litis eventum scimus fuisse, ut ipse Dn. Marchio Dnn. Con Regentes præcederet in omnibus actibus publicis, & processionibus, ac etiam in ingrediendo & egrediendo collateralium tribunal, & in præstandis votis in rebus bellicis & militaribus negotiis; præterquam in causis ubi interveniebat ut Regens; prout latius Dn. Marius Surgens meus germanus in allegationibus, quas ad eam causam pro communi avunculo scri-

Digitized by Google

scripsit, prosequutus fuit. Simile judicatum fuit pridem inter Præsidentem S. Cons. & Locumtenentem Reg. Cameræ, Regentes ambos, ut scilicet in Collaterali præcedat tempore prior Regens, extra secus. Et id quidem in aliis etiam officiorum generibus militare videtur: quod nuper evenit Dn. Montoyo de Cardona omni numero viro, qui cum Regius esset Consiliarius, R. Cam. Summariæ Præsidens creatus fuit, unde reliquis dictæ Cam. Præsiden-
23 tibus antequam ipse creatis, percellere intendebat, eo quod per acquisitionem minoris dignitatis, non amittitur major, nec è contra, *l. 2. C. de dignit. lib. 11.* at decretum fuit, ut dum in ipsius Cam. tribunali pro illius causis explicandis sedent, ac etiam in Coll. Cons. & coram Principe statis diebus in forma tribunalis, non præcelleret, nisi in Consiliarii dignitatem ante eos evectus esset, quo casu præcederet, præter Præsidentem decanum. Et hoc jure & legitimo & consuetudinario, ac etiam ex Principis constitutionibus roborato, uti aperte videmus. Et certe potest quis diversis respectibus & locis, major esse vel minor, Glos. 2. in *can. quæritur*, 11. *q.* 7. *can. perlectis*, 25. *dist.* Host. in *cap. indecorum. de ætat. & qual. l. tutorem*, qui est textus Iser. *ff. de his quibus ut indign.* cum concord. facit tex. in *l. inter officium*, *ff. de rei vendicat.* Præterea, cum Sacr. Consilium cum Regia Camera ex Principis jussu ad negotia terminanda convenire contingerit, ut persæpe contingit; idque bifariam, aut enim universum horum Tribunalium cœtus insimul congregatur, aut aliqui ex ipsis asciscuntur, quos *Adjunctos* vocant, præcellentiæ 24
jurgium oriri solet, & plane pro locorum diversitate diverse obtinet. Etenim ubi in Collater. Consil. collegium fieri accidit, vel universa concurrant tribunalia, vel ex iis aliqui adjungantur, Regii Consiliarii, tanquam qui omnino præcedunt Præsidentes Cameræ, ad dextram Collater. Cons. sedent, Præsidentes vero Cameræ ad sinistram. Hoc tamen aliquando Reg. Consiliarii pervertere intenderunt, ut scilicet non secundus locus Præsidentibus daretur sed ultimus, & sic post se sedere juberentur; quod evenit in quæstione facinoris patrati à Dn. Felice de Aragonia in ipso Collaterali agitanda, ubi adjuncti fuere aliqui ex Reg. Consiliariis; & ex Reg. Cam. duo, quorum alter fuit Dn. Mutius meus germanus, qui in ea causa pro fisco interfuit: qua de re consultus Rex rescripsit, secundum illis locum, deinde lævam Coll. Cons. deberi; & hoc jus prævalet. Cum autem in Sac. Consilium idem Reg. Cameræ Præsidentes adjungerentur occasione alterius criminis discutiendi; prætermisso hoc Regis mandato, non secundum locum, prout in Collaterali, sed posteriorem illis dare intendebant: cujus rei consultus Prorex, item jussit, ut quod solitum erat, observarent. Et sic ex loci qualitate, differentes oriri præcedentiarum altercationes, juri consonum est: etenim si quis ex Regiis Consiliariis ad tribunal Regiæ Cameræ adjungatur: primum à sinistris obtinet locum, dextera Præsidentibus relicta, quia in proprio loco degunt, Glos. in *l. apud*, *ff. de manumiss.* allegata per Fret. *de Synd.* unde ea-

Digitized by Google

dem qualitate contenti esse poterant: sed in his, etsi parum auctoritatis extitisset, consuetudo est eorum naturalis lex *l. diuturna* 25 *cum seqq. ff. de legib.* Et cum Regii Consiliarii, qui in criminali auditorio Mag. Curiæ Vic. morantur, biennium, ut *supra* diximus, ad Sacr. Consilium eunt referendi gratia causas appellationum (quod mane diei Jovis fit, & prima quidem hora Judices Civiles referunt, duabus ultimis, Criminales) ibi postremum habent locum, etiamsi antequam alii, sint in consilium allecti: estque ratio quia sedent ut Judices primæ instantiæ cum Judicibus appellationum, & sic superioribus. Et est moris, ut in ejusmodi appellationibus decidendis, omnes intersint Judices criminales & civiles: secus autem si relatio fieret in Collaterali Consilio coram Prorege, cum eodem Sacro Consilio: quia ibi qui refert, expedita relatione & audita fisci instantia, non intervenit in præstandis votis. Fisci autem patronus ubicunque agitentur quæstiones, etiam in Collaterali, semper adest; alias decreta & sententiæ prolatæ, nullæ essent etiam, ex nov. pragm. sanctione. Et in præsenti, cum æquites Sedilis Nidi colloquium inter se essent celebraturi de re ad Remp. spectante, Dn. Diomedes Carafa ejus Sedili eques, generalis hujus Regni Thesaurarius, & Collateralis Consiliarius, ac unus ex quinque viris dicti sedilis, ad tuendam sui officii præcellentiam, primum sibi locum vendicare intendebat; ejus tamen votum acriter oppugnavit alius ejusdem familiæ eques major natu, quod ibi non tanquam Thesaurarius Regisve Consiliarius, sed ut privatus ipsius Decuriæ miles interesset, & proinde ipsi præcellentiam non deberi, sicut nec debetur Episcopo ubi 26 ut Canonicus sedet, quando Canonicis ante ipsum institutis non præfertur, *cap. postulasti*, ubi Abb. *de concess. præb. cap. per tuas, de major. & obed.* Loffr. in *paras. Jud. si defen. def. mit. fu. contr.* Quam facti speciem nuper terminavit Collegium hujus Civitatis, dum Episcopus Insularum, qui quod esset Episcopus, suis collegis præferri, & proinde sellam sibi deberi intendebat, in scamnis æque ac alii sedere jussus fuit. Unde primum locum sibi competere asserebat uti seniori, per ea quæ diximus hoc *lib. cap. 1.* Res in judicium deducta, ab omnibus quinque sedilibus recepta fuit: qua tamen decidenda, ad vitandas contentiones, ambobus fuit interdictus ad colloquium accessus: cujus rei veritas, ex sententia inde promulganda ceu *notoria* & forensis, omnibus patebit, *juxta* vulgarem juris regulam, *rem judicatam pro veritate accipiendam*. Insurrexit aliquando, & adhuc viget, alia circa præcellentiam dissensio inter Dn. Vincentium Carafam Ruborum Comitis filium Hierosolimitanæ D. Joannis religionis procerem, magna signatum Cruce insimul & Ungariæ Priorem, Collateralemque Regis Consiliarium, & alios ejusdem consilii milites non titularios. Is quidem illis præferri intendit, eandemque sibi deberi prærogativam, quæ titulariis, tum ex magnæ crucis, tum ex Prioratus dignitate: ii vero, ideo consiliarii ti-

Digitized by Google

titulo non fulgentes, temporis ordinem inter ipsos servandum contendunt. Et certe si dicti Prioris rationes recte pensentur, contemnendas non arbitrabuntur. Cum enim in eo Consilio, titularis dignitas temporis antiquitatem absorbeat, per ea quæ *supra* adduximus, quodque ex multis probari in promptu est; Priorem ipsum inter titularios censeri decet, cum eadem & fortasse potiora pro eo militent jura quæ pro
27 titulariis militant. Ejusmodi enim equites vere sunt religiosi, Abb. in *cap. ex parte, de regular.* Isern. in *cap.* 1. *de milit. & vass. qui ar. bell. depos.* Brun. *consil.* 17. sunt etiam clerici, *cap.* 1. *de relig. dom. in clem. can. duo sunt genera*, 12. *q.* 1. *ubi gl.* 1. *in fi.* Bar. in *l. semper*, §. *quibusdam*, ff. *de jure immun.* & *ibi* late per Alex. quam solam ob causam à feudi successione cadunt, Cassan. in *Consuet. Burgund. tit. de feud.* §. 5. Alciat. in *cons.* 29. Bal. in *cons.* 33. & 170. 1. *vol.* Navar. in *tract. de regul. comm.* 3. Curt. jun. *de feu.* 2. *par.* 3. *part. n.* 29. Ann. in *sing.* 207. & alia quæ ad hoc congessit Dn. Mut. meus germanus in suo *tract. de regal. q.* 21. Et si titularii à tuendo denominati sunt, quia remp. tueri debent, ut *supra* diximus; Prior ipse jure inter titularios referendus, cum ipsi potissimum sit munus christianam Remp. defendere; & titulus dignitas est, de quo nos late supra *cap.* 23. & ipse in dignitate est constitutus: ubi obiter advertendum, non esse titularii nomen eo extraneum, quod quibusdam placuit, ut etiam ab ipsis legibus non agnoscatur, & secundum ipsas ethimologiã illi assignare non possimus; ecclesiasticorum enim & religiosorum titulorum exemplo,
28 titularios dictos esse par est considerare: & licet diversæ sint dignitatum species, secularium tamen Proceres, quos titularios esse diximus, ad instar religiosorum procerum, ut sunt Episcopi, Abbates, Priores, & hujusmodi, tanquam à dignioribus & antiquioribus, dictos esse, reverenter asseverare possumus. Unde sicut in temporalibus diversi sunt titulorum gradus, ut Principis, Ducis, Marchionis, Comitis; & omnes uno agnomine *Titularii* dicuntur; ita in spiritualibus: tamen inter hos & illos eadem erit affinitas, ut scilicet titularius religiosus & spiritualis, ut est Episcopus, Abbas, Prior, & similes Prælati, comparetur, imo potius præferatur titulariis temporalibus: quandoquidem Prælati nomen amplissimum est, ut contineat Abbatem, Præpositum, Ministrum, Custodem fratrum minorum, Priorem, & etiam qui officium habet perpetuum, ad libitum superioris revocandum, Abb. in *cap.* 2. *de judic. in cap.* 1. *de ætat. & qualitat.* facit tex. in *can. deinceps*, 16. *q.* 7. sed in potentiori significatione sunt qui ordinariam habent jurisdictionem, ut per Felin. in *d. cap.* 2. & *ibi* per Det. *col. pen.* & late per Lancell. Conr. in *Templo om. jud. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 8. Commendatarius autem alicujus Abbatiæ, vel Prioratus, non dicitur *Prælatus*, nec ejus titulum habere; sed simplex minister & depositarius, Oldr. in *cons.* 179. Felin. in *cap. cum olim, col. pen. de major. & obed.* Lancell. *ubi sup. cap.* 8. Et qui dignitatem inspiciet, in qua magnæ Crucis Equites sunt, rite & recte titu-
29
lariis

Digitized by Google

laris adæquabit: & eo magis hunc, qui præter magnæ Crucis signum, Prioratus etiam dignitate præfulget: quam ob dignitatem Episcopo comparabitur, tum ratione jurisdictionis, cum provinciæ sibi commissæ: & Episcopi *illustres* sunt, sicut & Titularii, quo honore ipsemet Rex ipsos prosequitur, ut *supra* diximus. Prior igitur *illustris* est, & proinde
30 inter *illustres* collocandus. Et eo magis procedit comparatio, quod Titularii sunt de consilio Regis, ut retulimus, de quo sunt etiam Episcopi, *cap. in archiepiscopatu, de raptor. can. duo sunt*, 96. *dist. cap. Imperialis, de prohib. feudi alienat. per Lothar. Auth. habita*, ubi Bal. Barbat. Salyc. *Cod. ne fil. pro patre.* Stefan. Aufrer. in *tract. de potest. eccl. super laic. casu* 95. & colligitur ex *procm. consuetud. Neapol. §. ut igitur*, ubi Carolus II. illis Civitatis consuetudinibus auctoritatem dedit, quæ ab Antistite Urbis aliisque VII. viris approbatæ fuerunt, precibus ipsius Regis: sicut vice versa laici ex S. Pontificis gratia ad rer. spiritualium judicium & consilium vocari possunt, *can. adhæc, §. verum suffragia*, 32. *dist. &* 10. *q.* 3. *can. illud, in cap.* 2. *de judic.* Archidiac. in *cap. ab arbitris, de off. deleg.* Bal. in *l. rescripta. Cod.*
31 *de precibus Imperat. offer.* Et Episcopus præcedit titularios; idque ex eo etiam dignoscitur, quod si quis est Dux, & Episcopus, & profert sententiam ut Dux, tunc appellatur ad Judicem ecclesiasticum, quia Ducalis dignitas accessoria est dignitati Episcopali, secundum Bal. in *addit. ad Specul. in tit. de appellat. col.* 3. quæ cum aliis notavit Stefan. Aufrer. *ubi sup. lim.* 19. *fol.* 128. Et dignitas Episcopalis major est Marchionali, cum Marchio spectabilis sit ut *supra* diximus; Episcopus autem dicitur *illustris*, vel saltem illustribus similis, *cap. fin. de re jud. lib.* 6. *can. ult.* 3. *q.* 3. *l. quoties, in fi. C. de dignit. lib.* 12. & notat Bal. in *l. ad similitudinem, Cod. de decur.* Imo respectu ordinis Episcopalis, est super omnes illustres etiam supra Imperatorem, *can. Valentinianus*, 63. *dist.* Specul. in *tit. de lega. ver.* 17. & dicitur *Frater Papæ, cap. quam gravi, de crim. fal.* cui Episcopi sunt æquales in ordine, cum successerint loco Apostolorum, *can. in novo*, 25. *dist.* & sunt majores etiam Cardinalibus non Episcopis: Barbat. in *cons.* 1. *col.* 1. Loffred. in *parafr. feud. tit. si de feud. def. mil. fuer. controver. cap. omnes, ver. & inhærendo.* Et, si generatim omnes Titularii Episcopi & Prælati præferuntur, quia sunt honorarii tantum Consiliarii; tanto magis præferri debet Prior *hic*, qui inter Prælatos *jure connumeratur, cap. fundamenta*, & *cap. quanto, extra de electione*, qui non honorarius est Regis Consiliarius, ideſt non nomine tantum, sed onerarius, qui re ipsa onus Consiliarii sustinet, & Regi nostro, verbis & operibus consulit: quod in famosa illa Melitensi obsidione satis glorioſe commonstravit. Unde quia ipsa Hierosolimitana religio de universa christiana Republica semper est optime merita; Rex noster illam sibi per-
32 petua societate junxit; quod plus est quam si fœdere vel confœderatione junctus esset; ut propterea unicum corpus sit censenda cum suis con-

Digitized by Google

consiliis, Bal. in *l. exequutorem, ver. quid de civitatibus confœderatis, Cod. de exeq. rei judic.* Bart. in *extravaganti, qui sint reb. ver. rebellando*, & unus spiritus ex reciproca adhærentia, de quo in *cap. damnamus, de sum. Trin. & fide cath.* & late per Felin. in *rubr. de treu. & pa. col. ult. ver. declaratione*: idemque in adhærentibus dici potest, habes ultra Barto. & DD. in vulgata *l. non dubito, ff. de capt. & postl. reverſ.* ex Loffr. in *conſ. 5.* ubi multa ſuper his affert. Et pari modo unicum atque idem consilium videtur ab eodem Præside amicabiliter protectum; ad quod faciunt allegata per Angel. in *l. ſolet, ff. de cuſtodreor.* Caſſan. in *Conſuet. Burg. fol. 465. num. 14.* & ante eos, Bal. in *d. l. exequutorem, num. 30. in fin. Cod. de exeq. rei jud.* & in *l. requirendi, Cod. de ſerv. fugit.* & alii per Jul. Clar. in *pract. crim. q. 38. ver. Succeſſive: verſ. hoc tamen*, & 33 in *quæſt. 71. ver. quæro modo*. Ob quam fœderationem & corporis unitatem, Rex noſter in ſuis regnis omnia privilegia dictæ religionis, ipſius Equitibus ſervari mandat, vigilanterque intendit ut ſerventur; quod cum aliis Religionibus, puta Divi Stefani, Divi Jacobi, Divi Lazari, & ſimilibus obſervari non videmus. Et ſi temporis beneficium prævaleret, ipſe Prior, illo uti jure poſſet; ſicut in uno ordine multoties diſceptatum eſt ut prior in loco cædat antiquiori in ordine; cum prius ordinatus in cunctis poſteriori præferatur, *cap. 1. extra, de major. & obed.* & *ibi* Abb. *l. 1. ff. de alboſcrib.* & prioritas ordinis & di-
34 gnitatis hoc etiam parit, *can. à ſub-diacono, 93. diſt.* mutatione enim loci, ſtatus perſonæ non convenit immutari, *l. 1. Cod. de impon. lucrat. deſcript.* ex Iſern. in *cap. 1. §. item ſi fidelis, in addit. num. 21. quib. mod. feud. amitt.* & in *cap. 1. 3. col. n. 9. prima rubr. de his qui feud. dare poſſ.* quæ cum nonnullis aliis circa præcedentiam monialium ex uno in aliud monaſterium ejuſdem ordinis translatarum, cum monialibus quas in ipſo monaſterio invenerunt, adduxit Dn. Mutius meus germanus, ac in ſuas quæſtiones de regalibus, poſtea retulit. Et quamquam non eſſet Prior, & ſic ut titularius ſpiritualis omnibus coæquandus atque adeo præferendus titulariis ſecularibus; attamen præferri deberet etiam ſi ut ſimplex interveniret religioſus: eſt enim in dignitate ſpirituali conſtitutus omni ſeculari dignitati anteferenda, ſicut aurum ferro, ut exacte docuit D. Mutius in dictis quæſtionibus; pro qua re ſummam facit rationem *l. ſunt hæ perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. funer.* Et ſi quilibet ſimplex religioſus cui-35 cunque militi præfertur, Boer. *de auct. mag. Conſ. fol. 230. num. 44.* quanto magis hi, ex quorum cœtu Illuſtriſsimus Magnus ejus ordinis Magiſter eligitur? qui monetam cudit, & præſens in Cardinalium collegium eſt allectus. Nulla igitur in his comparatio fieri poſſe videtur, cum nulla ſit major dignitas quam Sacerdotalis, & Religioſa, *dict. can. duo ſunt, 96. diſtin.* ſicuti de duobus illis luminaribus dicitur, ut ſpirituale præferatur temporali, *cap. 2. de transl. epiſc. capit. ſolitæ, de major. & obedient.* Nec in ultimis habenda eſt ratio

mi-

Digitized by Google

militiæ quam ipse Prior profitetur, & in qua jamdiu sub eodem Rege est versatus: etenim titularii, milites sunt ut *supra* diximus, & ipse prior miles est; igitur inter milites locus ipsi debetur.

Quinimo si rectius intueamur, inter excelsiores milites est locandus: quandoquidem si verum est (& nemo negaverit) quod Titularii ex
36 militibus sunt electi, & secundum gradum militiæ quis demeruit gradum titulorum; hic Prior cum supremum gradum militiæ exerceat, supremum gradum titulorum meret: Et certe supremus gradus militiæ est esse Princeps militiæ, cujusmodi semper fuit ipse sub nomine Columnelli; igitur dignitas & præcellentia supremi gradus titulorum, qui est Princeps, ipsi debetur. Et Principes in castris dicuntur, qui in acie aliis præsunt & imperant; unde principia dicuntur illorum officia, *l. officium, ff. de re milit.* Et Liv. *lib.* 8. *ab Urbe*, Principes dici ait
37 illos, qui in prima fronte militant, & qui priores prælium conserunt, quod nomen Jure suo debetur militibus dictæ religionis Melitensis; cum in expugnandis hostibus, ex professo ipsi prius illos invadant, & si singuli ex dictis militibus ea ratione præferendi sunt aliis, tanquam antesignani in militia; multo magis præferendus est Prior, qui est antesignanus antesignanorum. Præterea ex virtute vocabuli arguendo, potior omnibus esse debet, nam prior idem est ac potior & prævalidior, *l. Claudius, ff. qui pot. in pign. hab.* Et sic confutata remanet eorum sententia, qui dignitatis majoritatem à loco & rei gerendæ ratione excludi affirmant, prout de Episcopo ut canonicus sedente ut diximus; quandoquidem hic locus non est censendus extraneus, tum ex societatis & fœderationis atque ordinis vigore, qua indissolubili nexu sunt Regi nostro colligati; tum ex identitate rerum gerendarum, quæ utrobique sunt eædem; puta bellicæ rei tractandæ & publico statui consulendi, vulgata *l. 1. Cod. off. vicar.* eoque magis quod ea insula fuit religioni huic dono data à Carolo V. cujus rei causa, religio ipsa singulis annis prid. Kal. Decemb. in devotionis signum Falconem Regi tribuit, & cum res expoſcit maximum recipit adjumentum: quod vidimus in dicta Melitæ obsidione, quando Rex noster ex societatis obligatione statim illi suppetias misit; & Prior ipse eo se strenue & inexpugnabiliter gessit, ut magna pars gloriæ liberatæ insulæ, ipsi debeatur; quod bene noverunt & Rex & Magnus insulæ Magister, ut proinde ab hoc, magnæ Crucis signo & Prioratus dignitate honestari; ab illo vero, in sua suprema consilia allegi, sit emeritus. Et postea quandocunque res exegit, semper illi ardua & potiora belli munera injuncta fuere: ut sic dignosci apertissime possit, Regem reipsa declarasse, Priorem hunc, privatis præferendum omnibus, ac inter majores titularios referendum. Insuper in Collat. Conf. ambigitur,
38 titulorum ne majoritas, an temporis antiquitas sit præferenda: exempli gratia, an Princeps posterior in consilium ascitus, præferatur Marchioni antiquiori in ipso consilio. Et siquidem quod tituli adeptio, in omnes, etiam antiquiores, præce-

dentiam

dentiam pariat, ex præfata consuetudine jam in foris recepta apparet: id enim servata ordinis & dignitatis prærogativa interpretandum esset, argum. tex. in *l. familiæ*, ff. *de verb. signif. Instit. de legit. agnat. tut. in fi. tot. tit. Cod. ut dignit. ordo servetur*, *lib.* 12. Glos. in *l. unicuique*, *Cod. de prox. sacr. scrin. lib.* 12. & in *l. nulli*, *Cod. de numerar. eod. lib. l.* 1. §. *quamvis*, & ibi Glos. ff. *de ventre inspiciend. l. supra statu*, *Cod. de quæst.* Et nihilominus consuetudine receptum est, ut juniores Consiliarii quacunq; prædíti dignitate, etiam titularii, iis quos jam in consilium ascitos reperiunt, non præferantur: cui quidem standum esset, ceu optimæ legum interpreti, *l. si de interpretatione*, ff. *de legib. cap.* 1. *quæ sit longa consuetud.* utcunque repugnante ipsius consuetudinis ratione in dignitatis majoritate fundatæ, cum plus ejus habeat titularius quam non titularius: & proinde Principatus dignitas, aliis uti major., præcellere deberet.

39 Quod si in his tempus electionis & titulorum collationem intuebimur; nulli dubium esse censeo quin tempus electionis duplomatumque subsignationis, non autem adeptæ possessionis attendendum foret, cum solo verbo & absque facti ministerio dignitas à Principe conferatur, Bald. in *l. humanum*, *Cod. de legib.* & in *l. si qua per calumniam*, *Cod. de episcop. & cler.* & nos amplius diximus *supra cap.* 18. licet contrarium innuere videatur textus *Instit. quib. mod. jus patr. pot. sol.* §. *summa*, ibi, *illico imperialibus codicillis præstitis.* In iis autem, qui se in justitia ministranda exercent, adeptæ possessionis potius, quam electionis tempus inspici videtur; cum tria perficiant Magistratum, electio, acceptatio, & administratio, quod *supra* in *cap.* 5. satis abunde diximus. An autem qui prius 40
eligitur, juste tamen impeditus quo possessionem obire minime possit, ei sit præferendus qui posterius electus, prius possessionem est nactus, nondum est prolatum. Facti species accidit inter Dn. Carolum Spinellum, & Dn. Ludovicum Henricum, Consiliarios ambos: siquidem Dn. Ludovicus prius Consiliarius destinatus fuit; cumque regium ipsi diploma forte intercidisset; officium ingredi non potuit; interea Dn. Carolus designatur & munus obit: quare inter ipsos controversia orta, uterque partes fovebat suas, alter ex subsignatis codicillis, alter ex inita possessione: & profecto à jure statutum novimus, ut inter tria quæ requiruntur Magistratui, nempe creatio, captio possessionis & administratio, ut diximus *sup. cap.* 5. *n.* 28. captio possessionis prævaleat creationi, & administratio possessioni captæ. Unde ait notanter Bal. in *l. sed & milites*, §. *quæsitum*, ff. *de exc. tut.* & ab illo Fret. *lib.* 2. *de suff. in quæst. Regentium*, *num.* 52. non prodesse creationem, nisi sit sequuta administratio, nec haberi pro creato, qui non administrat; quamquam honores & dignitates solo verbo à Principe transferantur, ut late sumus prosequuti in *cap.* 8. hujus libri. Jurgium ab Rege placandum postulatur; decretumque fuit, ut neutrius rationes potiores

Digitized by Google

haberentur, sed alternatim præcellerent in ambulando, sedendo, suffragiisque præstandis, primæque Dn. Car. obvenerunt. Quemadmodum altercantur etiam cum quis in supremum Italiæ Consilium asciscitur, possessionem autem capere differt; d. in alter in idem Consilium aggregatur ac munus adit, vel eadem vel majore dignitate fulgens, utri eorum præcellentia debeatur: cujusmodi altercatio aliquando evenit inter Sac. Cons. Præsidentem, & Regiæ Cam. Locumtenentem. Et has quidem aliasque ejusmodi dissensiones clarissime definiri puto in *l. unicuique, Cod. de prox. sacr. scrin. lib.* 12. his verbis: *Nemini penitus liceat cum sit posterior tempore, locum præcedentis ambire; nisi forte ab eo, qui tempore vincitur, laborum comparatione superetur*. Postremo siquis in supremo Italiæ Cons. possessionem nactus, postea ex Principis benignitate ad Collater. hujus Civitat. Consilium transmittatur, an prioribus in idem admissis sit præferendus, ambigitur: dubium vertit an sit idem, vel diversum Tribunal. Et licet sit majus, eadem tamen ratione, quam
41 supra identidem diximus, decernendum putarem, & Fret. late disputat, ut apud ipsum est videre. Adhoc nihilominus non parum conferre poterit istius officii originis notio: quæ inde incepit, quod cũ invictiss. Rex noster in tot tantisq; regnis interesse non possit; & in iis quamquam suos teneat Magistratus ad ordinaria solitaque illorum negotia expedienda; tamen quæ sui pectoris provisioni relicta sunt, ut tutius explicarentur, ex tribus Italiæ regnis suæ ditioni subditis, Neapolis, scilicet, Siciliæ, & Parus Mediolani, sex elegit in Magistratus apud ipsum continue moraturos; quamquam Regem extra regnum quærere subditi non tenentur, licut nec litem agere, Isern. in *cap. Imperialem, de prob. feud. alien. per Frider.* & nos diximus *supra cap.* 25. Ea scilicet ratione ne adducantur ad egestatem, *l. fi. Cod. qui admitti*, & subditos habere locupletes, Principis interest, *l. cum ratio, ff. de bon. damn. Pragmat. Ad subditorum, in tit. de off. Sac. Reg. Consil. & constit. Reg. Capitaneorum.* Hos igitur Magistratus ex prædictis regnis ad se ire jubet, ut ei de illorum rebus gerendis consulere possint; utputa qui tamquam indigenæ, illorum negotiis instructi censentur, *cap. quanto de præsum.* lique ex ordinariis ipsorum Regnorum tribunalibus eligi solent, non quidem qui priores Magistratum gessere, sed qui potiores doctrina, majoreque prædíti experientia videntur, ut sufficiat semel approbatus, *l. quidam consulebat, ff. de re judic. Inst. quib. ex caus. manum. non lic. in fin.* & nos in *cap. præced.* Cum quibus tres alii Hispanæ nationis eliguntur, & cum iis Secretarius est & generalis Thesaurarius, ex Regno Aragoniæ, cui hæc tria comparantur. Quibus præesse solet unus ex Primatibus Hispaniæ, quos *Grandes* vocant, Titularius: memoria autem nostra fuisse novimus Illustriss. Cardin. Granvelam, qui & supremi Consilii Status Consiliarius fuit, & in hoc Regno Locumtenens

tenens pluribus annis. In præsenti vero illi Consilio præest Illustriss. Cardin. Toletanus. Quod autem ad hujus Regni Regentes originem attinet, ea sic se habet. Cum advenisset huc Carolus V. Civitas postulavit ut virum ex ipsa Civitate vel Regno oriundum, apud se habere dignaretur, qui & Civitatis ipsius & Regni necessitates noscens, ipsi Imperatori opportune exponeret, quo vere consultus, necessaria conferre posset remedia: quibus postulationibus benigne annuens Cæsar, primo & per saltum ad id munus ascivit Dn. Hieronymum Severinum e Portus decuria nobilem, & doctrinæ sufficientia, & vitæ integritate præclarum, ut juris erat, & ut Cæsaream Majestatem decebat; cum nobiliores & optimates sint præferendi, prout late diximus *hoc lib. cap. 17. n. 15. & cap. 25.* Quo deinde in patriam revocato, atque in Præsidentis Sac. Cons. munus elato, apud Cæsarem successit D. Ciccus Loffredus nobilis sedilis Capuanæ, deinde D. Marcellus Pignonus e sedili Montaneæ, meus Avunculus: qui quod & de Rege & de Patria optime esset meritus, præter cæteras mercedes, ad Marchionatus dignitatem evectus fuit, ac ad Regni Siciliæ generalis Visitatoris munus assumptus. Alii postea subsequuti sunt vel ex hac Urbe, vel ex Regno oriundi, & doctrina & meritis nemini postponendi, ut est videre in *capitulis*. Ad quod quidem Consilium, prout etiam ad alia, paucis abhinc annis invictiss. Rex accedere solebat; postea vero aliorum negotiorum mole gravatus destitit: illorum tamen voto & consilio, omnia negotia Regnorum suæ potestatis subditorum, explicanda curat: ac duplomata, & ipsius Regis, & Consiliariorum subscriptionibus robo 42
rata, ad Vicereges, aliaque regnorum tribunalia, exequenda transmittuntur. Quæ quidem conferre possunt, ut cum sub eodem Rege militent ista tribunalia, loci diversitas proinde inferri non debeat, Isern. in *cap. 1. §. contrahentium, num. 17. quæ sunt reg.* Clar. in *pract. crimin.* sed una eademque persona censeatur. Eveniunt præter commemorata, non raro præcellentiarum jurgia, eaque vel in judicium non adducuntur, vel adducta non prosequuntur: quæ si singula persequi vellem, præterquam quod satis prolixum excresceret opus; obdormientes dissensiones excitare velle viderer: unum tamen ne pertranseam, singulari is personæ ac omni ævo commemorandæ promerita conclamant. Is est Dn. Joan. Franciscus Sangrius, Dominæ Adrianæ Carafæ, mulieri cuivis ex Romanis matronis præferendæ, connubio junctus, vir, præter antiquissima nobilitatis stemmata, præterque titulorum præfulgentes honores, (est enim Castri novi Marchio, Turris Majoris Dux, & Sancti Severi Princeps) ea strenuitate simul & prudentia ac magnanimitate omniumque virtutum specimine, vel primis ab annis præditus, ut dignissimus habitus fuerit, qui militaribus copiis terra marique semper præficeretur; & cujus opera Rex noster ubique invictus, & contra Turcas, & contra Mauros

Digitized by Google

alioſque ſuæ coronæ hoſtes, quaſi ut tuto certaret, uteretur: tandem ubi corporis vires, quæ graveſcentibus annis, in aliis elangueſcere ſolent, in ipſo agiliores evaſerunt, in Patriciorum numerum ſive Conſilia ſorum Status, eſt relatus; ſic quod olim laborando de Rep. promerebatur; nunc & laborando, & conſulendo promeretur. Is igitur cum in Ducem Turris Majoris eſſet electus, Marchionatus titulum, quo antea vocabatur, in Dn. Paulum filium primigenium, qui tanti patris ſe non degenerem præbet, tranſtulit: inciditque dubitari, num hic titulus in Paulo novus habendus eſſet, an vero paterna illi temporis deberetur prærogativa; ut ſcilicet Marchionibus ante dicti tituli translationem creatis præferendus, an poſtponendus eſſet. Et certe id dubio verti non debere videtur, quandoquidem cum tituli in filium transferendi gratiam Dux obtinuiſſet ab Rege, cum omnibus primis ſuis qualitatibus obtinuiſſe intelligitur, *l. 4. ff. de fun. inſtr. cap. translata, extra de conſt.* aliaque adducta per Dn. Mutium meum germanum in *tract. de regal. in ultimis quæſtionibus*: & cum major dignitas minorem non abſorbeat, *l. 3. Cod. de dignit.* cum augetur ſtatus, conditio non mutatur; itaque utramque retineri poſſe non ambigitur, per ea quæ Reſtaur. Caſt. in *tract. de imp. q. 43.* ubi allegat *tex.* in *l. falſa*, §. 1. *ff. de cond. & dem.* Cum autem de præcellentiis aliqua egerimus, commodum etiam putavimus, & ſeſſionis ordinem tum in Collaterali Conſ. tum in reliquis tribunalibus, percurrere. Profecto in Regio palatio tres ſunt prorſus Cameræ Magiſtratuum aliorumque nobilium uſui deſtinatæ, ad quas unus tantum aditus patet; ita ut qui ad intimam introire voluerit, per duas priores pertranſire ſit opus. Eſt autem intima prope cubiculum Viceregis, ubi Collaterale ſitum eſt tribunal, in quam introire datum eſt Antiſtitibus, Titulariis, Collateralibus, Conſiliariis, Septemviris regni gubernandi, Scribæ portionum, Equitibus Hieroſolimit. Magnæ Crucis, Præſidenti Sac. Conſ. Locumtenenti Regiæ Cam. Regenti Mag. Cur. Vic. Theſaurario generali, Secretario regni, Primario Regiæ Sacerdoti, (quem Regium Archipresbyterum *ſupra* nuncupavimus) aliquibus titulariorum primigeniis ex gratia, & raris quibuſdam nobilibus. Præſidens autem Sac. Conſilio, Locumtenens Reg. Cam. & Regens Vicar. non intrant, niſi vocati cum ſuis Tribunalibus; at reliqui intrant ſtatim. Hique omnes in introeundo, uſque ad ſellam; in exeundo, ad oſtium uſque aſſociantur ab Hoſtiario, dignitatis & honoris gratia. In media, morantur Reg. Conſiliarii, Præſidentes Reg. Cam. Judices Mag. Cur. Vic. Advocati Fiſcales, Judices Mag. Cur. Siclæ, Judex Mag. Admiratus, Decuriones & Conſultor Civitatis, Guidonerius, ideſt Continuorum vexillifer, Judices militares, Recenſores rationum, vel ratiociniorum, ſive Reviſores computorum, Regii Presbyteri ſive Capellani, ut vocantur, Limenarcha ſive Magiſter Portulanus, & novus paupe-

rum

rum militum in carcere conctorum patronus: & in ea, in scamnis tamen sedent, præter Tribunalium præfectos quibus sella datur serica: cui etiam Cameræ suus præest Ostiarius. In regio vero sacello, Judices Siclæ, & pauperum patronus non sedent, nec in Collaterali consilio aliisque Tribunalibus, nisi Judices Siclæ, & Judex Admiratus in Sac. Cons. quando causas referunt: & Civitatis Consultor in Sac. Cons. caput solummodo tegit, in Collaterali vero detegit: ut sic dignoscatur non omnibus quibus cum Magistratibus in media camera congredi licet, in Tribunalibus sedere jus esse. Ultima vero camera privatis omnibus patet, ingrediuntur enim in eam Cohortales, militum tribuni, milites retenti, causarum patroni, aliique ejus qualitatis viri: ultimam voco inspecto dignitatis ordine, nam ratione introitus est prima, cum statim sit post regale atrium, & quæ reliquis duabus aditus præbet: ibi perpetuo paratum est pallium, sub quo sedet Prorex cum publice omnium postulationes audit; quod ex constituto facit singulis diebus veneris, ut diximus *supra*: ejus ostium non Ostiarius ut duarum primarum, sed Alibarderii custodiunt. Et certe ea est custodia totius Tribunalis; Ostiarii enim interiores, potius honoris quam custodiæ causa adsistunt. Sessionis autem in ipso Collaterali ordo hic est: Proregi in excelsiori loco parata est serica sedes à pretioso pallio superobumbrata; ibi sedet constratis sub pedibus tapetis: ad ejusque dextram sita est mensula, serica instrata mappa, ubi tintinnabulum tenet argentum, quo, cum libet, vel silentium indicit, vel Ostiarium ad se evocat aliquid imperaturus. Ante ipsum, ex intervallo tamen: mensa alia est, oblonga pannoque item serico supertecta; utrinque sericæ sellæ unicolores, Regentibus Collateralibusque Consiliariis sunt paratæ, & primus quidem Regens, idest antiquior, primus ad dextram Viceregis sedet; secundus, primus ad sinistram; tertius, statim post secundum itidem ad sinistram. Post Regentes, suo ordine etiam in sellis sedent Præsidens Sac. Cons. Locumtenens Regiæ Cameræ Regens Mag. Cur. Vic. Thesaurarius generalis: Regii vero Consiliarii, Præsidentes Reg. Cameræ, & fisci Patroni in scamnis absque humeralibus: in fine vero mensæ sedet Secretarius Regni in sella, ut Viceregis vultum ex diametro aspiciat; sic Vicerex ipse in capite sedet tametsi ex distantia. Sane autem Principum sedem, unde jura reddant, in eminenti constitui, ut hanc Viceregis esse diximus, antiquissimi est instituti; 44

Virg. *lib.* 2. *Æne.*

Inde thoro pater Æneas sic orsus ab alto.

& Romulus eminentem locum in parte fori constituit, ubi jura daret, Pompon. Læt. in *lib. de Magistrat. cap.* 2. & facit Glos. sæpius repetita in §. *aliam vero Institut. de bon. possess.* At Cæsares non ductili sede, sed fixa & ex marmoribus structa utebantur, quatuor sustenta columnis, & desuper fornice item mar-

Digitized by Google

marmorea concamerata; qua forma utuntur hodie Prælati, cujusmodi nobilissima est in Archiepiscopatu hujus Civitatis, quam festis diebus, id est cum Archiepiscopus solemniter in ea est consessurus, sericis obtegunt cortinis, fornicis etiam convexo subtecto. At tegumentum illud, quod ornatus & majestatis causa ad caput sedentis superinducitur, quomodo sit dictum antiquis non satis legisse memini: nisi quis *Cortinam* appellatam autumet, Var. *lib.* 3. Cortina dicta est inter terram & cœlum, à similitudine cortinæ Apollinis: nec me fugit variam esse cortinæ significationem: Corippus Africanus, *lib.* 4. *de laudib. Justini minoris*, CYMBIUM appellavit, forte quod caput operiat; à cymba, quæ Græcis caput significat secundum Phavor. unde nostrates, summitatem cujusque rei, *cymbam* dicunt: cujus carmina etsi supra retulerim, quia tamen sedem illius Principis describunt, hic etiam referre non pigebit: 45

Nobilitat medios sedes augusta penates,
Quattuor eximiis circumvallata columnis;
Quas super ex liquido præfulgens cymbius auro
Immodico, similans convexi climata cœli
Immortale caput, soliumque sedentis obumbrat.
Ut latus Princeps solio consedit in alto, &c.

Hodie *Baldacchinum*, & *Tussellum*, & *Pallium* nominant: & Pallii quidem nota est significatio, Baldacchini vero & Tussellí originem ignoro: nisi dicere velimus *Tussellum* corrupte dici pro *togella*, ut sit diminutivum à *toga*, quam *à tegendo* dici nemo nescit: quamvis Martialis togulam dixit non togellam, *lib.* 1. *epigr.*

Ignoscas, togulam Posthume pluris emo.

& *Baldacchinum* ex duabus constare vocibus; posteaque in unam coagmentatum & barbare corruptum; *valde*, videlicet, & *acclinum*, quod incurvum & inflexum significat, & sic adjective capi, ut intelligatur pallium valde acclinum, propterea quod non multum distans ad caput acclinet: hoc tamen dictum velim potius ut peritis animum excitem ad indagandum verum, quam ut pro vero tradam: sed inceptum jam prosequamur. In Collaterale 46 Cons. qualibet die Veneris ex præscripto convenit Regia Cam. & causas refert & dat suffragia, secundum Viceregis jussiones: suffragandi autem ordo is est, *ut prius Præsidentes, tum Thesaurarius* (qui in rebus Regium patrimonium concernentibus suffragrandi jus habet) tertio Locumtenens, tandem Regentes tanquam digniores suffragentur. At quando ob paritatem votorum in Sac. Cons. Regiave Cam. aliisque Vicariæ Tribunalibus, aliqui ex Viceregis jussu adjunguntur; ipsi adjuncti, nullo nec temporis antiquitatis, nec tribunalis præcellentiæ discrimine habito, omnium ultimi suas ferunt sententias. Et, si adhuc in paritatis coincidant perplexitatem, & in Collater. Cons. cum novis adjunctis res ter-

Digitized by Google

terminanda veniat, eodem ſtatu & forma, ſingulorum ſuffragia repetuntur, ſicut antea obſervatum fuerat. Quod cum aliquando aliquid habuiſſet controverſiæ, in ſynodalibus cauſis ſtabilitum fuit. Id autem lubens ſubnecterim, eum qui ultimus ſuum fert votum, ſi, in quamcunque partem inclinet, faciat ſententiam, eo quod reliqui utrinque ſint pares, ſolere novos adjunctos petere, ſuamque opinionem promere recuſare: quod prudenter feciſſe novimus Dn. Franc. Reverterium Reg. Cancell. apud Illuſtriſs. de Alcalà. Die vero Mercurii in idem Collater. conveniunt Judices Vicar. Criminales cum Regente ipſius, qui ſimiliter ſedet in ſella poſt ultimum Regentem. Generalis autem Theſaurarius quamvis in Collater. quo cum Reg Cam. ut diximus, convenit, poſt Regentes ſedeat coram Prorege, in tribunali tamen ipſius Regiæ Cam. ubi eſſe ſolet die Veneris mane, ſecundum locum habet apud Locumtenentem, ideſt primum ad lævam: primus enim ad dextram ſedet Præſidens decanus & Locumtenens ipſe medius in ſella ſerica & eminentiore, ut de Prorege diximus, quemadmodum & Regens M.g.Cur.Vic. tanquam digniores: & à dignioribus incipiendum eſſe docet Gloſ. in §. *fi. Inſtit. de jur. nat. gent. & civ.* & facit tex. in *can. quia tua*, ibi, *in capite*, 50. *diſt.* & *l.* 2. §. *Servius*, *ff. de orig. jur.* Sicut & qui in medio duorum æqualium ſedet, dignior cenſetur, per ea quæ Caſſ. diſſerit in *Catal. par.* 1. *conſid* 13. & 14. Præſidentes vero idiotæ (qui nunc ſunt numero tres, & in cunctis perinde ac alii ſuffragiorum jus habent præterquam in juris articulorum explicatione, in quibus tamen diſcutiendis etiam interſunt) penultimum habent locum, ultimo fiſci patrono relicto: in omnibus enim Tribunalibus ultimus locus fiſci patrono vendicatur, juſque eſt ſuffragandi: & certe in paciſcendo cum facinoroſis, quod *componere* dicunt, Fiſci patronus 47. primo ſuam interponit ſententiam, cum Regente & Judicibus; & in ſubſcribendo mandatis pecuniarum fiſcalium, præcedit omnes Judices, etiamſi ex illis duo ſint Conſiliarii, ut diximus: multaſque habet alias prærogativas, quas in librum congeſſit Dn. Mutius meus germanus, qui ei muneri ſeptennio operam dedit tanta cum integritate, ut Rex noſter invictiſs. ſponte ſua ſalarium illi primum adaugeri juſſiſſet, & nunc eadem benignitate in Præſidentium numerum cooptavit. Sedet etiam poſt Fiſci patronum Secretarius, non in ſella quidem, ſed in ſcabello: e regione vero Locumtenenti eſt ſcamnum cum humerali, ubi ſedet Procurator fiſcalium rerum & Rationarius, quando rationes miniſtrorum pecuniarum, & Baronum relevia, aliaque ad eorum officia pertinentia excutiuntur: ipſi enim referunt, & tecto capite primum dant ſuffragium: hic autem fiſci Procurator etſi ſedeat, non tamen intervenit in præſtandis votis: at in Mag.Cur.Vic. aliiſque tribunalibus Procurator Fiſcalis non ſedet, quinimo in ſententiis interponendis abeſſe cogitur: & is ordo in tribunalibus ſervatur. In Ædi-

curis

Digitized by Google

culis autem non idem, (quippe singula tribunalia suas habent Ædiculas, ubi priusquam jus dici incipiatur, sacra peraguntur) sed Præsidens, & Locumtenens, & Regens Vic. ad dextrum altaris cornu scabellum habent in quo genuflectunt, ipsique soli ibi manent inter sacrificandum: cæteri vero inter se ordinem non servant, sed confuse sedent, forte quia in domo Dei non excipiuntur personæ. Id tamen non ita in Ædicula Regii Palatii negligitur: sed cuique suus status est locus, prout & in locis aliis. Quod autem diximus præfectos tribunalium in eminentiore sedere loco, quam cæteri, ex re erit scire, id in Sacro Conf. non esse ita. Præsidens enim etsi in capite sedeat, eminentior tamen non sedet, nec in sella serica, sed æquali cum aliis. Et cum in singulis Rotis (quæ sunt numero tres, in quibus singulis quaterni sunt Consiliarii) sit pro eo constituta sedes, ipse ad quam vult, accedit. Ejusque sedes semper vacua relinquitur, nec à decurione occupatur; quæque enim Rota suum habet decurionem quem *Decanum* & caput Rotæ appellant; quod munus antiquiori in ea debetur Consiliario: certe Decurionis munus est, Præsidentis vices sustinere cum abest. In auditorio vero Mag. Cur. Vicariæ Civili si Regens absit, Decurio in illius sedet sella: quod si inter judicandum advenerit, exurgens cedit illi suum locum, & ipse ad ejus dextram (qui locus est omnium
48 Decanorum) sedet. In proscribendis vero scelestis & criminosis, qui ob scelus in jus vocati se judicio sistere neglexerunt, *ad furis-judicare* dicunt, & ex præscripto fit IX. Kal. Jan. ideſt in vigil. Nativ. Domini) Regente Vicario sedente pro Tribunali in medio judicum, à dextris quidem sedet Decanus Regius Consiliarius, qui per duos annos, ut sæpius diximus, in auditorium rerum criminalium assumitur, & post eum judex civilis hebdomadarius: à sinistris autem Regius Consiliarius, & deinde Judices reliqui Criminales & Civiles: & peracta solita jurisdicendi formula, proscriptionem, sententiæ palam leguntur, singulæ à singulis judicibus quibus earum *judicium* commissum fuerat: eæque priusquam legantur, clerici omnes & religiosi explodantur, ne irregularitatis nota illuantur; ut inde ignorantia in excusationem eorum allegari non possit. At Regens Cancell. (quem *singulis* diebus Saturni ad Tribunal Vic. ad cognoscendas custodias recensendosque qui in vinculis habentur eique à Regente Vic. ad scalas usque obviari, eodemque *in recessu* associari diximus *supra*.) primo quidem loco sedet, scilicet ad dexteram Regentis Vic. in eadem tamen mensa, atque sellis indifferentibus, quippe in eo Tribunali solitis, quod & in Sacro Consilio observari diximus. Et in magna Curia Siclæ, cujus Tribunal in eodem est Vicariæ palatio, ut alias diximus, idem servatur ordo: illius enim Decurio, qui non antiquior est ut reliqui, sed ab ipsomet Tribunali ex suo gremio eligitur, & *Prior* nominatur, in capite sedet, & hinc inde Judices & Adsistentes. At in Tribunali Civitatis in

D. Laurent.

Digitized by Google

D.Laurent. Templo, ut sæpius dixi, constituto, inter Decuriones Electosve nulla discernitur in sedendo differentia nec præcellentia, cum nulla sit inter Sedilia inæqualitas, ut infra de sedilibus dicemus; quapropter quo quis venerit ordine, eo sedebit, prout & in pertractandis cum Vicerege publicis negotiis, vel alloquendo Civitatis nomine: præter Tribunum pl. cui nedum nunquam alloqui datur, sed ultimus semper status est locus. Verum in eo Tribunali, Præfectus annonæ, cum ex Collateralium numero eligatur, in capite sedet, idemque servatur ordo in Tribunali excutiendarum rationum, cui quandoque Reg. Consiliarius, quandoque ipsemet præficitur Consilio Præsidens: & in Tribunali duumvirum monetalium, in quo Regius item ab Vicerege constituitur Consiliarius, & sic in cæteris, ut Præfectorum muris reficiendis, Curatorum aquarum, Præfectorum viarum urbanarum, in quo item Collateralis eligitur in præsidem.

49 Porro autem præfata omnia Tribunalia summo mane conveniunt in Palatium M. C. Vic. ubi & publicæ sunt custodiæ: cujus magnificentiam & magnitudinem subticere quam hiulce & oscitanter explicare malo: quantuncunque enim dicerem, verbosus videri possem, rem prosequi nequaquam: & qui illud norunt, me satis pauca; qui non norunt, satis multa dixisse coarguerent: id tamen non dissimulabo, inde cujus sit molis cujusque amplitudinis cogitari posse, quod jam olim Castrum fuit, ut etiam diximus alio loco; & singulorum Tribunalium atria ejus sunt amplitudinis, ut triginta hominum millia commode capiant; tot enim & plura cum jus redditur illo concurrunt: Ibi igitur collectis Magistratibus, singula corpora, ideſt cuncti Magistratus singulorum Tribunalium, ad suas sedes secedunt, & tres horas dijudicandis litibus jurique dicundo impendunt: & mane quidem omnia omnino conveniunt Tribunalia; à meridie vero aliter obtinet: nempe Sacrum Consil. non revertitur nisi die Jovis; Regia Cam. die Lunæ, Martis, & Jovis; Mag.C.V. Judices Civiles diebus Lunæ, & Ven. Criminales semper: ad delicta enim corripienda non est interponendum tempus ne magis ac magis concrescant & grassentur: quam ob causam Judices hi criminales feriarum requie non juvantur ut cetæri, sed tantum in diebus festis & Natali & Parasceve Domini, & septem ultimis diebus carnisprivii, seu carovale; cæteri vero Magistratus nedum præfatis temporibus feriantur, verum & quinquaginta diebus in æstate, (quot à Romanis feriari solitum fuisse tradit Greg.Gir. *de Deis gent. syntag. ult.*) nempe ab Idib. Jul. ad VI. Id. Septemb. Nequis autem redarguat me, qui vulgari voce sim usus *Carovale*, operæ pretium duxi admonere duas esse has voces, & latinas quidem, quibus pro una vulgus utitur, *caro vale*, eaque nota est forma loquendi antiquis cum ab aliquo erant longum discessuri, ut diximus *supra cap.* 21. sic quia à carne vescenda arcemur per sesquimensem, id tempus quo fit abdicatio, *caro vale* appellamus,

pellamus ; quasi carnem longius discessuri salutantes. Feriarum autem apud antiquos plura erant genera, de quibus Macrob. *lib.* 1. *Saturn. cap.* 16. aliæ dicebantur *stativæ*, quæ statis certisque diebus fiebant cujusmodi sunt hæ nostræ; aliæ erant *imperativæ* sive *indictivæ*, quas Consules vel Prætores pro arbitrio & necessitate indicebant, nobis *extraordinariæ* & *repentinæ* dicuntur. Profecto apud Romanos, dies quibus jus dicere licebat, *fasti* dicebantur, quibus non licebat, *nefasti*: à fando, quia Prætori jus erat fari illa tria verba solemnia, *do, dico, addico*, in proferendis sententiis necessaria quæ interponerentur; nobis *curiales* dicuntur, vel *non curiales*: & quemadmodum nobis, non omnibus diebus curialibus mane & vespere jus dicitur, sed aliquibus mane tantum, aliquibus etiam vespere ut diximus; ita illis non omnibus diebus fastis, omnibus horis, ideſt ante prandium & post meridiem Prætori licebat fari; sed aliquibus, omnibus horis, aliquibus non: unde *fasti dies*, quibus omnibus horis fari licebat, dicebantur *toti fasti*; quibus autem non omnibus horis licebat, dicebantur *non toti fasti*: qua de re vide Paul. Manut. in *opin. de veter. dier. rat.* Non sum autem nescius, non deesse qui mirentur nos minutius ea esse prosequutus, quæ vulgari cuique patent, nempe Magistratuum ordines, sessiones, tempora jurisdicendi & feriarum, & talia: verum ii demirari desinent, si me futuris & exteris, non præsentibus nostris scripsisse credent. Nec est novum ut ob temporum vicissitudinem, res longe clarissimæ in abstrusissimam coincidant obscuritatem. Et florente Imperio Rom. non minus nota erant tunc viventibus quæ in eo erant officia & dignitatum nomina, quam sint nobis quæ in præsenti in hoc sunt Regno, & tamen in memoriam adnotationum Principis, ea conscripsere titulumque dedere: *Notitia Imperii*: idque eo sicce & quasi per indicem, ut lapsu temporis hominum latuerint cognitionem, adeo ut ad ipsa explicanda gravissimi insudarint homines & commentariis illustrarint; cujusmodi nuper in eam edidit sane non aspernanda Guidus Pancirolus. Et Sophotarus Curopalata (qui an idem sit cum Joanne Curopalata qui Principum conscripsit historiam non anxie moror) libellum græce scripsit de utrisque officiis, spiritualibus, scilicet & secularibus Constantinopolitanæ aulæ: quem eo tempore *aut nihili*, *aut* omnino parvi fuisse habitum par est considerare; nunc autem à doctioribus desideratur, quod ad intelligendos tres Codicis posteriores libros, quos Budæus difficillimos intellectu judicavit, non parum conferant. Quapropter ego ista copiose tractare debebam, non summo tantum digito indicare: veruntamen id aut aliis, aut alio tempore persequendum relinquo: res enim exigit ut unde longe divertimus, revertamur, & hunc claudamus librum.

AD-

Digitized by Google

ADNOTATIONES.

A

Et proinde sedile ipsum eam prærogativam negligebat.

Et omnes alii, ex reliquis quatuor sedilibus, nobiles, hanc opinionem sequebantur.

Et qui titulos emunt, Titularii non sunt.

De Imperii emptione adi Restaur. in *tract. de Imperat.*

B *Res magnæ non geruntur viribus, aut velocitatibus aut celeritate corporum, sed consilio, authoritate, & scientia.*

Catonem dicere solitum ajunt: Majores nostros armis remp. magnam feciſſe: ſi ita quidem eſſet multo pulcherrimam nos haberemus, quippe ſociorum atque civium; præterea equorum & armorum major copia eſt nobis quam ipſis: ſed alia ſunt quæ illos viros magnos fecerunt, quæ nobis nulla ſunt, domi induſtria, foris juſtum imperium, animus in conſulendo liber, nec dilecto nec libidini obnoxius, &c. quæ Caſſan. in *Catal. par. 5. conſid. 14.* Cæterum vera eſt Principis ſcientia juſtitiam populo facere omni tempore & ubique; idque magis neceſſarium eſſe, quam contra hoſtes arma movere: ipſos enim Reges ad juſtitiæ adminiſtrationem ortos, eſſe late patent doctiorum authoritates & ſententiæ. C

Nec obeſt quod Officiales à Rege dicuntur magnifici, titularii vero illuſtres.

At vero *magnifici* titulus datus eſt etiam Præfecto præt. & ipſi Regi Abb. in *cap. novit, de offic. lega.* Reſtaur. *de Imperat. q. 59.*

Secundum eos pronunciatum fuit, ut in locis differentibus præcedere debeant.

D

Sane progreſſus deambulationis in ſtatu temporali aliquid indicat dubii, cum ipſi titulati anteeunt majores & præcedunt; in eccleſiaſtico vero ſecus, ut majores ſint qui ſequuntur: & rationem indagare multum cordi fuit authoribus. Caſſaneus vero hanc ſequitur, cum immediate ſuperiores ſequuntur & viciniores, ex Gloſ. in §. *aliam, Inſtit. de bonor. poſſeſ.* & in medio ponitur, ut per eum in *Catal. par. 4. conſid. 74. & 75.*

Digitized by Google

A *Et cum Regii Consiliarii qui in criminali auditorio Mag. Curiæ Vic. morantur biennium, &c.*

Profecto judices criminales mutari quolibet biennio, antiquus fuit mos: cujus contrarium in aliis tribunalibus observatum videmus, nempe ut perpetuo, id est quousque vivant, sint in magistratu: & quoad temporalitatis rationem, abunde dixit Germanus in *hoc lib. cap.* 17. Sed ob subjecti vim atque causam, alia est judicio meo, meliore proposito investigata; & est ne naturalis judicum benignitas, quam eos habere decet, ut asseverat Jureconf. in *l. Imperatores, ff de adul.* in sævitiam vertatur ob assuetum morem puniendi homines: etenim ex continua detesta-
B tione criminum iracundus fit animus: ad quod inter alia exempla illud recenseri non ab re erit de Claudio Imperatore, qui audito inhumano facinore, in judicii medio cultrum suum in criminosi faciem injecit, authore Sveton. in ejus *Vita*. Et Augustus ob puniendi continuam severitatem, à Mœcenate amico *carnifex* est appellatus, authore Dione: Proinde in Francia idem est acceptus mos, ut Camera *criminalis* Parlamenti in trimestre mutetur, prout ejus nationis illustres authores testantur.

Qui præter magnæ Crucis signum, &c.

C In Regno Siciliæ militibus magnæ Crucis per juris tramites datum esse titulum *illustris*, sicut & titulariis, nuper mihi relatum fuit.

Religio ipsa singulis annis prid. Kal. Decemb. in devotionis signum falconem Regi tribuit.

Id fieri cœpit post violentum recessum ob Turcarum impetum ab Rhodo insula, quæ alias *Ophiusa*, alias *Ethrea* dicta est secundum Steph. *de urb.* relatum per Interpr. Pind. in *Olimp. ode* 7. Qui quidem tametsi in signum superioritatis tribuatur, non propterea subjectionem parit; nam Civitas quæ pallium, bravium, cereum, vel aliud simile tribuit, eadem
D ratione censetur, etsi pactis custodiendis obnoxia est, Bald. in *l. etiam, col. fin. Cod. de jure dot.* & in *l. exequutorem, col.* 8. *ver. sed quæro, Cod. de exeq. rei jud.* Pet. *consil.* 360. & alii per Restaur. adducti in *tract. de Imper. quæst.* 109.

Quod autem diximus præfectis tribunalium in eminentiore sedere loco.

De jure sedere debent in basilica Judices à mane usque ad vesperas pro litibus etiam futuris dirimendis, *auth. quan. sedere deb. jud.*

(*quem*

Digitized by Google

(quem singulis diebus Saturni ad tribunal Vic. ad cognoscendas custodias, &c. A

Hæc cognitio olim ad Legatum proconsulis spectabat, *l. solent, ff. de offic. proconsul.* Jacob. Rævard. in *l. nemo potest, ff. de reg. jur.*

Porro autem præfata omnia tribunalia summo mane, &c.

Cassanæus facit figuram omnium Tribunalium Franciæ ordinatim; in *Catal. par. 12. consid. 68.*

B

Prætermissa quædam in adnotationibus, suis locis reponenda.

Pag. 5. *Alioquin si ex superioris authoritate dirnatur, &c.*

ADde Castald. *de Imper. quæst. 110. privil. 39.* Et diminuta Civitate incolis si fiscalia onera solvi non possunt, levantur ordine Regio, & superindicuntur locis convicinis, Luc. de Pen. in *rubr. de superind. lib. 10. Capyc. de investit. feud. in ver. diminuta*; quod etiam facit infi- C delitatis dedecus, Specul. in *tit. de instrum. edit. §. 2. ver. item ponitur*, Luc. de Pen. in *l. cum allegatis, Cod. de re milit. lib. 12.* Martin. Laudens. in *tract. de Princ. & rescr. quæst. 68.* Destructo autem castro ob bellum, si alibi ædificarent homines qui ejus custodiæ obnoxii erant, adhuc tenentur, Alber. in *l. si ususfructus, ff. quib. mo. ususfr. amitt.* Capyc. *de investit. feud. in ver. Castellanus*: quod si à Principe reficiatur, an ære Domini emendandum veniat, habes ex Bald. in *l. si in aliquam, ff. de offic. proconsul.* ubi singulariter dicit quod non, licet aliquam habeat hoc dictum difficultatem ex adductis per Cottam in *memorial. ver. Castrum*. At feudo dato à Rege cum hominibus & personis, si omnes moriantur, an remaneat qualitas feudi quaternati an vero simplicis feudalis, habes late D ex Fret. *de subfeud. lib. 2. in 29. author. Baron. num. 4.* Idemque in eo qui per vim dominium amittit, ut puta si ab hostibus vis illi inferatur, Cassan. in *Catal. par. 5. consider. 49.* Et ratio quidem est in his defectus bonæ fidei atque justæ possessionis sine quibus dominia sunt imperscriptibilia, quæ in Status & Regnorum dominio bellico more adeptorum exemplificantur per eundem ibid. qua eadem ratione & Regni confines ait non præscribi. At certe dominus si castrum dimiserit, possessionem non perdit, *l. licet, Cod. de acquir. possess.* dum tamen hostes illud non occupaverint, *l. clam possidere, §. fin. ff. eod.* Laud. *de crim. læsa majestat.*

not. 5.

Digitized by Google

A *not. 5.* Capyc. *de investit. feud. ver. Castellanus.*

Ibid. *Cum locus sacer destruitur absque superioris auctoritate, &c.*

Adde §. *sacræ instit. de rer. divis.* & ratio est ut in solo sanctitas remaneat, Alex. ab Alex. in *genial. lib. 6. cap. 14.* proinde si Tyrannus occupet ecclesiam vel civitates, earum privilegia non perduntur, Martin. Laudens. in *tract. de Princ. quæst. 96.*

Pag. ead. *Regum optimatumque delicta divulgantur, &c.*

B Princeps mendosus omnes habet ministros impios, Isern. in *cap. 1. in fi. qui succes. ten.*

Pag. 6. *Vasalli à fidei nexu liberantur & Domini conspurcentur hæresi, &c.*

Domini enim delictum terram subjicit interdicto, *cap. non est, extra de sponsal.* & *cap. sane, in fi.* Isern. in *cap. 1. num. 51. de statut. & consuet. adverf. libert. eccl.* Plane autem & Rege & vasallis infidelibus, si vasalli converterentur ad fidem, Rex autem non, adhuc tamen posset remanere Rex, si suos subditos secundum legem christianam vivere sineret,
C Innoc. in *cap. qui super, de voto & voti red.* licet Hostiens. contra sentiat; vide Martin. Laudens. *de princip. quæst. 49.* Sed regulariter dominus tenetur intra triennium purgare suam civitatem hæreticis, alias conceditur occupanti, idem Laud. *eod. tract. quæst. 110.*

Pag. ead. *Profecto advocati juniores, &c.*

Ad hoc vide etiam Cassan. in *Catal. par. 11. consid. 17.* Quod autem de Reg. Camera dicitur, idem & de Sacro Cons. intelligito.

Pag. 27. *Principis arcana celanda, &c.*

D Circa secretorum custodiam Principibus bellorum, & pacis tempore servandam, ac etiam dissimulationis rationem necessario manutenendam tamquam quæ Principis iram pacatiorem reddit, habes ex multis iisque memorandis exemplis per Jo: Boter. *de rat. stat. lib. 2. tit. de secreto.*

FINIS.

IN-

Digitized by Google

INDEX

RERUM NOTABILIORUM.

*Priores figuræ Caput; alteræ Capitis Numerum; postremæ Paginam indicant. Ubi vero hoc signum * præponitur; Pagina tantum in Annotationibus cuique Capiti adjectis designatur.*

Absentes quomodo citentur in actibus Universitatis, *cap.* 11. *num.* 31. *pag.* 79.

Absentia longa quæ dicatur, 26. 2. 368.

* Absolutio datur excõmunicatis etiam post mortem, & qua forma, 153.

Accentus neglecti in majoribus literis apud Græcos difficultatem pariunt, 10. 3. 65.

Actus distinguntur ex voluntate, 8. 28. 59.

Actus mixti ab efficaciori parte denominantur, 17. 41. 76.

* Actibus promiscuis rerum ordines, & officia turbantur, 298.

* Actio majorum nostra instructio, 299.

* Adoha, onus feudi est reale, 283. & 292.

Ador, sive Adoreum quid, 21. 2. 234.

Adorandi actus quomodo proprie fiat, 21. 4. 235.

Adorandi Viceregis ritus, & tempora, 21. 22. 240.

Adorando Regibus pedes osculari solitum, 21. 9. 236.

Adorare quid sit, & unde dicatur, 21. 3. 235.

Adorare verbi nova etymologia, 21. 4. 235.

Adorare olim pro gerere, unde

Adoratores legati, quia aliorum negotia gerunt, 21. 4. 235.

Adoratio quid & quotuplex, 21. 1. 234.

Quare Principibus tribui cæpit, & cui primum tributa, 21. 4. 235.

Aliquibus Principibus exosa, aliquibus affectata, 21. 8. 236.

Quid ab salutatione differat, 21. 15. 238.

A Diocletiano Principibus fieri jussa, 21. 18. 239.

Advenæ in Regnum venientes debent in finibus arma deponere, 24. 11. 316.

* Advocati milites sunt, 277.

* Advocati hospitari non tenentur, *ibid.*

* Advocati qui suo abutuntur officio, interdicuntur advocatione, 27. 5. 397. & 179.

Advocatorum fiscalium nomina antiqua, & à quo primum instituti fuerint, 26. 26. 388.

Aer ne contaminetur provideri debet, 10. 27. 68.

* Ædes, 281. *in fine.*

Ædes monetæ in Civitate Neap. ubi sita, 6. 1. 41.

* Ædificandi potestas, 347.

Ædiles cereales unde dicti, & eorum munus, 8. 3. 53.

Ædiles curules, 8. 1. 52.

Ædilium authoritas varia, 8. 2. 52.

* Ægrotis sunt publica constituenda loca, 279.

Ænaria insula unde dicta, 3. 7. 16.

Æneam Neap. fundasse, 2. 1. 7.

Ænea num Turnum in Latio interfecerit, 3. 19. 18.

A Diomede ingenti saxo percussus, 3. 18. 18.

Quot annis post Trojam eversam vixerit, 3. 17. 18.

Genitoris tumulum floribus spargit, ludosque pollicetur, 3. 16. 18.

Ex Anchise, & Venere Jovis filia nascitur, 2. 20. 11.

In Italiam venit, 3. 1. 14. & 3. 5. 15.

Quibus, & quot navibus, & hominibus

Digitized by Google

bus in Italiam venerit, 3. 8. 16.
Num patriæ proditor fuerit, *ibid.*
A crimine desertæ patriæ defenditur, 3. 13. 17.
Æneæ interitus varius refertur, 3. 20. 19.
Pietas commendatur, 3. 14. 17.
Ærarium in Saturni æde Romæ collatum, 4. 16. 25.
Neap. ubi fuerit, & ad præsens sit, 4. 25. 26.
Æris usus multiplex, 11. 52. 87.
Æneus culter in sacrificiis, *ibid.*
Æneus vomer in designandis urbibus, *ibid.*
Affilatores qui, 7. 6. 49.
Africæ præfectura Italiæ subjecta erat tempore Justiniani, 14. 19. 131.
Agricolarum privilegia, 24. 22. 322.
* Agricultura non turbanda, 346.
Agriculturæ ut vacetur jubendum à Principe, 24. 17. 320.
Agrorum tria genera, *ibid.*
Alciatus carpitur, 12. 19. 95.
Alguzerii quomodo appellati antiquis, 9. 8. 57.
Alibarderii quibus antiquorum comparentur, 26. 14. 383.
Ambitus omni lege prohibitus, 27. 3. 397.
* Ambitus non præsumitur in Principe, 302.
Amphitheatrum unde dicatur, 13. 6. 105.
Anchises ubi mortuus, 3. 15. 18.
Andegavensium Regum habitatio Neapol. ad Sedile Montaneæ fuit, 12. 20. 95.
D. Anellus Eques Sedilis Montaneæ, 11. 51. 86. & 104.
Quare vexillum cum insignibus Neapol. gerat, 11. 52. 87.
* Angariæ non veniunt appellatione munerum personalium, 284.
Angeronam silentii Deam cur Romani colebant, 4. 2. 22.
Annona cui curæ esse debeat, 24. 1. 309. & 331.
* Annonæ procurandæ ratio, 334. & seq. & infra ubi ad eam adjuvandam nemo excusatur.
Annona quid, 24. 1. 309.
Illi omnes judices intendere debent, 14. & 127. & 138.
* Annona non venit in immunitate concessa de muneribus personalibus, 284.
* Ab annonæ onere nemo eximitur, 385.
Antiquiora præferenda, 3. 8. 3. & 139.
Apollo Neap. adoratus, 6. 8. 41.
Apparitores, 25. 10. 358.
Appellatas causas ex Vicaria ad S. C. & inde ad Collaterale referendi mos, & tempus, 27. 25. 404.
* Appellatio est de minore ad majorem judicem, 254.
Appellatio deserta potest à præs. præt. reparari, 8. 12. 195.
Item à Rege, 19. 9. 211.
Appellatio in sententia præs. præt. non datur, 19. 3. 207.
Appellatio in quorum sententiis locum non habeat, 19. 4. 207. & 223.
Appellatio suspendit exequutionem, 110. 7. 209.
Appellatio iniquitatem sententiæ indicat, & Judicis auctoritatem tangit, *ibid.*
Et quid à Supplicatione differat, *ibid.*
Approbatus si reperiatur inutilis reprobari potest, 26. 6. 380.
* Aprutini de genere bellicosorum, 289.
Aquila signum vexillare etiam ante Cæsarem apud Romanos fuit, 5. 16. 33.
Aquila sola à *Romanis in insignia* retenta, 20. 10. 229.
Aquila in Imperialia insignia ab Octavio recepta, *ibid.*
Aquila ab Imperatore cur biceps fiat, 20. 12. 229. & 233.
Aratri inventor quis fuerit, 8. 8. 55.
Arca Ærarii Principis tribus obseratur clavibus, & qui eas teneant, 15. 45. 150.
Arca Universitatum Regni Neap. duabus recluditur clavibus, 4. 20. 26.
Arcæ inventio, in qua publica adservatur pecunia, nova non est, 4. 27. 26.
D. Archangelus ad signum Neap. quare sic dicatur, 11. 50. 86.
Archiater summus medicus, qui vulgo prothomedicus dicatur, 12. 22. 95.

Digitized by Google

Archidiaconus præeſt Archipresbytero; Archipresbyter autem Presbyteris, 12. 27. 96.
Archiepiſcopi Neap. ingredientis ritus, 21. 14. 238. & 242.
Archigerontes, 12. 23. 95.
Archigubernus, 12. 28. 96.
Archimandrita, 12. 29. 96.
Archimimus, 12. 28. 96.
Archeon quid ſit, 12. 34. 96.
Archipirata, 12. 30. 96.
Archivum & Archium quid, & quid inter ſe differant, 7. 4. 49.
Archivarius, & Archiota, *ibid.*
Archon ſive Archos quid, & quare locus Sedilis Montaneæ Arco dicatur, 12. 16. 94.
Archon ſummus Magiſtratus Athenienſium, à cujus nomine faſti ſcribebantur, 12. 17. 94.
Arcus in Templo D. Laurentii memorabilis, 11. 39. 82.
Argentariorum officia ex pragmatica prima de numulariis cum aliis illuſtrantur, 4. 23. 26.
Argumentum ab ethymologia vocis valere, 11. 16. 76.
Arma ferre abſque Principis licentia nemo poteſt, 11. 21. 77.
Arma ſintne præferenda legibus, an non, 11. 47. 85. & 89.
Arma inſignium loco imaginum ſucceſſere, 20. 7 228.
* Arma militum æri alieno non ſunt obnoxia, 185.
Armamenta quid, 11. 18. 77.
Armamentarium quid ſit, & unde denominetur, 11. 13. 76.
Armamentarium populi Romani ubi fuerit, *ibid.*
Armamentarium in omnibus Regni Caſtris eſſe debet, 11. 18. 77.
Armamentarium Neap. ubi conſtructum, 11. 22. 77.
Arrollare vox vulgo militaris quid ſit apud Latinos, 26. 10. 381.
Arſenale Civitatis Neap. ubi ſtructum, & cujus ſit artificii, & quare ſic dicatur, 11. 15. 76.
Artemiſium urbs, 3. 21. 20.
* Artifices poſſunt cogi ad exercendas ſuas artes, 343.
Aſia pluribus diſtinguitur modis, 2. 5. 8.
D. Aſprenus Sicula Eques Sedilis Furcillæ primus Chriſtianus Neap. 12. 36. 97.
Aſſeſſorum Principis, ideſt Conſiliariorum munus, 26. 21. 386.
Aſſurgere alicui in honorem quis teneatur, & de aſſurgendi ratione, 23. 23. 264.
Athletæ unde dicantur, 13. 22. 111.
* Avaritiæ deteſtatio, 180.
* Auditorium, 282.
Aula Priami pro toto Ilio capitur, 2. 9. 9.
Aulæ Rotarum S.R.C. vel cujuſcunque tribunalis Secretarium appellantur, 4. 7. 22.
Aurum vigeſimarium quid ſit, 4. 19. 25.
Authoris hujus libri fratrum mors, & munera, 11. 45. 85.
Auſtriaca familia, & Reges, ac Imp. ab ea progeniti, 2. 24. 12.

B.

Bacchanalia quo tempore, & quo ritu celebrarentur, & à quo ſublata, *cap.* 13. *num.* 28. *pag.* 114.
Bajulus unde deducatur, & quis proprie ſit, 10. 17. 67.
Baldacchini, ſive Tuſſelli Ethymologia, & quomodo dictum antiquis, 27. 45. 414. & 243.
* Baldacchinum, Viceregis ornatus, & inſignes, 244.
Balivæ Tribunal in Templo D. Pauli olim exercebatur, unde adhuc Curia D. Pauli dicitur, 10. 14. 67.
Balivæ Judices Equites Neap. eſſe debent, 10. 21. 67.
Balivi inſulſe dicuntur Bajuli, 10. 16. 67.
Balivi apud Gallos de civilibus, & criminalibus cauſis agunt, 10. 20. 67.
Balivi ſunt ſub ordine Rationalium Siclæ, 10. 22. 68.
Balivus vox Gallica eſt, & quid ſignificet, 10. 16. 67.
Banca nonnulla hodie ſub piorum locorum nomine exercentur, 4. 24. 26.
* Bandum quid, 244.
* Bandera, *ibid.*

Digitized by Google

* Banniti unde dicti, *ibid.*
* Banniti onere suorum provincialium extirpandi, 288.
* Bannitorum consanguinei tenentur de damnis ab illis factis, 289.
Barones unde dicti, & qui sint, 23. 3. 259. & 36. 269.
Barones in Provincia suæ Jurisd. ctionis matrimonium contrahere prohibentur, 17. 8. 164.
Barones milites sunt, 23. 6. 261. & 254.
Baronum privilegia, 23. 7. 261. & 293.
Barones absque Viceregis licentia concilium inire non possunt, 25. 22. 365.
Barones Regii sunt consiliarii, 23. 39. 270. & 256.
* Barones suorum vasallorum judices sunt ordinarii, 256.
Barones quomodo utantur præeminentia Vicariæ in quærendis criminibus, 188.
* Barones de quibus bonis collectam solvant, 283.
* Barones successi videntur loco Curialium, 293.
* Barones tenentur ministrare expensas Regi adeunti ad eorum castra, ex collatione tamen vasallorum, 298.
* Barones dicti magni Castellani, 299.
* Barones illustres sunt, 300.
Basilica quæ sit, & quid à foro differat, 6. 20. 44.
Bastardi non censentur nobiles, 23. 20. 264.
Bastardi titulariorum admittuntur ad Religionem Melitensem contra ejus Religionis statuta, *ibid.*
Bastasi nomen unde derivet, 10. 18. 67.
* Battalion novæ militiæ species à quo institutus, 187.
Bellum vigilantiam requirit, 11. 9. 75.
Belli portæ Romæ ubi fuerint, *ibid. num.* 11.
Belli portarum descriptio, *ibid. n.* 12.
Belli portas, non in omnibus Bellis, sed in maximis tantum aperiri solitas, 11. 13. 76.
Beneficium cessionis bonorum quare indultum sit, 10. 44. 71.
* Beneficium militare, 278.
Bilances unde dicantur, 9. 32. 60.
Bona secundus dicuntur sanguis, & hominis vita, 15. 8. 143.
Bona publicata, ad fiscum pertinent, & ad Civitates ex Privilegio, 15. 22. 144.
Bona proscribi, quando dicantur, 16. 5. 156.
Bona proscripta Romani in Populi usus convertebant, 16. 2. 155.
Bona vacantia quæ sint, 16. 12. 157.
Bona caduca, 16. 13. 157.
Bona proscribuntur non solum ob delictum, sed etiam ob æs, quod fisco debetur, 16. 20. 158.
Bona proscripta impetrari non possunt, 16. 17. 158.
Bonis vacantibus nunciandis quatriennium est præscriptum, *ibidem num.* 16.
Boves aratorios exequi non possunt ob *agriculturæ Privilegium*, 24. 20. 321.
Boves aratro jungere quis invenerit, 24. 22. 322.
Boves occidere non minus capitale erat apud antiques, quam homines, *ibid. num.* 21.
* Brachialium immunitas, 305.
Brundusinorum, ac Messanensium antiquatum privilegium, 7. 6. 49.

C.

CAduceum quid, & quare Mercurii *insigne*, & *pacis* argumentum, *cap.* 25. *num.* 6. *pag.* 354.
Cadavera damnatorum sine Principis jussu amoveri non possunt, 15. 28. 146. & 152.
* Cadavera damnatorum quando puniantur, 153.
Cæsar à Trojanis descendit, 2. 22. 11.
Campana monentur Cives Neapol. ad quotam noctis horam possunt incedere armati, 11. 28. 78.
Campana pulsando ad Civium monitionem, boni regiminis index est, *ibid.*
Campana ad quot signa inserviat, 11. 31. 79.
Campana utuntur Principes ad Bannitorum persecutionem, *ibid. n.* 32.
Campana vice preconis fungitur *ibid.*

Cam-

Digitized by Google

Campana eſt Dei tuba, & unde dicatur, 11. 35. 80.
Campana ad quid in altum erecta, & qua occaſione inventa, *ibid.*
Campani agri fertilitas, 24. 4. 312.
Campion quid ſit Neap. 7. 12. 50.
Cancellarius cur ſolus in Regno Neapoli ſit, 4. 8. 23.
Cancellarius Franciæ præf. præt. comparatur, 14. 12. 129.
* Camera quid, 276. & 291.
* Cameræ reſervatæ tractatus incipit, 276.
* Camerarum diſtributio, 301.
* Cam. reſervatæ jus ad vaſallos etiam pertinet, 302.
* Camera reſervata an in commercium adduci poſſit, *ibid.*
* Cameræ reſervatæ non antiqua conceſſio, 282.
* Camera reſervata Baroni, an ad vaſallos extendatur, 290.
* Cameræ reſervatæ rationes novæ, 292.
Capitaneorum ad guerram munus & auctoritas, 12. 65. 101.
* Capitanei ad guerram, 306.
Capite tecto loqui honor eſt, 23. 33. 268.
Caput, corporis imaginem commonſtrat, 27. 5. 397.
* Capuæ & Neapolis lis, de non contribuendo, 284.
Capuana & Nidus quare utantur equo pro inſignibus, 12. 49. 99.
* Capua, 280.
Carcer debet eſſe remotus à privatis domibus, 10. 24. 68.
* Quidam publicus, quidam privatus, 88.
Carcer, & carceres quid inter ſe diſtent, 11. 2. 74. & 88.
Cardinalis Regi æquiparatur, & ejus mirabilis authoritas, 18. 10. 194.
Cardinalis Epiſcopus, vel Presbyter, Cardinali non Epiſcopo, vel non Presb. præfertur, 27. 19. 401.
* Caſtella hoſpitia ſunt, 300.
* Caſtellanus jurat de fidelitate, *ibid.*
* Caſtrare, 282.
Caſtor & Pollux Apollo & Sirena Neapol. adorati, 6. 8. 41.
Caſtor & Pollux equorum curſibus, & colluctationibus præſunt, 6. 10. 41.
Item & mari, 10. 4. 65.
Caſtor & Pollux cujus fuerint filii, ubi nati, in ſtellas converſi, & gemini appellati, & quomodo pingantur, 10. 5. & ſeq. 65.
Caſtor, & Pollux equeſtri curſui, & pugillatui præerant, & Pyrrichæ inventores, 10. 9. 10. 63.
* Caſtor, & Pollux cur in divos relati à Romanis, 104.
Caſtoris, & Pollucis Templum Romæ ubi fuerit, 11. 1. 74.
Et ubi Neap. & à quo conſtructum, 10. 1. 65. & *num.* 13. 67.
* Caſtra ſive caſtellum, cur erecta, & unde dicta, 282.
Catamidiare quid ſit, 10. 45. 71.
Catapanes qui ſint, & unde dicantur, 9. 38. 61.
Carpentum Vehiculi genus cujus eſſet formæ, 20. 3. 227.
Carpento vehi concedebatur ex gratia, *ibid.* & 232.
Carruca quæ ſit, 20. 3. 227.
Carruca argentata ſoli magiſtratus utebantur, *ibid.* & 232.
* Chartella hoſpitalis, 280.
Celeres ideſt Alibarderios, Germanos eligi antiquus mos, 26. 15. 383. & 391.
Cenſores apud Romanos ut Agri colerentur præcipue vacabant, 24. 18. 320.
* Prius ad quinquennium, poſtea ob inſolentiam ad annum fieri cœperunt, 179.
Cercina Inſula, 11. 45. 85.
Cereales ludi à ſolis matronis celebrabantur, & quo ritu, 13. 30. 114.
Ceres quare in Sicilia nata dicatur, & unde dicta, 8. 4. & *ſeqq.* 54.
Ceſſio bonorum olim detectis poſteriboribus pudendis fiebat Neap. 10. 6. 71.
Chriſtiana Religio Neap. ubi, & in quo ortum habuerit, 12. 35. 97.
Chortis appellatio unde manarit, 26. 3. 379.
Chronicis fides adhibetur, & ſecundum ea in dubiis judicatur, 12. 1. 91. & 103.
Ciſræ quid, 6. 24. 45.
* A quo inventæ, 47.
Cimeliarchion, & Cimiliarchus quid, 4. 20. 25.

Digitized by Google

A Constantino Imperat. Neap. primum inductus, *ibid.*
Civitas frequens civibus undequaque esse debet, 10. 31. 69.
Civitas ne deformetur Præses curare debet, 10. 38. 69.
Civitas absque Principis indulgentia dividi in quarteria non potest, 12. 59. 100.
Civitas divisa est in Sedilia ut melius regatur, 12. 66. 101.
Civitas si dividatur per quarteria quodlibet quarterium dicitur una Civitas, 12. 58. 100.
Cives Neap. confiscatione bonorum non mulctantur, nisi in crimine hæresis, & læsæ Majestatis, 15. 10. 143. & *num.* 19. 144.
* Cives Neap. non torquentur ex præeminentia Vicariæ, 188.
Civibus magis est deferendum, quam alienigenis, 17. 17. 166.
Civis mediocris Civitatis in propria patria præcedit Civem majoris Civitatis, 12. 54. 99.
Civis patriam deserens Civilitatem amittit, 17. 18. 166.
* Civitas si diruatur, an & quando remaneant cives, 5. & 421.
Civitas efficitur celebris ex multitudine civium, 72.
Civitatis Princeps, magistratus est, 12. 18. 94.
Civitates dari solitæ à Rom. militibus veteranis, 22. 13. 254. & *seq.*
Cymba, 27. 45. 414.
Cymbius quid, & unde, *ibid.*
* D. Claræ Templum constructio & dedicatio, 249.
* Claves sunt penes digniores custodiendæ, 289.
* Claves castri apud quem servandæ, 103.
Clavi figendi mos, & ritus, 11. 52. 87.
* Clericorum immunitas an & quando parentibus communicetur, 304.
* Clerici à populo aluntur, milites sunt spirituales, eorum arma quæ sint, 277.
Clericis cur non expediat animam damnatis in ultimo punto supplicii commendare, & quomodo id agere possunt, 12. 25. 95.
Cohors quid proprie sit, 26. 3. 378.
Cohors prætoria quæ esset, 26. 4. 379.
* Cohors prætoria à quo primum instituta, 391.
Cohortales ex nobilibus eligendi, 26. 5. 379.
Cohortales cujus jurisdictioni subsint, & de facinoribus quomodo cognoscantur, 26. 8. 380.
Cohortales beneficiarii olim dicti, & quare, 26. 12. 382.
Cohortales prius à Provinciis cibaria acciebant, *ibid.*
Cohortales quem habeant successorem si moriantur absque hæredibus, *ibid. num.* 13.
Cohortalium numerus à legibus præfinitus, 26. 11. 381.
Cohortalium Vexillifer, Guidonerius dicitur, & unde, 26. 8. 380.
Collaterale Cons. *quibus rebus* potissimum intendat, 20. 198.
Collegia omnia absque Principis authoritate sunt prohibita, 25. 23. 365.
Collegium unum censetur licet diversæ sint sectæ collegiatorum, 12. 61. 100. & 287.
Color candidus olim lugubris erat, 13. 30. 114.
Columna marmorea Neap. ubi fit actus cessionis bonorum, 10. 41. 70.
Columnas quare sibi sumpserit Carolus V. *in insignia*, 20. 12. 229.
* Combustio *mortuorum olim* erat ad sepulturam communem, *nunc est* in pœnam, 153.
* Comes Principis, ideſt qui Principem comitatur, præsumitur nobilis, 198.
Comes armamentarii quomodo appelletur hodie, 11. 23. 78.
Comites rei militaris, Capitanei ad guerram, 26. 30. 390.
Comitia *generalia* sive parlamenta Neap. ubi celebrentur, & quo ordine, 11. 24. 78.
Comitis Sacrarum largitionum, & Comitis Siliquatoriorum officium, 5. 20. 34.
Commeatum, & remeatum solus Princeps concedere potest, 15. 28. 146.

Digitized by Google

* Compositio quid, quando, & à quibus judicibus fieri possit, 203.
* Compositio quam vocant, in quibus criminibus fieri possit, 199.
Et quando fieri solita, 203.
* Conductor, & nova conducta, 393.
Confiscandi vel publicandi potestas non venit in generali arbitrio, 15. 21. 145.
Confiscare quid sit, 16. 7. 156. & 159.
Confiscatio in quibus criminibus locum habeat, 15. 10. 143. & n. 19. 144.
Confiscatio an generalibus verbis transferri intelligatur, *ibid.*
Congiarium quid, in quo multi taxantur, 5. 22. 34.
* Consecrandi Imperatores mos, & ritus, 224.
Consideratio in id tantum cadit, quod agi intenditur, 9. 50. 60.
Consiliarii quomodo alias vocentur, 26. 21. 386.
Consiliarii quomodo præcedant Præsidentes Gameræ, 27. 24. 403.
Consiliarii quem ordinem servent in proferendis votis, 1. 10. 3. & 6.
Consiliarii sunt judices delegati, 17. 44. 177. & c. 26. 21. 387.
* Consiliarii doctissimi esse debent, 179.
Consiliarii status qui appellentur in constitutionibus, 26. 27. 388.
Consiliarii origine, & usu antiquissimi, 26. 29. 389.
Consilii appellatione Princeps venit, 27. 4. 397.
Consiliariorum munus, 26. 22. 387.
Consilium, & consistorium quid sint, & quid differant, 27. 27. 388.
Consilium indictivum, *ibid.*
Consilium æquiparatur Senatui, 17. 46. 177.
Consilium Neap. ab Aragonensibus institutum, 17. 45. 177.
* Consistorium, 282.
Constantinus Imp. qua natione fuerit, 6. 5. 41.
* Constantini renunciatio in favorem Ecclesiæ, 245.
Constantinopolis nova Roma dicta, *ibid.*
Consualia à Romulo instituta, & unde dicta, 13. 25. 113.
Consuetudo ubi non apparet servatur consuetudo viciniæ, 27. 22. 402.
Consuetudo civitatis attendenda est in toto comitatu, *ibid.*
Consuetudo optima legum interpres, 15. 18. 144.
Consuetudo in prærogativis attendenda est, 1. 12. 4.
Consul, bis, sive iterum, & ter Consul dici potest, 5. 13. 32.
Consules cur Cal. Januarii consulatum inibant, 5. 26. 36.
Consultationes Principi datæ à Judicibus ad libitum revocari possunt, 16. 9. 156.
* Quare, 159.
Consultationes in causæ expressione innituntur, 16. 11. 157.
Continui unde dicti, 26. 3. 378.
Continui si absque licentia discesserint Neap. amittunt Privilegium, 26. 1. 378.
* Contractui Principi damnoso non est standum, 285.
Corona, 23. 4. 272. & 397.
Corpulenti homines equo vehi Romanis non poterant, 24. 18. 320.
Cortegiare, & Cortegiani vulgarium vocum origo, 21. 24. 241.
Cortina, 27. 45. 414.
Creditor tenetur erogare impensas debitori pauperi, in vinculis detento, 10. 48. 71.
* Crimina quæ etiam post mortem vindicantur, 153.
* Cubiculum, 276.
* Culpa aliquorum aliquando punitur in omnibus provincialibus, 289.
Cuneatores Monetarii qui, 7. 6. 48.
* Curatores & tutores an possint transigere de rebus pupillorum & minorum, 202.
Curia unde dicatur, 7. 16. 51.
Curia D. Pauli, 10. 14. 67.
* Curia est una, licet plures sint Officiales, 287.
* Curia pro feudo, 293.
Curionis theatra, 13. 9. 108.
* Curiales cur sic dicti, 293. & successive eorum prærogativæ.
Curiales qui sint, & unde dicti, 17. 39. 175. & 138.

Digitized by Google

* Curiales originarii, & adventitii, 188. ubi de eorum poteſtate.
* Curiales ſunt civitatis conſiliarii, 189.
Ubi quod de nobilibus quinque Sedilibus Neap. intelliguntur.
* Curialium cum Baronibus comparatio, 293.
Currus triumphi Alphonſi I. ubi ſervatus, 11. 38. 82.
* Curſus publicus, 392.
Curſores, 25. 10. 357.
* Cuſtodiæ liberæ quæ eſſent, & quid à vinculis differrent, 88. & *ſeq.*

D.

* DAmnum modicum toleratur, *pag.* 201.
Damnati ad ultimum ſupplicium ducendi ſunt, unde ab omnibus videantur, 10. 28. 68.
Damnati quare puniantur in loco delicti, 10. 30. 68.
Damnati pununtur ubi aſpici poſſunt quo cæteri terreantur aſpectu, *ibid.*
* De eorum ſepultura, 152.
Damnati poſſunt à Cardinalibus obviam factis liberari, 18. 10. 194.
* Sicut olim Romæ à Veſtalibus virginibus, 199.
Debitores non ſolvendo addicebantur ſervituti creditoris ex l. 12. tab. 10. 47. 71. & 184.
* Decimarum inſtitutio, 344.
Decuriones durante officio an torqueri poſſint, 4. 4. 22.
In proprio oppido omnes præcedunt, 12. 54. 99.
Neap. multam imponunt circa comeſtibilia vendenda, 15. 17. 144.
* Defenſio omni jure conceditur reo, 187.
Degradatio ſive exauctoratio in graviſſimis tantum delictis locum habet, 26. 6. 380.
Delegati quos Commiſſarios vocant ad frumentum comparandum non ſunt mittendi, 24. 14. 318.
* Delinquentes efficiuntur ſervi pœnæ, 153.
Delictum unum pluribus pœnis vendicari poteſt, 9. 37. 60.
* Delictum non præſumitur ubi non eſt corpus, ut in Univerſitate, 288.
Deportandi facultas quibus Judicibus ſit conceſſa, 15. 24. 145.
Deportationis pœna civibus Romanis non rogabatur, 15 27. 146.
* Deportationum ſententiarum Tribunalium Regni Neap. praxis, *ibid. num.* 29.
* Deportatus poteſt à Principe reſtitui in integrum, 187.
Depoſita antiquitus Neap. ubi fierent, 4. 22. 26.
* Deſtinatio pro facto habetur, 281.
Dictiones incipientes ab archo, vel in eum terminantes, ſuperioritatem ſignificant, 12. 33. 96.
Digniora præferenda, atque à dignioribus incipiendum, 12. 46. 98.
Digniores *in concurrenti* numero præferuntur, 12. 3. 92.
Dignitas major per adeptionem minoris non amittitur, 27. 23. 403.
Dignitas diverſis reſpectibus, & loci major poteſt eſſe, vel minor, *ibid.*
Dignitas Religioſa omnibus major, 27. 35. 407.
Dignitas ſolo verbo à Principe confertur, 27. 39. 409. & *cap.* 18. 13. 195.
Diſci ludus qualis fuerit, 13. 43. 118.
Diſpoſitio facta per uſitatas notas ſive cifras valet, 6. 25. 45.
Divi fratres qui fuerint, 19. 15. 219.
* Sed verius, 224.
* Divites coguntur *mutuare pecuniam* pro emendo publico frumento, 337.
Doctor ſolo verbo à Principe creatur, 18. 14. 195. & 203.
Doctor qui viginti annos publice legit eſt Illuſtris, & Comitis titulum acquirit, 23. 42. 273.
Doctor utriuſque Juris præfertur Doctori unius tantum, 27. 20. 401.
* Doctoris & militis convenientia, 296.
Dominatores effeminatos Deus permittit ad pœnam populorum, 9. 16. 58.
Dominium acquirendum poſſeſſionem requirit, 18. 6. 192.
Dominium ſine apprehenſione acquiri poteſt, ſi conſuetudo id patiatur, *ibid.*
Domini titulus honoris ergo datus, 25. 20. 363.

Digitized by Google

* Dominus habet electionem, vel personale vel pecuniarium accipere servitium, 284.
* Dominus egenus est alendus à vasallo, 298.
Domino invito nemo potest ingredi aliena, 9. 4. 57.
Dominorum mutationes, 20. 15. 231. & 233.
* Domus cuique tutum est confugium, 282.
* Domus sacra, Dominica, Augusta, Divina, *ibid.*
Donarium quid, 5. 30. 39.
Donativum Principis liberalitas in milites est, 5. 21. 34.
Quo ritu fiat Neap. 23. 38. 269.
* Donativum absque Imperiali præcepto imponi non potest, 276.
Donum honorarium quod fuerit, 5. 31. 39.
Dulia adorationis species, 21. 1. 234.

E.

* Ecclesia quibus ex causis dirui possit, *cap* 5.
* Ecclesiasticæ, & sæcularis personæ in publicum congressio, 244.
Electorum civit. Neap. potestas, 332. & 343.
* Electores imperii Imperatorem deponere non possunt postquam elegerunt, 189.
Electorum Neap. facultas, & numerus, 24. 9. 315.
Egestas ex negligentia potissimum oritur, & est causa peccandi, 24. 8. 314.
Episcopi ubi sedent ut Canonici, non præferuntur cæteris Canonicis, 27. 26. 404.
Episcopi sunt de conf. Regis, 27. 30. 406.
Episcopi præcedunt titularios, 27. 31. 406.
* Epistola Principis, vim habet legis, 204.
Epulum Populo Romano quando dabatur ab Ædilibus, 13. 38. 116.
* Epidemetici qui, 279.
Equales dignitate in proprio territorio sunt majores, 12. 53. 99.
Equi Trojani opifex, 2. 11. 10.
Nomen proprium, *ibid.*
Equitatus solemnis Proregis Neap. ordo, 14. 1. 126.
Equites Sedilis Montaneæ D. Georgium venerationi habuerunt, 6. 11. 42.
D. Laur. sunt protectores, 11. 40. & *sequ.* 82.
Quare Sedile suum innovare nunquam voluerunt, 11. 49. 86.
Equites Sedilis Furcillæ quare y in insignia sibi elegerunt, 12. 46. 58.
Equites Hierosolimitani Religiosi sunt, & Clerici, & proinde in feudo non succedunt, 27. 27. 405.
Equites magnæ Crucis Episcopis comparantur, 27. 29. 405.
Equites Hierosolimitani ex professo primum invadunt hostes, 27. 37. 408.
Et suis privilegiis gaudent in omnibus Regnis Regis nostri; alii Equites non, 27. 33. 407.
Equorum tripudium à Sybaritis, inventum, 13. 57. 122. & 124.
Exautoratio, *vide* Degradatio.
* Exautorari quid sit, 290.
Exautoratis ubi Princeps residet, morari non licet, 17. 2. 162. & 178.
* Exabbas qui, 40.
* Excommunicati etiam post mortem absolvuntur, 153.
Excommunicatio solo verbo à Papa aboletur, 18. 14. 195. & 203.
* Exemplum Præfecti omnes imitantur, & haberi debet pro jussu, 5.
Exilio damnatus exulare debet tam à loco ubi damnatur, quam ubi Princeps residet, 12. 56. 100.
* Exministèr, 40.
* Exprapositus, *ibid.*
Exquæstor cur ita appellatus nova opinio affertur, 5. 15. 32.
Exquæstore, & quid genus alios pro quæstorio usurpari, 5. 12. 31. & 40.
* Exteri quando expellendi à civitate, 345.
* Extranei quando præferantur oriundis, 180.

Fa-

Digitized by Google

F.

FAbricenſes publici. ideſt armorum artifices privatis hominibus arma vendere prohibentur, *cap.11. num.20. pag.77.*

Faces accendi ſolitæ in judicandis cauſis ad augendam Magiſtratuum majeſtatem, 20. 2. 227.

Falcem immittere in meſſem alienam non licet, 11. 53. 88.

Fames memorabilis Romæ, 24. 7. 314.

* Familiares Regis quod jus habeant hoſpitandi, 297.

Familiaris quis dicatur, & quot privilegiis impertiatur, 14. 16. 130.

Familiaritas parit contentum inter ruſticos, non autem inter prudentes, 14. 15. 130.

Famoſæ perſonæ ſignandæ ſunt ad publicam utilitatem, 10. 50. 72.

Feciales qui ſint, 25. 9. 357.

Feriarum tempora quibus ociantur Magiſtratus Neap. 27. 50. 417.

Feriæ ſtativæ, & indictivæ, aut imperativæ quæ, *ibid.*

Ferra quibus Equus Trojanus factus fuit ubi viſa, 2. 17. 10.

Feudi inveſtitura ſolo verbo à Principe fieri poteſt, 18. 5. 192.

Feudis titulariorum alienandis requiritur Regis ipſius aſſenſus, 23. 40. 271.

* Feudum emptum an ſit feudum, 307.

* Fidejuſſio in commercio eſt, 189.

* Filii, patris mores ſectari præſumuntur, 5.

* Fiſci advocati, 392.

* Fiſci debitor ſi ſolvat Camerario non ſolvendo, non liberatur, 257.

Fiſci patronus in præſtandis votis adeſſe debet ſi ſecus ſententia nulla, 27. 25. 404.

Fiſci patronus in omnibus Tribunalibus ultimum habet locum, & quomodo ſuffragetur, 27. 47. 415.

Fiſcus quid ſit, 15. 32. 147. & 159.

Fiſcus eſt ultimus ſucceſſor omnium, 16. 14. 157.

Fiſcus attendere debet ne bona vacantia uſurpentur, *ibid.*

* Feſtum ineffabilis Corporis Chriſti, 249.

* Feſtum Sanguinis Divi Januarii, 248.

Forma, quæ ſunt de forma adimpleri debent, 25. 21. 364.

Formula Præſ. Præt. 14. 21. 133.

Formula Præfecti annonæ, 24. 13. 317.

Formula Viceregis, 14. 21. 134.

Forum quid ſignificet, 6. 16. 43.

Forum litigantibus commodum eſſe debet, 10. 34. 69.

Franciſci Connani erratum, 2. 4. 8.

Frumentarii qui dicantur, 24. 27. 226.

Frumentatores, ſive ſitones qui, 24. 25. 224.

Frumenti & panis inventor, 8. 7. 54.

Frumenti penuria ſeditiones in populo concitat, & exempla adducuntur, 24. 5. 313.

Frumenti convehendi ratio attendenda, 24. 28. 326.

Frumenti ad ubertatem comparandi modus commodus, 24. 15. 318.

Frumentum Neap. quo tempore carius conſtiterit, 24. 7. 314.

Frumentum advertendum ne transferatur ad hoſtes. Item & res aliæ uſui neceſſariæ, 24. 11. 316.

Fundator & dator rei ſuæ poteſt legem quam vult apponere, 11. 44. 84.

Furti *perquirendi mos antiquus*, 9. 7. 57. & 13. 58.

Furti manifeſti, & concepti per lancem & licium pœna, 9. 40. 61.

Furtivum inventum inditium eſt ad torquendum, 9. 5. 57.

Furtum conceptum, & furtum concipere quid ſit, 9. 1. 56.

Furtum conceptum per lancem & licium quod ſit, 9. 13. 58.

Furtum à quo cognoſcatur, *ibid.*

Furtum poteſt committi in ponderibus, & in libra, 9. 36. 60.

Furtum manifeſtum, & fur manifeſtus quis dicatur, 9. 39. 61.

* Futuro eventui conſulendum eſt, 301.

Gal-

Digitized by Google

G.

GAlli num à Trojanis provenerint, *cap.2. num.26. pag.13.*
Gemini celeſte ſignum, 10.5.66.
D. Georgius ad forum qui ſit Neap. 6. 3. 41.
D. Georgius Major Neap. à quo conſtructus fuerit, ubi natus, & ubi mortuus, *ibid.*
D. Georgius Anglorum patronus, ejus miracula quædam, *ibid.*
D. Georgii Templum olim Neap. Eccleſia metropolit. 6. 14. 43.
* Ejus cura ad Equites Sedilis Montan. ſpectabat, 46.
Gladiatores erant ſervi à Junio Bruto Romæ prius dati, 13. 34. 115.
Ad Gladium damnati qui dicebantur, *ibid.*
Gratiæ, quarum ſolus Princeps eſt diſtributor, ſolo verbo fiunt, 18. 16. 196.
Guidonerius qui ſit, 26. 8. 380.

H.

* HAbitatio venit cum alimentis, *pag.*278.
* Hæretici non poſſunt eſſe Reges, 5.
* Contra eos etiam poſt mortem inquiritur, & eorum oſſa vel effigies cremantur, 153.
Hebo Baccus Deus unde dictus, 20.15. 230.
* Aliis Sol dictus, 233.
Hercules uno anhelitu ſtadium cucurrit, 13. 15. 109.
Hieruſalem Regnum quare ad Neap. Regem ſpectat, 22. 5. 252.
Hiperdulia adorationis ſpecies, 21. 1. 234.
Homeri authoritas maxima, tempus, laudes, & patria, 3. 2. 14.
Homeri ſententiæ à Juriſconſultis allegatæ, 3. 4. 15.
* Homicidia non debent pecunia vindicari, 203.
Homo locum nobilitat, 12. 55. 100. & 104.
* Honeſtas nullum habet ſuperiorem, 304.
* Honeſtatis mulierum cauſa, ſunt publica conſtituenda loca, 279.
Honores & dignitates ſolo verbo à Principe conferuntur, 18. 13. 195. & 203.
* Hoſpitia Regi ſemper debentur, 291.
* Hoſpitia per tranſitum, nullius ſunt conſiderationis, 283.
* Hoſpitia quibus perſonis à jure remittuntur, *ibid.*
* Hoſpitia à quot diſtribuenda, 280.
* Hoſpitii ſanctitas, *ibid.*
* Hoſpitiorum aſſignandorum Præfectus, 281.
* Hoſpitia militum ſunt quoad poterunt cohibenda, & æqua lance diſtribuenda, 278.
* Hoſpitandi æquitas Romanis frequens, 279.
* Hoſpitia publica, & hoſpitia pia. Item & hoſpitia privata, 279. & 280.
* Hoſpitandi modus in Regno Neap. à Papa Honorio præſcriptus, 280.
* Hoſpitari auctoritate propria nemo poteſt, 279.
* Hoſpitandi jus eſt de regalibus, 297.

I.

JAni portæ belli tempore tantum aperiebantur, *cap.11. n.3. pag.*74. Et quare, 11. 8. 75.
Jani Templum ter clauſum uſque ad Chriſti adventum, 11. 7. 75.
Janua dicitur caput ædis, & ubi eſt caput, totum corpus eſſe cenſetur, 12. 40. 98.
Januarius mens, à Jano denominatus, & qua pingatur effigie, 11. 4. 75.
Janus cur geminus dictus, & cur biceps pingatur, *ibid.*
Janus, Cluſius, & Patulcius quare dictus, 11. 6. 75.
* D. Januarii ſanguinis celebritas, 248.
* Igne comburi ob quæ crimina damnetur, 153.
Ilium Trojæ metropolis, 2. 6. 8.
Illuſtres accuſari vel in jus vocari inconſulto Principe non poſſunt, 17. 42. 176. & 189.
* Ubi an poſſint condemnari vel à

Digitized by Google

dignitate moveri non expectato Principis jussu, 255.
* Nec torqueri, 274. & 275.
* Illustres prohibentur ducere uxorem plebejam, 275.
Illustres non puniuntur publice, 23. 14. 262. & 274.
* Illustres personæ jus hospitandi habent, 300.
* Illustris titulus aliis quam titulatis dari prohibitus, 308.
Illustres personæ absque scriptura in jus vocari non debent, 18. 2. 191.
Illustris, magnificus, & excelsus idem sunt, 19. 10. 213. & *cap.* 27. 16. 400.
Illustris, titulus est Regibus competens, *ibid.*
Ilus Ilium urbem à se denominavit, 2. 7. 8.
Imagines Principis aliquando adorari jussum, 21. 12. 237.
Imagines Principis loco asyli delinquentibus habitæ, 20. 6. 228.
Imagines Principis regnantis, in moneta excudi debent, 5. 6. 25.
* Imperator æquiparatur Lunæ, 245.
* Imperatoris & Papæ comparatio, *ibid.*
* Imperatoris salutandi ritus, 250.
Imperatores quibus in locis in jure dicantur divi, 19. 13. 217.
Cujus rei ratio affertur, 19. 15. 219.
* Imperatores quo ritu referrentur inter Divos, 224. & 225.
* Imperator habet stipendia, 278. & 297.
* Imperator an tangat scripturas in juramento præstando, 375.
* Imperatoris unctio & consecratio, 225.
* Imperium ibi censetur ubi residet Imperator, 286.
* Imperium transferre ad S. Pontificem spectat, 6.
* Imperium semper idem est & perpetuum, *ibid.*
* Imperium aliquando auctioni expositum, 281.
* Immunitas hospitiorum quibus personis detur, 302. & *infra.*
* Immunitas collectarum quando valeat, 284.
Incommoditas multa facit licita, quæ alias non licerent, 10. 41. 70.
* Indulgentia Principis in corporalibus pœnis locum habet, 200.
Indulgentia Principis in modica re nullus datur scrupulus, *ibid.*
Ingressus Archiepiscopi Neap. 21. 14. 238. & 242. longe diffusius.
Ingressus Viceregis Neapolit. 25. 16. 361.
Insignia Regum sunt insignia Regnorum suorum, 20. 13. 229.
Insignia Romanorum antiquitus Lupus, Minotaurus, Equus, Aper, & Aquila, 20. 10. 229.
Insignia Trojanorum Leo fuit, quo major pars nobilium Neap. utitur, 3. 20. 19.
Insignia Præf. præt. quæ fuerint, 20. 1. 226.
Insignia Imperatorum, & Regum, quæ sint, 20. 9. 229. & 232.
Insignia armorum, loco imaginum habemus hodie, 20. 7. 228.
Instrumentum si perdatur poterunt ea quæ continet probari per testes, 15. 39. 150.
Insula deportationis declaratur à solo Principe, 15. 29. 146.
Internuntius qui sit, 25. 11. 358.
* Interrex quot dies auctoratus esset, 179. *in fin.*
Investitura solo verbo à Principe fieri potest, 18. 5. 192.
Jostra ad campum apertum quæ sit, 13. 55. 122.
Jubentius Celsus Adriani assessor, 26. 19. 385.
* Judex qui se bene gerit in uno officio, debet à Principe ad digniora provehi, 374. & *seq.*
Judex curare debet ut capite damnati peccata confiteantur, 12. 24. 95.
Judex propria auctoritate deportare non potest, 15. 25. 146.
Judex qui debitam pœnam reo non imponit, ipse illam meret, 17. 4. 162.
Judex ob interceſſionem electus, impune olim occidi poterat, 17. 6. 163.
Judex à Cambyse excoriatus quod ob pecuniam inique judicasset, 17. 20. 168.

Ju-

Digitized by Google

Judex à Carolo II. suspensus ob pœnam in reum dissimulatam, 17. 4. 162.
Judex à Turcarum Principe necatus, quod ab altero litigantium lusciniam acceperat, 17. 21. 168.
Judex qui pecunia corrumpitur, efficitur infamis, 17. 25. 169. & 181.
Iudex qui justitiam vendit proditor est, & instar criminis læsæ Majestatis, est puniendus, 17. 26. 170.
Iudex qui injuriosis verbis aliquem compellat, vivus est cremandus, 17. 27. 170.
* Iudex post prolatam sententiam pœnam augere vel minuere non potest; ante autem potest etiam illam immutare ex causa, 199.
* Iudex nova pœnarum genera non potest excogitare, *ibid.*
* Iudex non debet suam sententiam de crimine latam statim exequendam curare, 200.
* Iudex remittit mulctam sicut Rex pœnam, 201. nisi essent acti Iudices ex suffragio.
* Iudices sunt immunes, 284.
* Et hospitari non tenentur, 297.
Iudices possunt mulctare, bona autem publicare non, 15. 15. 144.
* Iudices avari, 180.
* Iudices sævientes sunt cohibendi, 199.
* Nec enim iracundi nimis, nec nimis pii esse debent, *ibid.*
* Iudices non possunt sibi reservare facultatem redimendi condemnatos, 200.
Iudices apud Romanos nec prandium, nec vini amphoram poterant dono accipere, 17. 22. 169.
Iudices quomodo loquantur cum Prorege, 23. 34. 269.
Iudices quem ordinem teneant in proferendis votis, 1. 11. 3. & 6.
* Iudices an, & quando de criminibus componere possint, 203.
* Iudices quare sint nobiles, 296.
Iudicia criminalia quæ agi possunt per procuratorem, 23. 9. 261. & 274.
Iudicum corruptorum pœnæ variæ, 17. 25. 169.
Iudicum criminalium, & civil. nomina antiqua, 26. 25. 388.
Iudicibus publica salaria à quo primum constituta, 17. 22. 169.
Iudicibus furibus oculum digito eruere promptum esse, dicebat Alexander Severus Imp. 17. 26. 170.
Iulia familia à Iulio Æneæ filio, sive nepote denominata, 2. 21. 11.
Iulia multis regionibus, civitatibus, & legibus unique mens nomen dedit, 2. 22. 11.
Iuno cur dicta Moneta, 5. 1. 28.
* Iura transgredi licitum ob delictorum enormitatem, 201.
Iuramentum de bene administrando Neap. præstatur in Templo D. Laur. Romæ autem præstabatur in Templo Iovis Feretrii, 12. 51. 99.
* Iuppiter hospitalis, 280.
In jurisdictionibus transferendis Rex majorem sibi retinet, 15. 2. 142.
Ius civile à nobilioribus Romanorum addiscebatur, 17. 16. 166.
Iustinianus à Trojanis descendit, 2. 24. 12.
Iustitia quare cum libra pingatur, 9. 33. 60.

L.

LAici, rerum spiritualium Iudices esse possunt ex gratia Papæ, 27. 3. 406.
Lampada cursu tradere proverbium, quid significet, 13. 31. 114.
Lampades Vulcano, & Cereri sacræ, *ibid.*
Lampadis cursus Neapol. celebratus, & quo ritu, *ibid.*
Lanx quid sit, 9. 31. 60.
Latium cur sic dictum fuerit, 4. 13. 24.
Latria adorationis species quid, 21. 18. 234.
Latrunculi, furti damnati ignito ferro signantur, 10. 49. 71.
Legare quid sit, 25. 1. 352.
* Legatis quid dari jussum in transitu, 373.
Legati à Civitate Neap. ad Regem mittendi quomodo eligantur, 25. 20. 363.
Legati apud Romanos à quibus con-

Digitized by Google

ſtituerentur, & quot numero, 25. 9. 357.
Legati ubi hoſpitarentur à Græcis, & ubi à Romanis, & quomodo reciperentur poſt declinatum imperium, 25. 7. 354.
Legati, ſancti & inviolabiles ſunt, & ſi ab hoſtibus occiduntur, ſtatuæ publice ſunt illis dicandæ, 25. 4. 353.
Legati cur dicantur qui ad alios alterius nomine eunt, & quare appellentur Oratores, 25. 2. 352.
Legati honorarii qui fuerint, 25. 3. 352.
Legatorum duo genera, 25. 3. 352.
Legatorum inſignia, 25. 5. & 6. 354.
Legatio libera ſive honoraria abrogata, 25. 3. 352.
Legatio quibus circunſtantiis ſit decernenda, 25. 24. 365.
Legatio, nullius excuſationem admittit, *ibid.*
Legatis ex publico eſt ſubminiſtranda pecunia, 25. 19. 363.
Leges à quo primum inventæ, 8. 5. 54.
* Leges condere qui poſſint, 189.
* Leges æquiparantur armis, 296.
Leucoſia una ex tribus Sirenis, 3. 9. 16.
Lex 12. tab. de furto concepto per lancem & licium declaratur, 9. 35. 60.
* Lex Caſſia. de ſuffragiis ferendis, 47.
* Lex Oppia de luxu mulierum, 62.
* Lex Genutia de magiſtratibus, 180.
* Lex manilia de magiſtratibus inſtituendis, *ibid.*
* Lex muneralis de muneribus non recipiendis, 181.
* Lex frumentaria, 331. & 334.
* Lex ſumptuaria, 332.
* Lex Papia, 346.
Libellus Viceregi porrectus, litis conteſtationem non facit, 18. 4. 191. & 198.
Libellus unde dictus, & ejus multiplex ſignificatio, 26. 18. & *ſeq.* 384. & *ſeq.* Per libellum expediri non poſſunt quæ cauſæ cognitionem requirunt, *ibid.*
* Liberos procreare & educare, munus eſt publicum, 277.
Libri ſine authoris nomine adi non poſſunt, 23. 5. 260.
* Libri ſcholarium æri alieno non ſunt obligati, 185.
Licium quid ſit, 9. 34. 60.
Lictores tenentur ferre ſignum ſui officii, 9. 9. 57.
Lictores quo ritu antiquis præirent Magiſtratibus, 3. 10. 57.
* Limenarchæ qui ſint, 186.
Literas græcas quis invenerit, 12. 44. 98.
* Literæ probatoriæ manu Principis ſunt ſubſcribendæ, 47.
Literæ familiaritatis ab Aragonenſibus abrogatæ, 250.
* Literæ fiduciariæ, 374.
Locumtenens R. C. qui vocetur in conſtitutionibus & à quo primum inſtitutus, 26. 24. 387.
* Locus ſacer ſi diruatur an & quando remaneat ſacer, 5.
Locus illuſtratur ex Principis præſentia, 12. 58. 100.
Item ab homine, 104.
* Loca quando mulctentur, 288.
Lubrierii monetarii qui, 7. 6. 49.
Ludi arundinum, & caruſellorum quo ritu fiant, 13. 53. 121.
Ludi Romæ celebres, 13. 26. 113. & 123.
Ludi à quo primum inſtituti, 13. 25. 113.
Ludi Apollinares quando celebrarentur, & unde dicti, 13. 27. 113.
Ludi *Circenſes quibus dicati*, à quo inſtituti, quare *ſic dicti*, & *quæ* leges de eis mentionem faciant, 13. 25. 114.
Ludi compitalitii Romæ primo celebrati, & unde, 13. 25. 113.
Ludi funebres ab Achille cepti, publice fieri interdicti: tandem penitus prohibiti, 13. 34. 115.
Ludi gladiatorii Neap. jam diu in uſu fuerunt, & quid à venatoriis differant, 13. 36. 115.
Ludi Gymnici quot modis celebrarentur, 13. 20. 110.
Ludi quare dicebantur ſacri, à quo inventi, & quare ſic dicantur, *ibid.*
Ludi illuſtriores apud Græcos qui, & quid proponeretur in præmium, 13. 23. 111.

Digitized by Google

Ludi juvenales à juvenibus fiebant, & quare, 13. 40. 116.
Ludi Neap. ad præsentem diem in usu, 13. 48. 119.
Ludi Megalenses à Iunio Bruto instituti, quare sic dicti, & cur servi in iis interesse non poterant, 13. 26. 113.
Ludi liberales sive Bacchanalia quo tempore quove ritu celebrarentur, 13. 27. 113.
Ludi piscatorii, & navales Romæ, & Neap. celebres, 13. 60. 123.
Ludi plebei unde ortum habuerint, 13. 38. 116.
Ludi scenici unde dicti, & quare instituti, *ibid.*
Ludi seculares à pueris, puellisque celebrabantur centesimo quoquo anno, 13. 39. 116.
Ludi Theatrales prohibentur fieri in Ecclesiis, 13. 4. 105.
Ludi Quirinales Capitolini Taurii quibus dicati, & quando instituti, 13. 33. 115.
Ludi votivi tribus ex causis celebrabantur, 13. 38. 116.
Ludi omnes, ex Romanis ad nos devenerunt, 13. 58. 122.
Qui occiditur in publicis Ludis casu, non vindicatur, 13. 54. 12.
* Ludi Romæ coarctati, 124.
Lunæ & Solis congressio, 245.

M.

* Magister epistolarum, *pag.* 391. *in fine*.
Magistratum tria faciunt, 5. 2. 37.
Magistratum offendens Regem offendere censetur, 27. 10. 399.
Magistratus in provincias absque fœminis proficisci monentur, 9. 17. 59.
Magistratus Neapol. in rebus publicis decernendis ad Tribunal D. Laur. conveniunt una cum primoribus Civitatis, 12. 50. 99.
Magistratus Principi non obtemperantes, vitam, & substantiam amittunt, 15. 13. 143. & 183.
Magistratus delinquentes non possunt abdicare se Magistratu ut puniantur tamquam privati, 15. 14. 144.
Magistratus gravius puniuntur quam privati, dicuntur fures, notantur infamia, inter præbejos numerantur, & exautorantur, & ubi Princeps residet demorari non possunt, 17. 1. & 2. 161.
Magistratus Principes sunt Civitatis, 12. 18. 95.
Magistratus in Provincia suæ jurisdictionis matrimonium contrahere prohibentur. Item, & eorum filii, 17. 8. 164.
Magistratus Athenis prohibebantur bibere vinum tempore administrationis, 17. 9. 164.
Magistratus ex nobilioribus Civitatis sunt eligendi, 17. 15. 166. & 180.
Magistratus, qui fiscales extorquent pecunias quomodo mulctentur, 17. 25. 169.
* Et ad plenum, 181.
Magistratus soli argentata carruca uti poterant, 20. 3. 227.
Magistratus ab omnibus salutandi, 21. 13. & 16. 237.
Magistratus, pars sunt corporis Principis, 27. 4. 396.
Magistratus una cum Regibus instituti antiquissima origine, *ibid.*
Magistratus Majestatem habere dicuntur & quales sint eligendi, 27. 8. 398.
Magistratus jusjurandum singulis annis iterant, 27. 14. 399.
Magistratus illustres sunt, & sacri, & in loco suæ jurisdictionis Cives efficiuntur, 27. 16. 400.
Magistratus primo electi nec possessionem nacti an præferantur iis, qui posterius eliguntur prius munus obeunt, 27. 40. 409.
Magistratus quando conveniant in Collat. & in suis tribunalibus, 27. 46. 415.
Magistratus Neap. quomodo & quando congregentur ad jus reddendum, 27. 49. 417.
* Magistratus etiam ob leviſſimam suspicionem possunt aliquem conjicere in carcerem, 89.
* Magistratus sunt eligendi ob meri-

Digitized by Google

ta, non ad preces, 179.
Magiſtratus apud Ægyptios vinum bibere non niſi taxata menſura poterant, *ibid.*
Magiſtratus cum ſuum votum dixerint coram Vicerege, cur illius ſe ſententiæ remittere dicant, 204.
Magiſtratuum antiquorum cum hodiernis difficillima comparatio, 14. 2. 126.
Magiſtratuum electio de Regalibus eſt, 27. 3. & 8. 396. & 358.
Magiſtratuum cum titularibus altercatio de præcellentia, 27. 6. 397.
Magiſtratuum uſus magis neceſſarius quam titulariorum, 27. 10. 399.
Magiſtratuum poteſtas maxima, 27. 12. 395.
Magiſtri militum officium, 22. 10. 253.
Magiſtri officiorum dignitas & authoritas, 26. 31. 350.
* Magiſtri Portulani, 186.
Magiſtri Rationales Siclæ quare ſic dicti, & ex illuſtribus familiis olim eligebantur, & eorum authoritas, 7. 3. 48.
Magna Curia Vicariæ, vide infra Vicariæ.
Majuma Ludus apud Romanos qualis fuerit, & Majum apud Neap. 13. 58. & *ſeq.* 122.
* Majorum actio noſtra inſtructio, 259.
Magnificus, & illuſtris idem eſt titulus, 27. 16. 400.
Majeſtas quid ſit, & in quos cadat, 17. 43. 176. & 19. 16. 219.
Mandatum Regium quando interponatur, 188.
Manumiſſio fit à Præt. etiam cum it in Theatrum, 13. 4. 105.
Manus oſculatio honorifica, & antiqua eſt ſalutatio, 21. 11. 237.
Marci Scauri theatrum, 13. 5. 108.
* Mareſcallus qui, 279.
Maris Præfectus à quo primum inſtitutus, 26. 30. 386.
Marmoribus, & æri ab antiquo literis inciſis præſtatur fides, 12. 9. 93.
Maſtigophori qui Mazzerii vulgo dicuntur quibus comparentur ex antiquis, 20. 8. 228.
Matricula quid ſit, 26. 10. 381. & 391.
Maza quid ſit, 25. 7. 354.
Menſarii, ſive Menſularii officium, 4. 23. 26.
* Menſores, 279.
Menſura paſſus Neap. ubi ſervetur, 7. 13. 51.
Menſuræ Archetypæ ubi conſtitui debent, *ibid.*
Menſuræ à quibus cognoſcantur, 8. 9. 55.
Menſurarum formulæ Neap. ubi reſideant, 7. 10. 50.
Menſurarum quotuplex genus, *ibid.*
Menſurarum & ponderum jus cujus ſit imperii, 7. 16. 51.
Mercatores in repub. neceſſarii, 24. 24. 314.
* Mercatorum immunitas, 305.
* Mercatura quæ ſit, 340.
Meſſanenſium, & Brundufinorum antiquatum *privilegium*, 7. 7. 49.
* Metropolis præ cæteris reliquis univerſitatibus, 285.
* Metati, qui, 279.
* Militaris annona primipilus appellatur, 5. 17. 33.
* Miles qualis eſſe debeat, 343.
* Militum immunitas, 302.
* Milites ubi ſtipendia merent ſunt cives, 185. & 303.
Miles ſi militariter non vivat an gaudeat privilegio, 295.
Miles ſeverius punitur quam paganus, 15. 12. 143.
* *Miles punitur ut nobilis*, 256.
* Militia quæ ſit neceſſaria, 277.
* Militaris actionis celeritas, 279.
* Milites aurei velleris ſolum Regem judicem habent, 275.
* Milites ſunt filii reip. 277.
Milites retenti hodie loco veteranorum, 22. 15. 254.
Milites ſi moriantur abſque hæredis ſucceſſorem habent ſuam legionem, 26. 13. 382. & 187.
* Milites ſunt continue militariter exercendi, 124.
* Milites exautorati intra centeſimum milliare ab urbe exulabant, 178.
Militum ſtipendia, numeros, victus, qui fraudaverit quomodo caſtigetur, 183.
Milites quanam cauſam priventur ſtipendiis

Digitized by Google

pendiis, 185.
Milites partes sunt civitatis & veri cives, & filii, *ibid.*
Militia manus est reip. *ibid.*
* Milites non inquiruntur ex processu informativo sed ordinario, 186.
* Militum juramentum, 277.
Milites in transitu nil possunt accipere nisi soluto pretio, 278.
* Militibus ultra stipendia nil debetur, *ibid.*
Militum transitus brevi tempore est præscriptus, 179.
Milites in hospitiis signum habebant, 280.
Milites non possunt compellere cives ad aliquid ipsis vendendum, *ibid.*
Militum temeritas, *ibid.*
Milites referendi in numeros mos Neap. 296.
Milites de una in aliam copiam transire non possunt sine jussu Principis, *ibid.*
* Ministri mali, Principes corrumpunt, 6.
Minos Rex Cretensium ter in anno circumferendas curabat leges ut asservarentur, 14. 20. 129.
* Minor per procuratorem agere debet, 274.
Missilia quæ, à quibus jaciebantur, & unde promebantur, 5. 25. 35.
Modicum in persona multum est in rebus, 15. 9. 143.
Moneta Iuno cur dicta fuerit, 5. 1. 28.
Moneta materiæ puritatem requirit, 5. 4. 28.
Monetarii apud Iustinianum qui dicantur, 5. 3. 28.
Monetariorum nomina, 7. 6. 49.
Monetæ templi Romæ author, 5. 2. 28.
Monstra Militum quomodo latinis dicta, & quomodo Græcis, & quis ejus author, 26. 9. 381.
* Mora longa quæ sit, 298.
* Mors omnia solvit, 153.
Mortui ab antiquis post tumulationem salutabantur, 21. 21. 240. & 250.
Mortuus alicubi repertus indicium facit ad torquendos eos, qui ibi fuerint, 9. 6. 57.
Mulcta, magnam personam etiam coercet, 15. 7. 143.
Mulcta quæ à delinquentibus extorquetur in opera publica est convertenda, 15. 4. 142.
Mulcta quæ dicatur minima, & quæ maxima, 15. 5. 142.
* Mulcta remittitur à judice, pœna à Rege, 201.
* Mulierum immunitas, 304.
Mulieres viros extraneos antiquitus aspicere prohibebantur, 9. 14. 58.
Mulieres postulare non possunt ob pudicitiam, *ibid. num.* 15.
Mulieres in publicum carcerem includi non debent, sed in monasterio servari; in causis criminalibus possunt esse in judicio per procuratorem: liquidant instrumentum in Ecclesiis; non debent in publicis se præsentare conspectibus, nec per civitatem vagari; non debent audiri à magistratibus; non coguntur ire ad petendum absolutionem à Summo Pontifice ob periculum pudicitiæ: non licet ferre corpora ad sepelliendum; in Ecclesiis ab hominibus sejunctæ manere debent, in chorum ingredi, ac Sacerdotibus ministrare prohibentur; in Ecclesiis cum organo canere non possunt, 9. 17. & *seq.* 59. & 62.
Mulierum ornatus à Romanis taxatus, 63.
Mulierum honestati consulendum, ubi de hac re aliqua, *ibid.*
Munera à magistratibus non accipienda, 17. 23. 169. & 181.
Munera, & spectacula varii generis fuisse, 5. 29. 37.
Munitionerius qui sit, 11. 23. 78.
* Muri civitatum cujus ære ædificandi, 348.
Mutatione loci, status personæ non mutatur, 27. 34. 407.

N.

NAtionum qualitates Princeps scire debet, *cap.* 1. *num.* 2. *pag.* 1.
* Nationum vis bonum & malum parit, 289.
Neapolim, Trojanos, vel Græcos condidisse

Digitized by Google

didisse omnes consentiunt, 1.1.1.
Neapolis quare sit omnino immunis, 1.13.4.
Neapolis, & Romæ tractatus varii promittuntur, 1.6.2.
* Earum conformitas, 46.
Neapolis ad Christianam Fidem per D. Petrum convertitur, 22.38.97.
Neapolis in quot Parochias dividatur, & subdividatur, 6.19.43.
Neapolis, antiquissimum nomen est nostræ urbi, 13.42.118.
Neapolis diversis usa insignibus, diversis temporibus, 20.14.229.
Neapolis à Rugerio Regni titulo insignita, 24.2.310.
* Neapolis Camera Imperii à Constantino electa, & ab hospitiis immunis, 280.
* Neapolis aliquando hospitalis & vectigal fuit, *ibid.*
* Neapolis quando hospitari compellitur, 281.
Neapolis quare magnum contraxit debitum, 286.
Neapolis Regni usque ad Austrienses Dominii mutationes novem, 1.3.2.
* Neapolitani quomodo jus civitatis probent, 303.
Neapolitani ludos quinquennales jussu oraculi celebrabant, 13.18.110.
Neapolitanorum causæ licet criminales sunt in Tribunal. terminandæ, 18.19.197.
Neapolitanus sermo variis immixtus exoticis dictionibus, 6.18.43.
* Necessitatis tempore omnia sunt communia, 285.
Negligens expellitur ab officio, amittit salarium, & capitaliter punitur, 17.3.162.
Negligentia mater egestatis, 24.8.114.
* Negligentia committi solet in rebus communibus, 46.
* Negotiatio licita, 340.
Nero in Theatro Neap. cecinit, 13.1.105.
Nero à Trojanis descendit, 2.22.13.
* Eorumque sanguinis ultimus, 14.
Nidus, & Capuana decuria quare utantur Equo in insignibus, 12.49.99.
Nobiles qui [illegible] unde [illegible], 23.1.259.
Nobiles proditionem committentes amittunt nobilitatem, 3.1.17. Item & propter furtum.
* Nobiles à Rom. Imperatoribus [illegible] in præfecturas non eligebantur, 180.
Nobilitas divisa in Sedilia sive decurias adhuc una censetur, 12.61.100.
Nobilium promissa pro factis habentur, 18.15.156. & 204.
Nobiliores semper præferuntur, 25.15.360.
* Nobilioribus major fides adhibetur, 204.
* Nola, 280.
Nomen retinetur etiam facta transmutatione exercitii, 10.15.67[illegible]
Nomen, rei consequens esse debet, [illegible]
* Nomenclator, 201.
Nominis quæstio pertinacibus relinquenda, 4.9.23.
Nomophylax apud Græcos idem erat, qui apud Latinos Præf. præt. 14.10.129.
Notarii unde dicti, 6.24.45.
Eorum privilegia, 22.12.25[illegible]
Notæ quæ sint, & quid à singulis distent, 6.23.45.
Notæ ad quid inventæ, 6.24.45.
* Nova militia, quam Battalionem dicunt, a quo *instituta*, 187.
Numismata Saturni quæ fuerint, 4.15.25.
Numeratio focorum professio dicitur, 9.34.62.
Numulariorum officium, 6.23.45.
Nuntius quis dicatur, 25.10.357.
Nutus, vel capite vel humeris fieri dicitur, 18.7.192.

O.

Obedientiæ vis, & virtus, *cap.15. num.30. pag.147.*
* Obligatio generalis non comprehendit civitatem in qua est titulus, 285.
Obsequium in alios multis fit modis, 21.13.237.

Digitized by Google

Observatio diuturna ob causam mutari potest, 1. 4. 2.
* Occasio incogitata novam militiam parit, 288.
Octavianus à Trojanis descendit, 2. 23. 12.
Ocularis inspectio omnem superat probationem, 12. 8. 93.
Oliernus Cutonus Eques Sedilis Montaneæ Neapolis Dux, Amalphitanis privilegium immunitatis Neapolitanorum concessit, quo adhuc utuntur, 12. 21. 95.
* Opera publica à quibus reficienda, 287.
Orator quis proprie sit, 25. 9. 357.
Orator non tenetur hostes revereri, *ibid.*
Orator cur dicatur qui ad alios mittitur, 25. 2. 352.
Orchestra quid, 13. 12. 109.
Ordo comitiorum celebrandorum Neapoli, 11. 25. 78.
Officia plura uni non sunt concedenda, 17. 14. 165. 180.
Officia in eadem domo non sunt continuanda, sed æqualiter etiam per vicos distribuenda, 17. 10. 164.
Officia omnia erant annalia, & quanto sublimiora, tanto brevius ab uno administrabantur, *ibid.* & 179.
* Officiorum diversitas, Remp. ornatiorem reddit, 180.
Officiales supremi quomodo à Vicerege de delictis cognoscantur, 17. 40. 175.
Officiales inconsulto Principe accusari non possunt, 17. 42. 176.
* Officiales approbatos solus Rex amovere potest, 188.
Officialium Civitatis Neap. creandorum ritus, 23. 22. 264.
Officialis, uno discrepante ex Civibus refirmari non potest, 17. 12. 165.
Officialis ad beneplacitum creatus censetur perpetuus, 17. 13. 165.
Officialis est Civis loci ubi jus dicit, 17. 18. 166.
Officialis ex nobilibus fieri interest reipubl. 17. 19. 167.
Officialis delinquens à Mag. Cur. Vic. cognoscitur, 17. 33. 172.
Officialis perpetuus loco syndicationis subjacet visitationi singulis quindecim annis, 17. 34. 173.
Officialis via ordinaria est ab officio movendus, 17. 36. 173.
Officialis ob baractariam durante officio puniri potest, 17. 37. 174.
* Officiali decedenti sine hærede succedit collega, 391.
* Onus quod à pluribus fertur facilius sustinetur, 284.
Opera publica alterius nominis inscriptionem quam Principis, aut cujus expensis facta sunt, non admittunt, 11. 43. 84.
Oppida sunt à Metropoli cogenda ad comparandum sibi victum annuum, 24. 16. 319.

P.

* Palatia in Civitate Regi assignata publicæ commoditatis gratia, 72.
* Palatia magna, in urbe habere soli Principi licet, 281.
* Palatia Principum non sunt parietibus privatorum coarctanda, 282.
Palatium Papæ & Imperatoris sacrum *ibid.*
Pales quare pastorum Dea sit habita, 13. 17. 110.
Palestra quid sit, & unde dicatur, & à quo inventa, 13. 16. & 19. 110.
Palilia festa Pali Sacra, 13. 17. 110.
Pan unde dictus, 8. 7. 54.
Panis, & frumenti inventor, *ibid.*
Panis ex herba à Julio Cæsare confectus, & ejus herbæ nomen, 24. 6. 313.
Pancratii & Pentathli, item Pancratiastæ, & Pentathli differentia, 13. 45. 118. & 119.
Pancratium, & Pancratiaste quid, & unde dicantur, *ibid.*
Paninonia, & Panathenaica festivitates Græciæ quomodo celebrarentur, 13 24. 113.
Papa habet gladium temporalem, & spiritualem, 22. 7. 252.
Papa solo verbo excommunicationem delet, 18. 14. 195. & 203.
Sicut, & solo verbo facit sacerdotem vel episcopum, *ibid.*

Digitized by Google

* Papa æquiparatur Soli, 245.
* papæ & Imperatoris comparatio, *ibid.* & 246.
Papinianus instar equi Trojani à Bucco describitur, 2.16.10.
Papinianus Regens Cancell. apud Severum Imp 26.16.283.
* Parentum propter filios immunitas, 304.
Paricida, vel Parricida unde deducatur, 26. 26. 388.
Paritas votorum quomodo terminanda de jure, 25.27.369.
Paritas in materia gratiosa finitur ex Principis gratificatione, *ibid.*
Paritas votorum in votis magistratuum singulorum tribunalium Neapol. quomodo finiatur, 25. 28. 370.
Et quomodo in suffragiis sedilium, 25. 29. 371.
Parthenope ante excidium Trojæ condita fuit, 3.21.19.
Patriarca summus patrum, 12. 26. 96.
* Patronus egenus est alendus à liberto, 298.
Patricii in sacris constitutionibus, quos ex nostris denotent, 26. 28. 389.
Patrimonium Civitatis Neap. quare in Tribunali D. Laur. servetur, 12. 6. 93.
* Pauperibus sunt procuranda exercitia, 345.
* Pauperum immunitas, 304.
* Parum & nihil æquiparantur, 300.
* Patroni sunt præ aliis honorificandi, 249.
Peccatum gravius est in persona digniori, & proinde severius puniendum, 15. 11. 143.
Pecunia in ædibus sacris servari solita, 4.17.25.
* Pecunia quando primum cudi cœperit Romæ, 39.
* Pecunia secundus sanguis, 300.
Pecuniam fiscalem si quis minister surripuerit aut quoquomodo fraudaverit qua pœna plectatur, 17.25.169. & 181.
Pecuniæ fiscalis distribuendæ Neapol. usus & praxis, 15. 37. 148.
Pecunia fiscalis non potest dari mutuo, nec fenori ab administratoribus, 15. 38. 149.
Pelagonia regio in Sicilia, 10. 2. 65.
* Penitò quibus detur, 257.
Pentathalon, & Pentathli, quid fuerint, & unde [illegible] 13. 24. 118.
Penuria seditiones concitat, 24. 5. 313.
Pergama arces Trojanæ, & ad earum exemplum quæcumque excelsa ædificia dicuntur, 2. 8. 5.
Periodi victores qui fuerint, 13. 47. 119.
Perquisitio rerum furtivarum in suspectis domibus quomodo facienda, 9. 3. 57.
* Persona loquentis semper excipitur, 285.
* Personæ publicæ, testium vicem supplent, *ibid.*
* Personæ in dignitate constitutæ non possunt torqueri sine jussu Principis, 256.
* Personæ quibus datur immunitas hospitiorum, 303.
D. Petrus ad Aram Neap. cur dictus, 12. 39. 97.
* Pistea mortua, quibus detur, 257.
Pluto summanus dicitur, & quare, 12. 12. 93.
* Pilentum quale esset, 62.
Piratarum bona tempore quo piraticam exercent prædari possunt, 12. 31. 96.
Piratæ ter in anno à Papa excommunicantur, 12. 32. 96.
Pyrrhicha quæ sit, unde dicta, & ad quid inventa, 10. 10. 66.
Ponderatores, 7. 6. 49.
Ponderum, & mensurarum cognitio, ad Tribunal Siclæ pertinet, 7. 5. 49.
Pœna in servos, liberos, & milites varia, 9. 11. 58.
Pœna datur ad exemplum aliorum, 10. 29. 68.
Pœna pecuniaria ab ordinariis tantum Judicibus imponi potest, 15. 4. 142.
Pœna ex crimine descendens facilius remittitur à Principe, quam res aliena donatur, 15. 33. 147.
* Pœna capitis quæ sit, 181.
* Pœna corporalis post latam sententiam

Digitized by Google

tiam à Principe remittitur, 200.
* Pœna omnis in Principe est arbitraria, *ibid.*
* Pœnæ electio datur damnato à Principe, 201.
* Pœna remittitur à Rege, mulcta vero à Judice, *ibid.*
* Pœnarum commutatio Principis voluntati relinquitur, 202.
Pollux, ex ovo natus, 10. 12. 67.
Pontifex Max. omnium est Judex ordinarius, 15. 3. 142.
Pontifex septem in partibus osculatur adorando, 21. 9. 236.
Pontificis, & Regis interest subditorum nationes scire, 1. 2. 1.
Porcus Trojanus quis fuerit, 2. 14. 10.
* Porcaciorum cursus publicus, 392.
Porta Nolana Neap. quare sic dicatur, 12. 36. 97.
Porterii, qui vulgo dicuntur, genus lictorum sunt, 9 12. 58.
Porticus sunt constituendæ prope Theatrum, & quare, 13. 13. 109.
Portis Civitatis, Capitanei ad guerram ex equitibus præficiuntur, 12. 65. 101.
* Posentator, idest Nomenclator, 281.
Prandia legatorum debent esse secundum loci mediocritatem, 25. 7. 254. & *seq.*
Præcellentia consistit in administratione, & authoritate, 27. 13. 399.
Præconis vox paucis innotescit, 11. 33. 79.
* Prædia militaria, 277.
Præfectura, 14. 5. 127.
* Præbendæ clericorum ære alieno non sunt obnoxiæ, 185.
* Præeminentia Mag. Cur. Vic. 187. & *seq.*
Præfectus annonæ egestatis tempore creandus, 24. 8. 314. & 332.
Præfectus annonæ mulctam imponit circa comestibilia, 15. 17. 144.
Præfecti annonæ tres in Regno creati, 24. 12. 316.
Præfectus annonæ Tribunali electorum præest, 24. 13. 317.
Præfectus præt. qui sit, 14. 18. 127.
Præf. præt. à Pharaone Ægypti Rege originem habuit, 14. 10. 129.
Præfect. præt. ab Imperatoribus excogitatus ad instar magistri militum, 14. 11. 129.
Præfect. prætor. ad tempus creabatur quemadmodum hodie Prorex, 19. 1. 206.
Præfectus præt. Regi comparatur ab aliquibus, 19. 2. 206.
Præf. præt. quibus titulis decoretur in jure, 19. 10. 213.
Præfect. præt. tempore Romuli quis esset, 14. 13. 130.
Præfect. præt. quare fuerit Imperatori adjunctus, 25. 30. 372.
Præfect. præt. ab Augusto primum institutus, 14. 14. 130.
Præfect. præt. ex fidelitatis experientia ab aula Principis ad Provincias regendi mitti cœpit, 14. 15. 130.
Præfect. præt. quomodo designaretur, 14. 17. 131.
Præfecti præt. quot essent per Imperium Romanum, *ibid.* & *num.* 18.
Præfect. præt. Principis personam repræsentat, 14. 20. 131.
Præfect. præt. publicandi bona potestatem habet, 15. 16. 144. & 138.
Prælati nomen longe se extendit, 27. 28. 405.
* Prælati sunt honorificandi à Principe, 246.
Prærogativas magnificare omnibus licet, 27. 2. 396.
Præsidens Sacro Cons. à quo primum institutus, & quomodo vocatus antiquis, 26. 22. 387.
Præsidentes R.C.S. quibus nominibus appellentur in sacris constitutionibus, 26. 23. 387.
Præsidentes R. C. quomodo cum Consiliariis procedant, 26. 24. 387.
Præsumptio potest fieri ex præsenti de præterito, 12. 7. 93.
* Pretium rebus venalibus à quo imponendum, 332.
Prætorium diverse sumitur in libris digestorum ac in lib. codicis, 14. 8. 127.
Primipilaris vel Primipilarius, & Primipilus quis dicatur, 5. 17. 37.
Primitiæ, & rogationes cui primum factæ fuerint, 8. 6. 54.
* Princeps potest Judici mandare ut sic judicet, 203.

Digitized by Google

Principis epistola vim legis habet, 204.

Principem rebus tantum gratiosis intendere decentius esset, criminosas omnes ad magistratus relegando, & quare, *ibid.*

Princeps Sacerdote inferior, 246.

Principes eligunt sibi urbes quas præcipue inhabitent, 281.

Princeps de suo reficere debet immunitatem alicui concessam in gravamen alterius, 284.

Princeps tenetur de suo resarcire latronum rapinas, 297.

Princeps onere patrimoniali non excusatur, 298.

Princeps quam potestatem habeat in populos, & quas ob causas Regno privetur, 6.

Princeps Religionis est assertor & vindex, 154.

Princeps non præsumitur velle derogare juribus fisci, *ibid.*

Princeps majorem partem sui Consilii convocare tenetur, 179.

Princeps solus sententiam libello difformen ferre potest, 198.

Principis sola præsentia nobilem facit, *ibid.*

Princeps potest post latam sententiam à Judice impositam pœnam commutare, 199.

Princeps potest rescindere sententiam jam transactã in rem judicatã *ibid.*

Princeps post latam sententiam pœnam corporalem remittit, item & deportatum restituit in integrum, & sententias inferiorum judicum solo verbo irritat, 199.

Princeps omnem pœnam facit arbitrariam, *ibid.*

Princeps non præsumitur indulgere improbæ actioni, 200.
Sed in corporalibus pœnis plus quam in pecuniariis indulgere potest, *ibid.*

Princeps à quibus legibus sit solutus, *ibid.*
Et à quibus rebus se abstinere debeat, *ibid.*

Princeps pro aliquo intercedere non debet ad Judicem, *ibid.*

Princeps plenitudinem habet potestatis, 203.

Princeps solo verbo facit Doctorem, *ibid.*

Princeps quando subditos defendere non tenetur, 287.

Princeps miles est, 297.

Princeps, 274.

Principis præsentia nulla facit timeri mala, 300.

Princeps non est solutus à lege contractus, 335.

Princeps quomodo dicatur dominus mundi, 336.

Princeps tenetur subditos alere, *ibid.* & 343.

Princeps quæ possit ipse solus facere, & quæ non, 376.

Princeps debet procurare exercitia pauperibus, 345.

Princeps solo verbo condemno, vel *absolvo sententiam dicit*, 18. 4. 191.
Item nutu, & præsentia, 18.7.192.

Princeps invalidos restaurat actus, 198.

Princeps Judex est, & ordinem judiciarium servare non tenetur, 18.8. 193.

Princeps omnium judicum supremus est, 297.

Princeps libelli vires egredi potest, & ipsum supplere, & publice audientiam præstare debet, 25. 22. 359.

Princeps omnes ad se potest evocare, 25. 26. 369.

Princeps secundum conscientiam judicare facultatem habet, ibid.

Princeps lex est animata, & quasi quidam Deus corporalis, *ibid.* & 299.

Princeps cur dicatur habere leges in scrinio pectoris, 27. 8. 398.

Princeps authoritate absoluta uti potest, si bono publico expedit, 18.18. 197.

Princeps procurare debet ne delicta patrentur, 27. 3. 396.

Princeps caput est Consilii, *ibid.* & 402.

Princeps quando consulendus est, 4. 5. 22.

Princeps tenetur itinera reddere tuta, 10. 33. 61.

Princeps suo exemplo populos, vel bonos, vel malos reddit, 5.

Prin-

Digitized by Google

Principis mandatum non potest probari per testes, 15. 43. 150.
*Principis mandatum quomodo intelligatur, 154.
Principis voluntas justam habere causam præsumitur, qui secus dixerit sacrilegus esto, 15.44.150., & c.27. 18.401.
Principis copiam populo fieri reipub. interest, 21. 24. 241.
Principis limina dignitatem habere dicuntur, 26.5.379.
Principis integritatis & justitiæ optimum exemplum, 24.19.321.
* Principis est sublimare, 139.
Principi proximus esse, honor est, 27. 1. 396.
Principem adire per saltum quibus concedatur, 25.14.359.
Principem salutare ex privilegio conceditur, 21. 17. 228.
Principes cur dicti sacri, 22.1.251.
Principes omnem jurisdictionem suo delegato transferre censentur, 21. 6.252.
Principes sacerdotalem ordinem non habent, 21. 8. 253.
Principes in Castris qui dicantur, 27. 36. 408.
Principum imagines olim ante Præf. prætor. præferebantur sicut hodie ante Archiepiscopos Crux, 20. 4. 227.
Principum imagines in publicis locis locari ab Augusto cæperunt, *ibid.*
Prytaneum quid esset Athenis, 25. 7. 354.
Privilegium solo verbo concessum æquipollet concesso in scriptis, 18. 14. 195.
Privilegium à die concessionis exequutionem habet, 18.17.196.
* Privilegium omne, tempore necessitatis revocatum censetur, 286.
* Privilegium concessum Civitati an concessum intelligatur civibus, 339.
Privilegium, elusorium nunquam censendum, 300.
* Privilegia tantum durant, quantum locus & persona quibus conceditur, 301.
Procedere, & processio quid proprie sit, 20.5.225.
Processus, quem vocant informativum, qui sit, 23. 16. 263.
Procurator Cæsaris deportandi jus non habet, & quare, 15.26.146.
Procurator fisci non intervenit in præstandis votis, 27.46.414.
* Professores artium & scientiarum sunt cives ubi suas artes publice profitentur, 304.
Professio filiorum a quo inventa: ubi fieret Romæ: quomodo fiat hodie, & ad quid conferat, 9.41.61.
* Promittere contra seipsum nemo censetur, 287. *in fin.*
*Qui promittit alium defendere, non intelligitur si ejus culpa illi veniat damnum, *ibid.*
Prorege deficiente Decanus Consilii ejus vicem gerit, 27.8.397.
Proscribere quid proprie sit, 16. 5. 156.
Proscribere idem quod publicare, & confiscare, 16. 7. 156. & *num.* 20. 158.
Præscribendi ritus, & tempus in Magna Curia Vicariæ, 16. 8. 156. & 159.
Proscribi homines est vulgo Bandiri, 16.6.156.
Proscripti homines impune occidi possunt, *ibid.*
Proscriptio multa significat, 16. 18. 158.
Proscriptio à Lucio Sylla inventa, 16. 21.158.
* Provinciales quando a justo Principis auxilio cadant, 287.
Provinciæ in quas est divisum Reg. Neap. Præfectoriis Rom. assimilantur, 14.6.127.
Publica quæ proprie sint, 16.4 156.
Publicandi potestas meri est imperii, 15.23.145.
Publicandorum bonorum cognitio ad tribunal procuratoris Cæsaris spectat, 16.8.156.
Publicare quid sit, 16.1.155.
Publicatio bonorum sequebatur supplicium dominorum, 16.3. 156.
* Pueris educandis publica sunt constituenda loca, 279.
Pulpitum quid, 13.12.109.
* Puniri quis debet in eo quod delinquit, 179.

Digitized by Google

* Pupillus debet per tutorem agere, 274.
* Puteoli, 280.

Q.

Quæstores urbani qui, *cap.* 5. *n.* 9. *pag.* 30.
Quæstores provinciales ad quid eligebantur, *ibid.*
Quæstores Candidati, 5. 11. 31.
Quinquertium, & Quinquertiones qui fuerint, & unde dicti, 13. 44. 118.
Qui dignitatem emunt digni non sunt, 17. 7. 163.
Qui non habet in ære, punitur in corpore, 15. 9. 143.

R.

* Ratio finalis quæ dicatur, *pag.* 292.
Rectores provinciarum quomodo cognoscantur, 17. 38. 174.
Redemptio, vide Compositio.
* Regalia prohibentur occupari, 299.
Reg. Camera Summariæ unde sibi nomen sumpserit, 7. 2. 48.
Regentes Cancellariæ singulis quinque annis mutari, & sindicari cautum, 17. 13. 165.
Regentes Cancellariæ ex Equitibus Neapol. fieri constitutum, 17. 19. 167.
Regentes Cancellariæ quomodo à legibus appellentur, 26. 16. 383.
Regentes Cancellariæ quando usui esse cæperint, 26. 17. 384.
Regentes Cancellariæ quando in Regis aula esse cæperint, 27. 41. 411.
* Regi debentur expensæ à Baronibus, si iverit ad eorum castella, 297.
* Reges sunt honorificandi etiam ab ecclesiasticis viris, 246. & 249.
Reges Neap. dicti Divi, 19. 15. 219.
Reges cur dicantur Sacri, 22. 1. 251.
Regis interest locupletes habere subditos, 14. 20. 131.
* Regis magnificentia in quid potissimum emicet, 257.
Regi ad suum Regnum adeunti sunt mittendi obviam legati, 25. 14. 359.
* Regis gloria est magnas habere urbes & populosas, 281.
Regimen civitatis penes quos debeat esse, 303.
Regimen civitatis ad nobiliores pertinet, 12. 4. 92.
* Regiones & loca quando mulctentur, 288. *in fin.*
Regiones Sedilis Furcillæ & Montaneæ una factæ, 6. 2. 41.
* Regnum unum non capit duos Reges, 298.
* Regnum ibi censetur ubi residet Rex, 285.
Regnum una censetur Provincia, 14. 62. 300.
* Regnum ex Regis novatione novum fieri dicitur, 6.
* Relevium ad quid solvitur, 283. & 292.
* Reliquiæ dignitatis semper retinentur, 306.
Religiosi etiam simplices præferuntur quibuscunque militibus, 27. 35. 407.
* Remuneratio non trahitur ad obligationem, 277.
Rerum custodia ad eos spectat qui jus habent in illis, 12. 2. 92.
* Rescriptum contra consuetudinem non valet, 306.
Rescriptum contra fisci commodum nullum est, 15. 26. 148.
* Rescriptum quod infert magnum damnum non valet, 201.
* Rescriptum impetratum post sententiam super mutatione pœnæ an & quando valeat, 203.
* Respublica per ordinarios magistratus feliciter regitur, 179.
* Reipublicæ status ex præmio in bonos, & pœna in malos servatur, 204.
* Res immutata præter voluntatem domini, etiam si in meliorem statum, censetur deterior, 186.
* Rex lege ambitus solutus, 302.
* Rex dicitur habere stipendia, 277.
Rex in Regno suo eam habet potestatem, quam Imperator in Imperio, 14. 21. 132.

Digitized by Google

Rex dicitur Monarcha. 22. 4. 252.
Rex tenetur ministrare frumentum populis in necessitate, 24. 26. 324.
* Rex quibus ex causis regno privetur, 6.
* Rex dicitur habere stipendia, id est tributa & vectigalia, ut justitiam faciat, 184.
* Rex debitor est justitiæ, illamque subditis facere tenetur, *ibid.*
* Rex non potest obligare successorem, 185.
Rhæda vehi quibus olim permissum, 20. 3. 227. & 232.
Roberti Andegavensis Byzantinorum Imp. cineres, 6. 13. 42.
Rogationes cui primum factæ, 8. 6. 54.
Romani à Trojanis originem ducunt, 2. 25. 13.
Romæ nomen apud veteres ignotum, 4. 1. 22.
Romæ conditores ob longum temporis spatium incerti sunt, 4. 10. 22.
Romæ locus decoctoribus constitutus, 10. 43. 71.
Romulus à Trojanis descendit, 2. 23. 12.

S.

* SAcerdos à Deo, non ab homine pendet, *pag.* 246.
Sacris inhærentia, sunt sacra, 11. 48. 86. & 248.
* Sævitia dominorum parit feudorum privationem, 301.
Saturnalia quo ritu celebrabantur, 13. 29. 114.
Saturnaliorum tempore bellum sumere aut noxios punire nefas erat, & Servi epulabantur cum Dominis, *ibid.*
Salutandi formulæ variæ, 21. 20. 240.
Salutans inimicum præsumitur remisisse injuriam, 21. 26. 242.
Salutatio, & adoratio, quid differant, 21. 15. 238.
Salutatio ad omnes extenditur, 21. 19. 239.
Sapientia melior est quam corporis robur, 27. 11. 395.
Saturni adventus in Italiam, 4. 12. 24.
Saturni numismata, 4. 15. 25.
Saturnus an Romam condiderit, 4. 14. 24.
Scenæ Pulpitum & Orchestra quid sint, 13. 32. 109.
Scribere ad Regem absque Vicerogis licentia Civitas non potest, 25. 25. 368.
Scriptura ubi de necessitate requiratur, 15. 42. 150.
Scriptura ad privilegia probanda, non est necessaria, 18. 17. 196.
Scripturæ paternæ apud primigenium servandæ, 12. 5. 92.
Sedere cum judicibus quando judicant nemini licet, 23. 10. 261.
Sedes unde jus redditur in alto constitui loco, institutum antiquum, 27. 42. 413.
Secreta hostibus nuntians qua pœna plectatur, 4. 6. 22. & 27.
* Sententia, *ibid.*
Secretarii Cifrarum, 6. 25. 45.
Secretarium, 4. 7. 22.
Secretarius Regni, & Secretarius Proregis quomodo appellentur in constitutionibus, 26. 20. 386.
Seculum spatium centum annorum, 13. 39. 116.
* Sedilia Civitatis, publica sunt, 303.
Sedile Furcillæ cur cum Montaneæ sit unitum, 12. 63. 100.
Sedile Montaneæ cur duos faciat decuriones, 12. 47. 98. & *num.* 64. 101.
Sedile Montaneæ Romanorum Porticibus comparatur, 12. 69. 102.
Sedile Montaneæ in salubriore civitatis regione situm, *ibid.*
Sedilia universam repræsentant Civitatem, 10. 30. 68.
Sedile Furcillæ quare sic dictum, 12. 43. 58.
* Sedes variæ in cœlo, 247.
Segestum Oppidum in Sicilia ab Æneâ conditum, 3. 6. 16.
Sellam qui habeant in Regio Palatio, 23. 31. 268.
Senatores primum locum in spectaculis habere debent, 13. 13. 109.
Senatores injussu Principis ab Italia discedere non poterant, 26. 2. 378.
Senatores à Tiberio Cæsare privati ob ob inditium avaritiæ, 17. 20. 168.

Digitized by Google

* Senibus egenis publica sunt constituenda loca, 279.
Sententia in criminalibus intra decem dies, in civilibus autem intra quatuor menses est exequutioni mandanda, 200.
Ubi rationes diversitatis habes.
* Sententia transacta in rem judicatam potest rescindi à Principe, *ibid.*
* Sententia inferiorum judicum potest à Principe irrita fieri, 201.
Sententia probari potest per testes, 15. 40. 150.
Sententia diffinitiva ab eodem Judice revocari non potest nisi à Principe; interlocutoria secus, 16. 10. 157.
Sententia non requirit causæ expressionem, 16. 11. 157.
Sententia venalis ipso jure est irrita, 17. 24. 169.
Sententia sine scripto ferri regulariter non potest, 18. 2. 191.
Sententia in quibus casibus libellum non requirat, *ibid.*
Sententia quæ libellum requirit etiam à Principe est in scriptis ferenda, 18. 3. 191.
Sententia à Principe sine scripto ferri potest, 18. 5. 192. & 47.
Sententia libello non conformis à præfect. præt. fertur, 18. 11. 195.
Sententia transacta in rem judicatam, à Vicerege rescindi potest, *ibid.*
Sententia inferiorum solo verbo à Vicerege irritatur, 18. 12. 195.
Sententia Papæ & Imp. appellationi non subest, 19. 4. 207.
Sententia quæ appellationem non agnoscat, *ibid.*
* Sententia in criminibus lata non est præpropere exequutioni mandanda, 199. *in fine*.
* Sepulturæ damnatorum ratio, 152.
Servi pœnæ qui dicerentur, 13. 36. 115.
Servi fugitivi destinabantur Ludo gladiatorio, *ibid. num.* 15.
Servi quo tempore epularentur cum Dominis, 13. 29. 114.
Servitium personale hæredes non obligat, 257.
Sessionis Magistratuum Neap. tum in Coll. Cons. tum in reliquis tribunal, ordo, 27. 43. 412.
D. Severi corpus ubi condatur, 6. 12. 42.
D. Severus cujus fuerit familiæ, 12. 41. 58.
Sicla unde dicatur, 6. 21. 44.
Siclæ tribunal divisum, 7. 8. 49.
Siclus quid, *ibid.*
Sigillum Castri, & Civitatis apud nobiles manere debet, 12. 4. 92.
* Signa impressa an dominii translationem inducant, 49.
Simile non est idem, 14. 4. 127.
Sybaritæ Populi, & eorum deliciæ, 13. 57. 122.
Simeon Senensis pictor celebris, 11. 40. 82.
Simulacra votiva Castoris & Pollucis, cujus fuerint figuræ, 10. 8. 66.
Syndicandi ejus Provinciarum Regni Neap. 17. 31. 171.
Syndicatus in Urbe Neap. & in Regno, quibus fiat, *ibid. num.* 28.
Syndicus universam repræsentat Civitatem, & ex nobilibus eligendus, 11. 26. 78.
Sirena Neap. adorata, 6. 8. 21.
Sitones qui, 24. 25. 324.
* Solis & Lunæ congressio, 245.
Solemnitas Sanctiss. Corporis Christi quomodo celebretur, 23. 35. 269.
Spectacula unde dicta, 13. 3. 105.
Speculatores qui, 9. 8. 57.
Specus quid sit, 13. 3. 105.
Stadiodromus qui sit, 13. 15. 109.
* Status singulorum servandus illæsus, 298.
Statores, 25. 10. 358.
Stadium quid, & quanti sit spatii, 13. 15. 109.
Stadium unde dictum, *ibid.*
Status mutatio sæpe contingit, 11. 46. 85.
Status reip. per ordinarios Magistratus felicius regitur, 179.
* Straminis & lecti appellatione quid veniat, 278.
* Stipendia militum qui fraudaverit, qua pœna plectatur, 182.
* Stipendia à quibus darentur olim, 183.
Stipendia non sunt militibus differenda, *ibid.*

Sti-

Digitized by Google

* Stipendia æri alieno non sunt obnoxia, 185.
* Stipendia emerita quotuplicia sint & quibus militibus dentur, 255.
* Stipendia emerita non poterant conferri inconsulta plebe, *ibid.*
Stipendia an & quando amittantur, 256.
* Stipendia quodammodo sacra, 183.
* Stipendiorum vice prædia olim data, *ibid.*
Stipendia etiam Rex habet, *ibid.*
* Stipendiis propriis nemo tenetur militare, *ibid.*
Subditi Dominum imitari solent, 1. 5. 2.
Subditi non tenentur quærere Regem extra Regnum, 25.13.359.& 27.41. 410.
Subditi ut sint locupletes Principis interest, *ibid.*
Summa platea ubi fuerit Neap. & ... ita dicta, 12.10.93.
Summanus Pluto cur dictus, *ibid. num.*12.
Summaria unde dicta, 26.24.387. *vide* Regia Camera.
Summates sive Summani qui sint, 12. 12.93. & 103.
Summi qui dicantur Magistratus qui sint, 12.14.94.
Superior benigne audire debet inferiorem, 23.25.267.
Supplicatio quando admittatur, 19.8. 208.
Supplicatio quid ab appellatione differat, 19.8.209.
Supplicatio quo ritu fieret antiquitus, *ibid.*
Supplicatio non suspendit exequutionem, *ibid.num.*7.
Suffragia profana in sacris locis ferre non omnibus licet, 11.47.86.
* Superindictum quando & à quo possit imponi, 276.
* A Superindicto nemo excusatur, 285.

T.

TArcenale, *vide* Arsenale.
Tauri ludus Neap. celebratus, 13.55.122.
Taxiarcha, 281.
Templum D.Laur. 11.40. 82.
* Territorium proprium dignitatem affert, 104.
Tertium ne Consul, an tertio dici oporteat, 5.14.32.
* Tesseræ hospitii, 280.
Testes, digniores sunt scripturis, 15. 41.150.
Theatra Castori, & Polluci dicata, quare Ovali forma fiant, 10. 12. 67.
Theatrum Neapol. ubi situm, 13. 8. 107.
Theatrum ad ornatum Civitatis pertinet, 13.2.107.
Quid in illo exerceatur, *ibid. n.6.*
Theatrum quid sit, à quibus primum in Civitates introductum, & unde originem habuerit, *ibid.n.7.*
Theatrum primum ex ligno factum, 13.8.108.
Theatrum Marci Scauri mirabile, & Curionis bina versatilia, *ibid. n.9.*
Theatrum lapideum, à Pompejo primo factum, *ibid. n.10.*
Theatrum in salubriore, urbis parte est constituendum, *ibid.n.11.*
Theatrum tres præcipuas partes habere debet, 13.12.109.
Thesaurarius Regni quomodo appelletur in Constitutionibus, 26. 20. 385.
* Thesaurarii provinciarum singulis quatuor mensibus rationem exactionis transmittere tenentur, 186.
* Tituli à quibus dentur, 273. & *seq.*
* Titularii dicendum, non Titulati, 23.2.259.
Titularii juramentum præstant fidelitatis, 27.14.400.
Titularii sunt spectabiles, 27. 16. 400.
Titularii præcedunt Collaterales Consiliarios, 27.21.402.
Titularii sæculares exemplo Religiosorum appellati, 27.28.405.
Titularii ex militibus electi, 27. 36. 408.
Titulariorum privilegia, 23. 7. 261. & 273. & *seq.*
Titularius jurisdictio à quo data, 27.7. 358.

Digitized by Google

Titularium qui offendit Majestatis reus non fit, 27.10.399.
Tituli quibus Summus Pontifex diversos Principes scribendo honorat, 19.12.116.
Titulorum majoritas an temporis antiquitati prævaleat, 27.38.408.
Titulos qui emunt titularii non sunt, 27.10.399.
Titulus quid, & quotuplex, & unde dicatur, 23.4.260.
Titulus remanet etiam si castrum alienetur, 23.41.272.
Torneamentum sive Torneum Neap. cum juvenalibus Romanorum conferri potest, 13.49.120.
Torneï origo unde manarit, 13.5.121.
* Tractarum taxatio, 337.
Tractæ quomodo & quando concedantur, 16.47.151. & *cap.* 24.10. 315.
* Tractæ quando possint claudi, 285.
* Transactio in causis fiscalibus, & generatim ab alienarum rerum administratoribus, quando fieri possit, 202.
Transactio quomodo fiat a fisco, *ibid.*
* Transitus militum quanto tempore præfiniatur, 283.
Tribonianus Regens Cancell. apud Justinianum, 26.16.383.
Tribunal Cæsarum quale fuerit, 27.44.413.
Tribunalia quisnam univerit Neapoli 7.9.50.
Tribunalia civitatis ad ejus patrimonium curandum in D. Laurentio reguntur, 11.27.78.
Tribunalia plura diversorum locorum unius Domini unum censentur, 27.42.411.
Tribuni militum qui, 212.2.253.
Tribunus plebis mitis esse debet, 24.6.313.
* Tributa excusant ab onere hospitiorum, 291.
* Tributa & vectigalia dicuntur stipendia Principis, 184.278.287. & 297.
Triumviri monetales quorsum Romæ creati, 5.7.29.
Troja ludus ab Ascanio Æneæ filio institutus, 13.52.121.
Trojam Asiæ regionem esse; Ilium vero ipsius Metropolim, 2.6.8.
Troja capta ex ejus gentibus nonnullæ remansere, 2.18.10.
Trojani belli gesta in multis an vera sint, 2.2.7.
Trojani belli adagia multa, 2.15.10.
Trojanorum a sanguine genus ducere an magnum sit, 2.2.7. & *num.* 10.
Trojanos à Græcis victos fuisse, 2.10.9.
Trojanus Equus, *vide* Equus Trojanus.
Tussilli etymologia, & quomodo dictus antiquus, 27.45.414.
* Tutores, & curatores an possint transigere de rebus pupilli, 202.
Tutela una dicitur, licet à pluribus administretur, 12.62.100. & 286.
* Tyrones semper sunt exercendi, 124.

V.

Valerius Soranus Tribunus plebis, cur in crucem levatus, 4.3.22.
* Vasalli non possunt prohiberi ne eant ad Regem, 374.
* Vasalli tenentur hospitari suos Barones, 303.
* Vasalli tenentur obsequi Dominis, *ibid.*
* Vasalli obligati sunt capere bannitos, 289.
* Vasalli tenentur Domino dari hospitia, & per propria prædia illi viam sternere, 298.
* Vasalli quando à fide in dominum liberentur, 6.
Vectigalia quomodo proscriberentur Romæ, 16.19.158.
Vectigalia & tributa sunt stipendia Principis, 184.287. & *alibi*.
Vehiculum cameratum, 276.
* Vendere rem suam quando quis cogi possit, 24.22.323.
Veneratio in transeundo per sacra fana quomodo fieret à Romanis, & quomodo à nobis, 21.4.235.
Verbenarius Legatus qui diceretur, 25.5.354.

Digitized by Google

Verbum Regis habetur pro lege, 18. 10. 194.
* Veteranorum immunitas, 303.
Veterani Milites qui fuerint, 22. 13. 254.
Veterani olim oppida in remunerationem accipiebant sicut hodie, *ibid.* & 255.
Veterani puniuntur ut nobiles, 256.
Viatores, 25. 10. 357.
Vicaria unde, & quare sic dicatur, 6. 17. 43.
Vicaria cur dicatur Magna Curia, 7. 15. 51.
Vicaria in medio Civitatis posita, 10. 33. 69.
Vicaria olim erat arx, 10. 36. 69.
* Vicarius an possit sibi substituere alium Vicarium, 375.
* Vicarius Præfecti præt. eligebatur à Principe, non ab ipso Præfecto, 253.
* Et cui comparatus esset, & ejus specialia, *ibid.* & 375.
* Et potestas, *ibid.*
Vicarii in Oriente tres, in Occidente unus, 22. 9. 253.
* Vicarius una est persona cum Principe, *ibid.* & 254.
* Vicarius Præfecti præt. propriam habebat jurisdictionem, 255.
* Vicarius Regis an possit assentiri alienationi feudorum, *ibid.*
Viceregi cur dicatur, Tua Excellentia, 14. 9. 128.
* Vicerex an possit transigere de rebus fiscalibus inconsulto Rege, 202.
Vicerex Magistratuum omnium dignissimus Præfecto præt. assimilatur, 14. 3. 127.
Vicerex in ambiguitatibus Regem consulit, sicut olim Præfectus prætor. Imperatorem, 14. 9. 128.
Vicerex derogat jurisdictionibus Baronum etiam privative, 15. 141. & 151.
Vicerex maximam mulctam imponit cum voto Collateral Cons. 15. 6. 142.
Vicerex triplicem habet jurisdictionem, 15. 31. 145.
Vicerex gratiam facit delinquentibus etiam si contradicat fiscus, præterquam de rebus jam fisco concorporatis, 15. 34. 148.
Vicerex majore præditus potestate, quam Præfectus præt. 22. 11. 253.
Vicerex cum Neap. venit, quo prius appellat, 25. 15. 360.
Vicerex quo ritu & pompa ingrediatur, 25. 16. 360.
Vicerex à quibus accipiatur, *ibid.*
Vicerex ubi possessionem capiat, & qua solemnitate, 25. 18. 362.
Vicerex prohibere potest Civitati ne mittat Legatos ad Regem, 25. 21. 264.
Vicerex an possit sibi substituere Vicarium si Neap. discedere ipsi contingerit, 25. 31. 372.
Vicerex feudis titulariorum alienandis assentiri potestatem non habet, 23. 40. 275.
Vigilantia à jure civili commendata, 11. 10. 75.
Vinorum diversa genera in Campania, 24. 3. 311.
* Vini certa mensura taxata Magistratibus quotidianis in potioribus, 179.
Visitationis forma, & ritus, 17. 35. 173.
Visita, *ibid.*
Vita humana, 12. 45. 98.
Vita, & honor pari passu ambulant, 27. 2. 396.
Ulpianus Regens Cancell. apud Alexand. Imper. 26. 19. 383.
* Universitas debet per syndicum agere, 274.
* Universitates an & quando possint concedere immunitatem alicui ex civibus, 284.
* Universitates in delictis quomodo puniantur, 289. & *seq.*
Unus, plurium personarum vices repræsentare potest, 283.
Vota nuncupare pro salute Principis, & vota offerre, quid, 5. 23. 35.
Votorum disparitas, 25. 29. 371. & 375.
Vox præconis innotescit, 11. 33. 79.
Urbes designabantur vomere æneo, 11. 52. 87.
* Urbes magnæ Regum gloria, 281.
* Urbes fiunt celebres ex frequentia gentium, *ibid.*
* Urna ossuaria, 153.

Usu-

Digitized by Google

Usuræ centesimæ, 182.
Usus proprius quomodo intelligitur, 340.

X.

Xenia quomodo à Judicibus accipi possunt, & eorum appellatione quid veniat, 17. 23. 169.

Y.

Y Cur Pythagoræ littera dicatur, 12. 44. 98.
Y Sedilis Furcillæ insigne, 12. 42. 98.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google